nu qui hæc ſi-
bi [illegible]ducerent,
mi noſtris ad
eu[illegible]ruenimus.
Tu[illegible]confortate
ma[illegible] [illegible]tas,& genua
diſſoluta roborate:qui pu-
ſillanimes eſtis,mente con
ualeſcite, me[illegible]
dñs [illegible]uia venio. ℟. Diſrū-
[illegible]gum captiuitatis ve
ſtræ. ℣. Ciuitas Hieruſalē
noli fle[illegible] : quia citò veniet
ſaluato . ℟. Diſrumpere.
℣. Gloia patri. ℟. Cōfor
tate. In hoc tēpore Aduē-
tus non [illegible]icimus . Te Deū
laudamus. in dñicis dieb⁹:
ſed nonum reſponſum re-
petatur poſt Gloria patri.
Dicatur tamen Te Deum
laudamus. in eodem tem-
pore in alijs feſtis duplici-
bus & in ſimplicibus. Ante
Laudes. ℣. Emitte agnum
domine dominatorem ter
ræ. ℟. De petra deſerti ad
mōtem filiæ Sion. In Lau-
dibus. Aña. In illa die ſtil-
labunt montes dulcedine,
& colles fluent lac, & mel
10. alleluia. Pſal. Dominus re
gnauit. cum alijs Aña. Iu-
ta ſatis filia Hieruſalem al
leluia. Aña. Ecce dominus
veniet,& omnes ſancti ei⁹
cū eo:& erit in die illa lux
magna alleluia. Aña. Oēs
ſitientes venite ad aquas:
quærite dominum dum in
ueniri poteſt, alla. Añ. Ec
ce veniet propheta ma-
gnus : ipſe renouabit Hie-
ruſalem,alleluia. Capitu.

Cientes quia hora eſt Ro.
iam nos de ſomno ſur- 13.
gere : nunc enin propior
eſt noſtra ſalus quàm cùm
credidimus. Hymnus.

Ox clara ecce into-
nat,obſcur: quæque
increpat:pellantur eminus
ſomnia , ab æthere Chri-
ſtus promicat.

Mens iam reſurgit torpi-
da,quæ ſorde extat ſaucia:
ſydus refulget iam nouū,
vt tollat omne noxium.

E[illegible] ſurſum agnus mittitur,
laxare gratis delitum:oēs
pro indulgentia,vocem de
mus cum lachrymis.

Secundò vt cùm fulſerit,
mundumq; horror cinxe-
rit:non pro reatu puniat,
ſed pius tūc nos protegat.
P Laus

D. ANDREAE

ALCIATI IVRISCON. CLARIS.

IVDICIARII PROCESSVS compendium, atq; adeo Iuris vtriusque praxis, in gratiam studiosorum multò diligentius quam hactenus excusa.

Cum Indice Nouo.



COLONIAE.
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.
Anno 1555.

D. ANDREAE

ALCIATI MEDIOLANENSIS IVRECONSVLTI, PRAXIS AVREA, QVA QVIS VELVTI THEſei filo ductus, ex legum pariter & Canonum labyrintho facilimè ſeſe extricauerit.

Operis tabula atq; partitio.

LIBER hic primum diuiditur in duas partes.¶Prima parte tractantur generaliter hæc tria. ¶Quid ſit iudicium.¶Multiplex iudiciũ. Diuinum ſcilicet & humanum. Humanum duplex. Contentioſum, ſiue priuatum. Contentioſum multiplex. Criminale ſcilicet, aut ordinarium, aut extraordinarium, aut vniuerſale, aut generale, aut ſpeciale, aut commune, aut integrum, aut partiale, aut cõtradictorium.¶In iudicio quinq; conſiderantur: Perſonæ, & ſunt neceſſariẹ vel vtiles: Iuriſdictio, & eſt voluntaria ſiue contentioſa, tempus, locus, cauſa, quæ ciuilis vel criminalis dicitur. ¶Ordo iudiciarius in cauſis ciuilibus tres habẹt partes. Prima dicitur diſpoſitiua ſiue præ

paratoria, & incipit à iudicij præparatione, vsq; ad litis contestationem exclusiuè, in qua nullus dicitur egisse, sed agere voluisse. Et habet multas species: vt iudicij præparatio, actionis seu cesſiōis propositio, actiōis cesſio competentis iudicis aditio. Et incidentaliter hic de iudicibus ipsis & offi. & summaria cognitione, & personis in iudicio coram iudicibus interuenientibus ex ordine. Rescripti exhibitio & impugnatio, citatio seu in ius vocatio, contumaciæ punitio, primi & secundi decreti interpositio, comparitio, libelli oblatio, dilatio, feriarum petitio, recusatio, exceptio, satisdatio, interrogatio, reconuentio, incidentium quæstionum & ordinis cognitionum explicatio, petitorij, possessorij & spoliationis declaratio. ¶Secunda dicitur diffinitiua, & incipit à litis contestatione vsq; ad sententiam diffinitiuam exclusiuè, in qua pertractatur negotium principale, hoc ordine: Litis contestatio, iuramenti calumniæ præstatio, positio, confesſio, probatio, articulorum exhibitio, instrumentorum editio, præsumptio, iuramenti delatio, disputatio & allegatio aduocatorum, renunciatio & conclusio, consilij requisitio. ¶Tertia etiam dicitur diffinitiua & incipit à sentētiæ diffinitione & petitione vsq; ad eius executionem, si nō fuerit

rit appellatum. Si vero appellatum fuerit suspenditur executio, donec appellatiõis caussa fuerit finita. In hac parte principali negotio finis interponitur. Ad hanc spectant quæ sequũtur, sententiæ petitio, relatio, remissio, sententiæ prolatio, & quæ ipsam sequuntur: sentẽtiæ executio, appellatio. Apostolorum petitio, in integrum restitutio, supplicatio, expensarum petitio, fructuum & interesse petitio, salariorum solutio, temerè litigantium punitio.

¶ Substantialia iudicij.

Citatio seu in ius vocatio, libelli oblatio, iu iuramenti calumniæ (si petatur) præstatio, litis contestatio, conclusio, sentẽtia in scriptis.

Et cõsiderari dupliciter hic iuris ordo potest. Vel quoad substantialia, & sic non potest remitti etiam de cõsensu partium, quandoquidem hæc introducta sunt pro communi & reipub. vtilitate. Verum quoad alias iuris solennitates, quæ ad dierum reuerentiam vrgente necessitate, vel in partium fauorem introductæ sunt, quandoq; remitti potest, de quo dic vt in. c. vlt. extra de ferijs.

¶ Secunda parte tractatur quomodo seruantur substantialia.

Exceptio ab ordine iudiciario, qua docetur in quibus ordo iuris realiter nõ seruatur,

ſcilicet in Electionibus, Poſtulationibus, Prouiſionibus, Dignitatibus, Perſonatibus, Officijs, Canonicatibus, Prębendis, Decimarum, Matrimonij & Vſurarum cauſsis. In inquiſitionibus hæreticorum .c. ſtatuta. de hære. lib. vj. In cauſsis à principe ſic commiſsis, vt cognoſcantur ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu iudicij. In notorijs, quandoquidem in talibus ſeruare ordinem iudiciarium, eſſet ordinem peruertere. c. Ad noſtram, extra de iureiuran. In extraordinarijs cognitionib⁹, vbi ſcilicet iudex ſe ſummariè informat. In extraordinaria inquiſitiōe, vel generali, vel ſpeciali.

De hac exceptione habes in. c. diſpendioſam. de ſo. compe. in Clemé. Verum circa exceptiōem de mādato principis, aduerte quod licet princeps ſubſtantialia iudicij à iure poſitiuo inducta tollere poſsit. vt eſt litis conteſtatio, terminus ad libellandum, articulandum, & de ſimilibus: non tamen poteſt tollere, quæ à iure naturæ ſunt introducta, vt eſt in ius vocatio, quam vocant Citationem. Nam & Adam in paradiſo condemnandus, prius vocatus fuit. c. Paſtoralis, de ſeuten. & re iudi. in Clemen.

Quare autem in notorijs non ſeruetur per omnia iudiciarius ſtrepitus & ordo, duplex aſsigna-

aſsignatur ratio.Prima q̃a læderetur ius acto ris,cum ei incumberet onus probandi, cum neceſſe nó eſt,cum nullæ ſint validiores probationes quàm per euidẽtiam facti. Secunda quia læderetur diſciplina iudicialis, ſi iudex non poſſet punire niſi probaretur:& ſic plerunque tranſirent crimina impunita contra. c.vt famæ.extra de ſenten. excom. & contra leges ita vulneratus. ff.ad legem Aquil. ff.de iudic. l. ſi longius. Para. j. C.de pœnis .l. ſi operis. ff. de pœnis. l. capitulis, Para. famoſos.

¶*Decem termini ſubſtantiales iudiciarij ordinis.*

Primus ad dicendum contra miſsionem ex primo decreto, vel contra reſcriptum, & hoc contra delegatos,non autem contra ordinarios. Quia ordinariorũ authoritas iure eſt confirmata. Secundus eſt ad libellandũ. Tertius eſt ad reſpondẽdum libello, & litem conteſtandam atq; iurandum de calumnia. Quartus ad articulandum. Quintus ad reſpondendum articulis. Sextus ad producendum omnia. Septimus ad dicendum contra producta. Octauus ad declarandum. Nonus ad dicendum contra declarata. Decimus ad concludendum & audiendum iudicis motiuum.

ANDREAE ALCIATI

¶Ordo iudiciarius in caussa criminali, in quo hoc modo proceditur.

De accusatione. De denunciatione. De inquisitione. De criminibus in modũ exceptionis propositis. De notorijs criminibus. De abolitione & purgatione.

Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, Cice. aut debet à diffinitiõe proficisci: vt intellgatur quid sit illud, de quo disseritur. Cuius & sententiæ Iurisconsul. subscribere videtur, cum inquit: Bene est priusquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de significatione rei referre. Quare & nos operæprecium facturos duximus, si iudicij, cuius regularem ordinem sumus declaraturi, definitionem præmiserim⁹. Et si oĩs definitio in iure sit periculosa. Deinde vero eiusdem diuisionem, qui & non vulgaris modus sciendi est, adiunxerimus, singula deinceps secundum tabulæ præfixæ ordinem declaraturi.

¶Iudicium quid.

Iudicium est causæ discusio, cum cunctarum personarum interpositione. Vel: Iudicium est actus legitimus trium personarum. Iudicis scilicet, Actoris & Rei, super eadem quęstione vel coram eodem iudice contracta, extra de verborum significa. c. forus. in glossa.

Voca-

Vocatur autem iudicium quaſi iuriſdictio. Iudicium autem prius inquiſitio vocabatur. Vnde & autores iudiciorum præpoſitos, quęſtores, vel quæſitores vocam' dicto. c. forus.

Subſtãtia igitur iudicij ſtat in iudice, Actore & Reo. Et ſunt ſemper in iudicio verè vel fictè vel repręſentatiuè.

Verè, quando dictæ tres perſonæ expreſſe ſunt in iudicio. Fictè, ſeu repręſentatiuè, propter notoria, in qbus fama repræſentat Actorem, & fungitur actoris vice, vt in omnibus iudicijs generalibus, vel ſpecialis inquiſitionis, aut notorij criminis.

Actus legitimus iudiciarius duo includit. Proceſſum iudicij & perſonas iudicij.

Iudiciũ quot modis accipiatur in iure, népe. xv. Vide gloſſ. inſtit. quibus non eſt per. fa. teſta. para. præterea. in verbo, iudicium. Iudicium incipit à lit. conteſ. Et hoc intellige reſpectu cauſſæ. C. eo. l. j. Non autem reſpectu aliorum actuum iudicialium, vt ſunt examinatio partium.

¶ Iudicium ſecundum Goffredum finitur quatuor modis, tempore ſcilicet, Sententia, Prohibitione, & Mutatione.

Tempore, vt cauſſæ criminales biennio. c. vt vitia cer. tempore in per to. Cæteræ triennio. C. de iudic. properandum.

Sententia, quia iudicium finem accipit ex re iudicata.c.iudicium. extra de re iudicata.

Prohibitione, quia iudicium ſoluitur vetante eo qui iudicare iuſsit, vel eo, qui maius imperium in eadem iuriſdictione habet.

Mutatione ſtatus, vt ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius eſt qui iudicare iuſsit.l.iudicium.ff.de iudicijs.

¶ Iudicium redditur illicitum tribus modis.

Primo, quando deeſt iudici authoritas ſuper reo vel cauſa. Et dicitur iudicium vſurpatum, quod prohibetur vj.q.iij.c. ſcriptũ.

Secundo, quando iudex authoritatẽ habens, procedit amore, vel odio, vel alio affectu. Et dicitur iniuſtum, quod prohibetur. vndecima.q.iij.c.quicunq;.

Tertio, quando iudex ex leuibus ſuſpicionibus, & ſignis aliquem condemnat ſine diligenti inquiſitione. Et dicitur iudicium temerarium, quod prohibetur ij. q. j. c. primo ſuper.

¶ Iudicium redditur nullum.

Ratione iudicis competentis, vt quia non habet poteſtatem ſuper eo quem iudicat, vt capi. at ſi clerici. extra de iudi.

Vel ratione perſonæ agentis, vt quia eſt minor, & agit ſine authoritate curatoris. l. properandũ. C. de iudi.l.prima.C. q leg. perſo.

in

in iudi.hab. vel qa seruus, vel monachus, vel excōmunicat⁹, & huiusmodi. Quia tales agere nō possunt, nisi in casibus in iure exp̄sis.

Vel ratione defectus rei, vt qa sub tali iudice tractari nō potest, vt res ecclesiastica à laico iudice, veluti ius patronatus. extra de iudi. capitu. quanto. & capi. decernimus.

¶Iudicij diuisio.

Iudicium aliud est Diuinum, aliud Conscientiosum siue priuatum, aliud Humanum, aliud Contentiosum.

Diuinum est, quod solius Dei est: de quo. vj.q.j. capitu. si oīa. & xv.q.vj. c. si quādoq;. Et est hoc quidē valde timendū. In eo enim quidē qui præsidet, iudex est & testis. c. aliorū. ix.q.v. Hic iudex secretorū est cognitor. xxxij. dist. c. erubescant. De illo hic nihil. Alterius enim est sententiæ scientiæq́;.

Conscientiosum siue priuatum, est quod homo exercet, quādo seipsum iudicat. De quo de pœni. dist. j. c. in actionem. Neq; de illo hic, sed relinquitur cuilibet piæ & timoratæ conscientiæ.

¶Humanum est inter homines, & est duplex, scilicet.

Ratione materiæ, quod rursus duplex. Criminale scilicet & ciuile. Criminale, cui⁹ finis tendit ad cōmodū reip. & fisci. Siue pœna sit

corpo

corporalis siue pecuniaria. Potest etiam hoc dici publicum. ff. de pub. iudi. l. item capitale. ciuile, cuius finis tendit ad commodũ partis. dicitur & priuatum. ¶Ratione formæ, quod quoq; duplex. Ordinarium & Extraordinarium. Ordinarium quod iuris ordine & terminis vtitur, vt sup. poteri, videre in tabula. Vel quod fit corã ordinario ordinariè, id est debitis terminis. Extraordinarium, quod sic dicitur multis ex caussis. Primo si sit corã delegato, c. induciæ. iij. q. iij. para. spaciũ ver. ei autem. Secundo quando non proceditur, in figura iudicij. Sed ex iudicis officio p modum inquisitionis, vel denunciationis. c. superbis. &. c. qualiter secundo extra de accu. ¶Tertio in caussis electionis. postula. & alijs exemptis. vt sup. in tabula notauimus. ¶Cõtentiosum siue seculare est, quod homo iudex, inter homines contendentes exercet. Et institutũ est, vt innocẽtia protegatur, & culpa ac delictum puniatur. ij. q. j. c. quæ lotharij. & est multiplex.

¶Ratione quantitatis est quadruplex.

Vniuersale, vt cum petitur vniuersum ius, vt bonorum possessionis & hæreditatis petitio. l. j. ff. de rei vend. l. sed & si. para. finali. ff. peccati hære. vide hic latius Spec. par. ij. titu. de iudi.

Gene-

¶Generale, vt Actio pro socio, negotioru̅ gestoru̅ tutela, in quibus non vniuersum ius, sed generaliter aliquod petit, vt.c. ij. extra de libel. obl. & ibi in glos. & Spe. loco. sup. alleg.

Speciale, in quo non omnia veniunt, sed du̅taxat illa quæ includuntur in actione proposita, vt rei vendicatio, actio depos. & commoda. Vide Spec. iam dicto loco, & .c. cum in eccsia. in verbo, venite in iudicium. extra de cau. pos. & proprie. commune. Et sunt tantu̅ tria. s. fi. re. fa. her. & communi diui. vide Spe. sup. dicto lo &. c. ex literis. extra de proba.

¶Ratione caussæ efficientis, & est triplex.

Integrum, quod plurimorum sententijs co̅probatur, vt. c. extra. lxiiij. dist.

Partiale, quod aliquorum sententijs comprobatur.

Contradictorium, est in quo vnus ponit, alter negat, vt si dicerem hoc esse consuetudinis, & tu contra negares, vt in. c. abbate. extra de ver. sig. Et in hoc iudicio maioris potestatis standum est generaliter, nisi in casibus in glos. super ver. plures. c. pastoralis. extra de rescriptis.

¶In iudicio quinq; considerantur, scilicet Persona, Iurisdictio, Tempus, locus & caussa.

Personę sunt duplices, necessarię scilicet & vtiles. Necessariæ sunt, sine quibus iudcium subsi-

ſubſiſtere non poteſt. Et ſunt hæ. Iudex, Actor, Reus, intellige verè vel fictè, vt ſup. diximus. His enim perſonis deficientibus, vel aliqua earum, iudiciũ quidẽ non erit. Eremodiciũ, id eſt, lis deſerta, vero certis in caſibus eſſe poterit, veluti ſi reus contumaciter poſt trinam edictorũ monitionem, vel poſt etiam peremptorij edicti cõminationem, quæ pro omnibus his valet, abeſſe dinoſcitur, vel ſuá fere elapſo triẽnio à litis exordio, vna parte præſente, altera abſente, iudex ſententiam dixerit. Vtiles tantum ſunt, ſine quibus iudiciũ ſubſiſtere poteſt: adhibitæ tamen facilioré Iudicij exitum parant, vt ſunt Aduocati, Teſtes, & item iudicis officiales, vt apparitores, præcones, exequutores, adſeſſores litis, his perſonis commemorantur.

¶ Regulæ, quæ perſonæ in Iudicio admittantur, & quæ prohibeantur.

Quæcunq; perſona non ſpecialiter prohibetur, communi iure admittitur.

1. Aetate prohibentur ob pueritiam, vtpote ſi quis minor 17. annis fuerit, aduocatus eſſe non permittitur.

Aduocatus autem eſt, qui ſuam vel amici cauſſam apud eum, qui iuriſdictioni pręeſt, exponit. Qui autem aduocatum non habẽt,

vel

vel quibus aduocati inseruire nolunt, ij à iudice petere possunt, Ait enim Prætor, Si aduocatum non habebunt, ego dabo.

Morbo prohibentur. Alij verò ob animi, Alij verò ob corporis morbum. Siquidem diutino & quotidiano laborantes morbo corporis, ita vt nec etiã suis negocijs præesse posint, Iudices esse prohibentur, itemq; aduocati, nisi in ꝓpria caussa. Testis quidem volens admittendus est, si corporis detineat̃ morbo. secus si animi, inuitus nõ est cogendus. Itẽ actor vel reus si vult quidẽ esse, susci piatur, si mauult in ciuili caussa ꝓcuratorem dare, ei concedatur. Ob morbũ animi prohi bendi sunt, vt furiosus & mẽte captus. Et ge neraliter, qui per se nullam legitimam perso nam in iudicio consistendi habent. 2

Casu remouetur cæcus, mutus, surdus. Cę co quidem permittitur iudicem esse, si hoc ei post acceptum magistratum acciderit. Aduocatus verò esse non poterit, nisi in ꝓpria vel suorum familiarium caussa. Reus tamen vel actor esse poterit. Sed procuratorem ei dare si petat, non denegatur. Item testis in quibusdam iure suscipitur. In his quæ pertinent ad auditum, mutus & surdus in iudi cio per se non possunt consistere. 3

Con-

4 conditiõe, vt serui, seu liberti. Serui vero simpliciter nullam consistendi personam per se habent in iudicio, nisi in crimine perduellionis. Liberti vero nec in patronum, nec pro patrono testimonium dicere possunt, vel accusare nisi in crimine læsæ maiestatis. Patronus autem cõtra libertum testimonium dare potest. sed non compellitur.

5 Sexu remouentur mulieres, ne sint Iudices, nec etiam ad postulandum nisi in sua caussa, vel filiorum suorum, quorum tutelam gerũt. Etiam in testamentis minime testes adhiberi possunt. In iudicijs vero, nisi adulterij damnatæ sint, recte admittuntur.

6 Religione prohibentur, vt hęretici. Hi nec testes nec iudices, nec aduocati, contra orthodoxos fieri possunt. Sed quãuis iudicialia testimonia hæreticis contra orthodoxos sint prohibita, in cõtractibus tñ & vltimis elogijs admittuntur. Item nec Iudæum Christiani iudicem esse, vel aduersus eum testem accipiendum, pro Christiano vero & contra Iudæum recipitur testis.

7 Moribus prohibẽtur infames: Siquidem nec iudices esse admittuntur, nec in testimonio recipiuntur, nec Aduocati sunt nisi in sua caussa & suorum familiariũ, vel quorum administrationem gerunt.

Ob

Ob ſpecialem cauſſam prohibentur, vt pro- 8
pter inimicitiam capitalem. Siquidem capi-
tales inimici inter ſe teſtes eſſe non poſſunt,
nec accuſatores: maxime ſi ante litem motam
capitali inimicitia ſeparabantur. Item ſi qui
capitales inimicitias contra patrem habue-
rint, contra filium teſtes eſſe non poterunt. Iu
dex autem eſſe non prohibetur, ſed ſi ſuſpe-
ctum eum iudicem quis habuerit, licet ei epi
ſcopum ciuitatis ad cauſam diſcutiēdam vnà
cum ſuſpecto iudice aduocare.

Ob familiam, ius dicendi in me vel pro me 9
teſtimonium, niſi in crimine perduellio-
nis non habet filius vel filia, nepos vel ne-
ptis, neque quiſquam alius qui meæ poteſta
ti ſubditur. Item quibuſcunque imperare
poſſumus, vt inuiti teſtimonium dicant, hi
iure nobis teſtes eſſe non poſſunt. Iudex pa-
ter filio, & filius patri, & ſi in eius poteſtate
ſit, eſſe poterit.

Munere prohibētur milites, ne priuatorum 10
aduocati aut iudices, aut accuſatores exi-
ſtant. Generaliter nullus ad dicendum
teſtimonium admittendus eſt, niſi quem
& vitæ dignitas, & morum honeſtas vel
vox aliorum ligitimorum teſtium commen-
dat. Sed de his infra de teſtibus, fuſius di-
cemus.

¶Iurisdictio & ius, id est, potestas dicendi iuris, & hæc alia est.

Voluntaria, quæ quacunque parte volente expeditur, vt adoptio, & mancipatio, manumissio. Potest etiam quis inuitus manumitti. Nulli enim ciuitatem Romanã respuere permittitur. Contentiosa, quæ per litem & contentionem expeditur: & hæc est duplex, scilicet mera & mixta. Mera vt potestas habẽdi gladium: mixta, quæ in se de aliqua re habet sententiæ dictionem.

Propria est quæ non ab alio, sed à magistratu vel dignitate quibus fulget aliquis, dependet. Et hanc habentes ordinarij dicũtur. Nec interest, vtrum habeant gladij potestatẽ nec ne. Et hæc dicitur ordinaria: quatuor hãc faciunt, de quibus infra.

Demandata siue delegata, quæ ab alio habẽte propriam dependet, & qui hanc habent demandati vocantur siue delegati, de quibus latius infra suo loco.

Ex communi partium consensu data est, quæ neque ex se, neque ab alio habente propriam dependet, sed ex communi partium electione & consensu. Et dicuntur eam habentes arbitri: sed de his infra vbi de iudicibus differemus, latius ac fusius scribemus.

In iu-

¶ *In iudicio quinque ſunt conſideranda, ſcilicet.*

Tempus in quo iudicia fieri debent, ſic accipe. Nempe dies feriarum nõ eſſe iuridicos ſacrę conſtitutiões pręcipiunt. Hi ſunt gemini mẽſes, quos ad requiem laboris indulgentior annus accipit, Aeſtiuos quidẽ dies feruoribus mitigandis, Autumnos fructibus decerpendis, & ſecundum regionis qualitatẽ vſurpantur. Dies quoq; natalis dñi, & Calendarũ Ianuarij. Dies etiã Epiphaniarum, & 40. dies qui dominicam reſurrectiõis ceremoniarum auſpicio anticipant. Dies quoq; Paſchæ, qui numero ſeptenario pręcedunt & ſequuntur, necnon dominici qui repetito in ſe calculo reuoluuntur, & Aſcenſionis, & Pentecoſtes & letaniarum otio mancipantur. Pari quoq; reuerentia neceſſe eſt habeant natalitios dies Apoſtolorum, necnon dies ortus imperialis perſonæ. De quibus feriarũ diebus inf. vbi ſingula ſpecialius diſtinguemus. In omnibus tamen prædictis diebus voluntariæ iuriſdictionis effectus non prohibetur. Item criminales cauſæ in prædictis menſibus exerceri nõ prohibetur. Item cauſſas viduarum, & orphanorum, aliarumq; miſerabilium perſonarum & piorum locorum, prædicto etiam tempore agere licet.

Tempus intra quod finire debet iudicium

eſt triennium,& conſideratur à litis conteſtatæ tẽpore,ſi cauſſa ciuilis eſt.Si autem criminalis,vltra biennium non prolõgetur. Si quidem Reus præſto,& Actor quidem abſit, liceat iudici per exequutores negotij actorem requirere & monere, vt vel ipſe veniat, vel procuratorem mittat legitimum. Quid ſi actor non venerit,nec procuratorem miſerit? Vocetur per tria edicta ſcripta per interuallũ, ita vt ſingulis non minus quàm triginta dierum ſpacium tribuatur.Et ſi ne ſic quidẽ vocatus venerit,habeat adhuc inducias vnius anni:quo elapſo præſente Reo liceat iudici audire litem,& legibus calculũ proferat. Quod ſi intra prædictum anni ſpacium venerit & litem agere voluerit,ne tum quidẽ ſuſcipietur niſi impenſas Rei ſoluere voluerit. Quod ſi tantummodo venerit,& expenſis datis annale tempus irrumpere voluerit,& iterum à iudice recedens vſq; ad exitum cauſſæ non permanſerit,ab omni cadet Actione.Illa enim regula,qua cautum eſt,ne quis inuitꝰ agere vel accuſare compellatur, tantum locum habet, cum Actor aduerſarium ſuum teneri in iudicio non fecerit.Hæc autẽ locum habent non ſolum ſi lis conteſtata fuerit, ſed etiam ſi ſola intimatio,& precum oblatio iudici facta eſt. Si autẽ reus abſuerit,ſi quidem ex contuma-

cia

cia abeſt, & triennium prope tranſierit, ita vt tres menſes tantum ſuperſint, eum tribus edictis vocare per prædicta interualla oportet. Quod ſi nec tum venerit, cauſſam audiat, & ſecundum quod iuſtum inuenerit, ſententiā dicat. Curare autem debet ſemper iudex, vt definita & certa ſit ſententia . Victum autem victori in omnes legitimas expenſas, quas iurauerit ſe in tota lite feciſſe condēnet. Sin autem vndique variæ lites ſint, & propter hoc alterum alteri in expenſis minime condemnare maluerit, & hoc habeat in ſua poteſtate. Has tamen victor abſens petere nō poterit quia abſit. Sin autem vtraq; parte præſente vel altera, iudex cauſſam finire minime voluerit, & totum triennium elapſum fuerit, totam litem ex ſuis facultatibus ſine omni inquiſitione emendare cogatur.

Locus cōſideratur in iudicijs, vbi quis agere vel conuenire debet. Nam vbi domicilium habet reus vel tempore cōtractus habuit, vel vbi deliquit, vel vbi res ſitæ ſunt, ſi in rem agitur, apud eius loci iudicem conueniri debet. Actor enim forum Rei, non Reus forum Actoris ſequitur. Item Romæ omnes conueniri poſſunt, quocunq; loco ſit contractum. Hoc tamen ex priuilegio legatis reipub. cauſſa remittitur. Item apud quem iudicem quis

egit apud eum reſpondere cogatur. Clerici autem in eccleſiaſtico negocio, non agere aut conuenire ad præſidem prouinciæ debent, ſed apud proprium epiſcopum. Item ſi ciuilis cauſſa eſt, licet Actor ſit ſecularis & Reus clericus, apud proprium tamen epiſcopū finiri debet. Sin autem is qui conuenitur eſt laicus, volēs quidē apud Antiſtitem litigare, admittendus eſt. Inuitus vero non eſt cogendus. Quod ſi in cauſſa criminali, quæ ad Eccleſiaſticum negotium non pertinet, clericus accuſetur: liceat & in hoc caſu epiſcopum cognoſcere: vt tamen ſi dignum clericum capitali ſupplicio inuenerit, omni clericatus honore denudatum ad puniendum præſidi tradat. Sin vero clericus ante præſidem accuſetur, non liceat præſidi ante ipſum punire, quàm clericatus honore à proprio epiſcopo fuerit denudatus. Quod ſi epiſcopus viderit acta non iuſtè cōſtare, liceat ei differre gradus denudationem ſub legitima cautela, quouſque ſuper ea re principi ſuggerat. Si vero inter clericum vel quemuis alium & proprium epiſcopum cauſa emerſerit, Metropolitanus adeundus eſt, qui ſecundum canones & leges decernat. Et ſi quis iudicatis acquieſcere noluerit, ad patriarcham illius regiōis referatur, & ille ſecundum leges & cap. finē eis præbeat, &

beat,& nulla persona cōtradicere eius sententiæ valeat. Idem est obseruandum, & si inter duos episcopos eiusdem cōcilij. i. prouincię, de quacunq; caussa lis interueniat. Adhibere etiā debet in iudicando Metropolitan⁹ quosdam de episcopis eiusdē concilij vel prouinciæ. Sin autem contra Metropolitanum quisquam agere voluerit, regionis illius Patriarcha negocium decernat.

¶ *Causa est, quæ cōtinet agentis, & rei controuersiā, apud eū qui iurisdictioni præest, & hæc alia est Ciuilis, alia Criminalis.*

Ciuilis est quę per actionem vel iudicis officium exercetur. In hac quædā considerari oportet, quæ præcedunt eam, quædam quę sequuntur. Causam præcedit actionis æditio, in ius vocatio, libelli oblatio. Et de his ordine recto in genere, infra vero suis locis specialius & fusius. Si eñ quis cōtra aliquē se putat occasionē habere, prius eū adire vel per se vel procuratorem suum debet, & actionē atque rationes edere, vt secum aduersarius deliberet, vtrum velit soluere quod ab eo petit̃, an reluctandū existimet. Qui soluere voluerit, nō est in iudiciū vocandus, alioqn iniuriarum actor tenebit̃. Quodsi reluctandū putat, Actor iudicē adeat, iudex vero libello conuētionis facto p̄ apparitorē Reū in ius vocet. Libellorū vero secūdū caussarū varietatē variæ

formæ ſunt, quas apud Spe. vide, & infra ſuo loco nos quoque aliquid dicemus. Quo ſubſequuto, habet reus ſpacium viginti dierum, in quo liceat ei vel recuſare iudicem, ſi ſuſpectum habeat, & epm̃ loci vel alium iudicem cum eo ad cām diſcutiendam aduocare, vel amicabiliter abſolui. Et ſi iudicem accuſandum putauerit, libellum non accipiat reus, ſed ante præſidem prouinciæ repræſentatus præſcriptione vtatur. Omnis enim à iudice vocatus, ante iudicem ſui copiā faciat, vt hoc ipſo ſciatur, vtrum eius iuriſdictioni ſubiaceat. l. ſi qs ex aliena. ff. de iudi. & c. propoſuiſti. extra de fo. compe. Si autem libellum conuentionis acceperit, tunc perſonales pręſtet fideiuſſores, & ſportula exequutori detur, & ſubſcribat reſponſionis libello, & tempus & diem, quo eum accepit & vſque ad prædictū ſpacium nullam moleſtiam patiatur. Sin autem prædictum tempus elapſum ſit, tunc ad reſpondendum actor teneatur, ſi ſe non excuſauerit. In ius patronum uocare prohibetur libertus, poteſt tamen ſi ueniam edicti impetrauerit. Quod ſi aduerſarius hæc facere auſus fuerit. 50. aureorum pœna mulctabitur. Cum autem utraq; pars ante iudicem ſui copiam fecerit, ſi quas præſcriptiones inter ſe litigatores opponere uoluerint, ante litis cō

teſta-

testationem id faciant,alioquin postea oppo nere non licebit. Sed de his infra specialius suo loco. Satisdationes autem exponãt. Reus quidam iudicatum solui promittat. Actor vero litem vsq; ad diffinitiuam sententiam se executurum. Sin autem per procuratorem litigatur, tum si de mandato dubitatur, nisi sit pater & marit⁹ procurator, actoris etiam rem ratam habiturum dominum satisdatione cõfirmet. Procurator vero rei, iudicatum solui satisdet. His quoq; subsequutis Actor quidẽ iuret, quod putãs se habere iustam caussam, venerit ad litigandum. Reus vero putans se vti bona instantia, venerit ad reluctandum. Iurent etiam Reus & Actor, quod non dilationis vel calumniæ vel vexandi aduersarij caussa, probationes in tota causa ab aduersario suo exigent. Aduocati autem vtriusq; partis præbeant iusiurãdum, nil se nisi quod iustum & vtile litigatoribus esse putauerint, in tota caussa allegaturos, nec etiam dolo malo prætermissuros quicquam. Quod si quis eorum hoc iusiurandum subire noluerit, si Actor, cadat à caussa, si Reus, condemnetur. Quod si suspicio emerserit, quod aliquis litigator aliquid dederit vel promiserit iudici, si quidem Actor est, ab actiõe cadat, sin autem Reus, pro condemnato habeatur. Plane si qs

confessus fuerit se dedisse & promisisse & cũ hæc probauerit, ipse à pœnis immunis erit, conuictus vero Iudex, si quidem caussa ciuilis fuerit, magistratu expolietur, promissum in duplo, datũ in triplo pręstabit. Si criminalis est caussa, post bonorum publicatiõem in exilium mittatur. Et si litigator iudicem accepisse conuincere nõ potest, Iudex iureiurando se purget. Litigator vero fisco æstimationem præstet, & lis legitimo modo finiatur. Et hoc si ciuilis caussa fuerit, sin autem criminalis sit, bona eius fisco publicabuntur.

Caussa vero legitimum finẽ accipiat apud competentem iudicem. Quod si iudex iusiurandum dare refutauerit, tam in criminalibus quã pecuniarijs caussis, memoratis subiaceat pœnis. Hęc autem omnia nõ solum in omnibus ordinarijs, sed etiam inter arbitros locum habere volumus. Oportet etiam iudices ab ipso principio litis vsque ad finem, & maximè in diffinitiua sententia, habere ante se proposita sacrosancta euangelia, quia velut deũ pro hominibus in omnibus caussis iudicem credendum est.

Principium litis est, litis contestatio. Lis autem contestata videtur, cum vtraque parte præsente, vnus proponit, alius autem contra dicit. De quo infra suo loco latius. Hae

autem

autem contestatione, actiones quæ temporales erant & quę in hęredem transire non poterant, quęque fere præscriptione exclusę erant, & in heredem transeunt, & perpetuæ efficiuntur. Nec hæc vlla nisi 40. annorum pręscriptiõe post litis contestationem excluduntur. Hoc idem facit precum porrectio, Episcopalis commonitio & quędam alia. Lite autem contestata, res in controuersiam deducitur.

Controuersia vero triplex est: Aut facti, aut nominis, aut iuris. Facti controuersia est, cum de facto quæritur, vt fecisti hoc? Non feci. Hæc autem à Rhetoribus coniecturalis dicitur. Iuris, cum de facto constat, de Iure vero dubitatur. Hæc etiam generalem constitutionem includit.

Nominis autem controuersia est quęstio, cum de facto & de Iure facti constat. Sed de eius facti noĩe dubitatur, vt si quis sacrum surripuerit ex priuato, & vnus sacrilegiũ esse dicat, alter furtum contendat. Hinc nascitur cõstitutio diffinitiua. Si facti est quæstio, ei incumbat probatio, qui dicit, nõ qui negat: factum enim negantis naturali iure nulla probatio est. Si vero iuris quæstio sit, q negat ius probare debet, nisi generalis prohibitio ei obsit. Si vero noĩs est quęstio, q aliquod emolumen-

mentum consequi vult ex nomine, probare debet. Item considerãdum generaliter, quod qui agit vel accusat, probare debet. Ait enim lex, Qui accusare volunt, probationes habere debent. Et paulo post, Actore non probãte, qui conuenitur & si nihil ipse præstiterit, obtineat.

Item res alienas posſidens licet nullam caussam posſidendi habeat, tamen nõ nisi implenti intentionem suam restituere cogitur. Non autem solum qui ab initio agit probare debet, sed etiam REVS si excipiat probare debet. Reus enim in exceptione actor est.

Probantur vero quæstiones, si quidem facti sunt, testibus, instrumentis, fama, præsumptionibus, iudicijs. De quibus latius infra suo loco.

In testium probatione considerandũ, quòd vbi numerus non adijcitur, etiam duo sufficiunt. Vox autem vnius testis nullo modo ad probationem est idonea: ad præsumptionem tamen faciendã potest admitti. Nullus etiam testis iudex esse potest. Nullus duas personas in eodem iudicio nec caussas habere potest. Item omnis testis iurat⁹ testimonium dicet, & antequam ad dicendum testimonium accedat, separetur, & vtrum vera & concordantia testimonio alterius testis dicat, discutiatur.

tur. Quod ſi ſimplices teſtes ſint & diſcordẽt, honeſtioribus credendum eſt. A reliquis autem ſi viles perſonæ ſint, per tormenta veritas extorquẽda eſt. Inſtrumentis quæſtio probatur, vt cum ſcriptum aliquod ad probandum factum, quod in queſtiõe eſt, adducitur. Hoc tamen tale eſſe debet, vt ſi tabellarij publici conſcriptionem non habeat, teſtimonium ſacramento firmetur. Sin vero & teſtes & tabellarius mortui ſint, dubitatio autẽ emergat, vtrum tabellarius ſcripſerit, tribus publicis inſtrumentis, de quibus dubium nõ ſit, dato ſacramento comparatis, comparatio literarum fiat. Cum autem quæſtio iuris eſt, ſemper per ius ſcriptum, & per æquitatẽ, vel per ſimile probari debet. Sin vero æquitas iuri ſcripto contraria videatur, ſecũdum ipſam iudicandum eſt. Ait enim lex: Placuit in omnibus rebus iuſtitiæ æquitatiſq́; præcipuam eſſe, quàm ſtricti iuris rationem. Huic tñ nonnihil cõtrariari videt̃ lex poſita in lib. de leg. & conſtitu. Inter æquitatem, iuſq́; interpretationem nominis ſolum & oportet & licet inſpicere. Cum autem nominis eſt queſtio, per diffinitionem uel ſcriptam legem probari oportet.

Criminalis eſt. quæ per accuſationem & inſcriptionem proponitur. De qua nonnihil

ſupra-

ſupradictum: verũ latior tractatus in fine huius operis dabitur.

¶ *Regulæ generales de iudicio.*

PRIMA: Inſtantia Iudicij termino prorogata non perit per lapſum illius termini. Innititur regula tribus rationibus. Prima, quia iuriſdictio ipſa eſt perpetua. Secunda, quia & reſcripta perpetua ſunt. leg. ij. C. de diuer. reſcrip. Ergo virtute perpetuitatis eorum agi poteſt, non obſtante lapſu temporis. Tertia ne quis ex malitia prorogãs, videatur inde cõmodum reportare, vnde foret puniendus. Elicitur hæc regula ex c. venerabilis epiſcopi. de iudi. Et ex gloſ. ſuper verbo non obſtãte. Eſt autem hæc regula aduerſ. l. properandum. C. de iudi. in. j. reſpon. & .§. vlti.

Secunda: in iudicijs non eſt acceptio perſonarum habenda. extra de reg. iu. c. in iudicio. lib. vj. Iudicet ergo iudex magnum vt paruum, diuitem vt pauperem. In arbitrijs tamen non obſtante regula, vtile eſt habere iudicem gratioſum & fauorabilem. c. cõſuluit. extra de offi. deleg. ff. de arb. le. vj. cum dies. §. ſi quis ex litigatoribus l. j. C. quomodo & quando iudex.

Tertia: Iudicium vel iuſtum vel iniuſtũ nequaquam vendere licet. xj. q. iij. c. nõ licet. & extra de vita & hon. cleri. c. cum ab omni.

Quar-

Quarta:Iudicium dicitur bifariam cœptū. Primò, per litis conteſtationē:& hoc quidem propria,vt in autētica de litigio. para.Si vero apud.col.vij. & gloſſa.c.de iudic. l. in verbo Iudicio cœpto. Secundò & impropriè per ſimplicem citationem. l. ſi quis in aliena. ff. deinde.&.c.propoſuiſti.extra de foro competenti.

Et hęc pro prima parte opuſculi huius generaliter de iudicijs ſufficiāt, ampliora & pleniora in ſecunda & ſequenti parte tradūtur. Viſa priore parte,quid iudicium & quotuplex & his quę conſideranda in eo putaui,explicatis,de ei⁹ duplici ordine nūc videamus.

¶*Iudicij præparatio.*

Non minus conſultè quàm rectè à iudiciorum pręparatorijs Speculator ille noſter Gulielmus Durandus,aurei ſui illius ſpeculi,non vitrei,non manu mortali facti,ſed immortali ingenio conflati ſecundum librum auſpicatus eſt,quem & ego imitatur⁹ & poſt optimi & ſagaciſsimi meſſoris terga ſpicęlegium meum confecturus, & huius mei qualis qualis lucubratiunculæ in meam vtilitatem ac amicorum ſcriptæ, alteram partem à pręparatorijs ipſis exordiar.Nam & ad huiuſmodi præparatoria à iure inducię concedūtur, quę pręparatoriæ nuncupantur.iij.quęſtione.iij.ca.

indu-

inducijs.v.qõne.ij.c. ſi primates, & nos infra, de dilationibus.xij.conſiderantur autem hic præparatoria circa duo.vt infra.

Præparatoria tam conſiderantur circa partes, quàm circa iudicem. Circa partes, vt.ſ.is qui agere vel accuſare intendit, conſulat amicos, & deliberet an expediat agere.iij. quæſtione.iij.ca.de inducijs, & quidem conſulat peritos.l.ſi anima.c.de inge.ma.& diſtingue, quia vel vult accuſare vel denunciare, vel agere ciuiliter vel criminaliter accuſare aliquem de aliquo crimine, & bene facit, vt eum prius charitatiue & familiariter moneat vt ſe emendet, cap̃.ij. extra de accuſatio. non tamen ad hoc de neceſsitate tenetur denunciare vt fratrem ſuum corrigat propter peccatum, hinc præcedere debet charitatiua monitio, vt.c. ſuper his.&.c.qualiter. ij.extra de accu. &.c.licet Heli.extra de ſymo. quod ſi ſic monitus non reſipiſcat, tunc demum iudici eum denunciet. Agere ciuiliter pro fundo, pecunia, vel ſeruitute, tunc antequàm illum in cauſam vocet ab eo id ter exigat.ij.q.vij.ca.ſi quis erga.xvj.quęſtio.vij.c.omnes decimæ. C.de pigno.l.debitores. Verũ ſi quis in te peccat ſimpliciter, eum iuxta regulã euangelicã pręmoneas & corripias. Matthęi.vij.Lucę.xvij.ij.corin.xvij.& extra de iudi.c.nouit.

Circa

Circa iudicem, quia agitur coram eo, vel criminaliter, vel ciuiliter. Criminaliter, & tūc iudex debet examinare personam accusatoris, qua intentione moueatur, cuius sit opiniōis, qua confidentia. Si ex inuidia vel odio, vel pro cupiditate, vel ex charitate accusat. ij.q. vij.capi.si qui sunt. Item in caussa iniuriarū, iudex semper laboret ad componendum partes. Vide hic Specu.latius. Ciuiliter, & iudex tendere debet ad compositionem, extra de inuti.peti.c.j. & de transac.c.fina. ff. de vsufru.l.æquissimum.C. de iudic.autem. si vero.vide latius Specu.lib.ij.par.j.titu.de præparatorijs.

In summa consultissimum est Christiano, vt otium negotio præponat, & ad componēdum pronior sit, quàm ad contendendum. ix.distinc.per totum de trāsactio. c. fi.& hoc propter tres caussas sequentes.

¶*Tres caussæ à lite retractoriæ.*

Prima propter euangelici consilij obseruationem. Mattthei.5.vbi Christus dicit, Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & tecum in iudicio contendere, dimitte ei & pallium. Et.j. Corinthio.vj.Apostolus, Si secularia iudicia habueritis, peccatum est in vobis, & vos contemptibiles facietis.

Secunda, quia cogitur actor litem prosequi

C aduer-

aduersario instante. Hinc fit ut induciæ deliberatoriæ sibi non concedantur, quandoquidem ad hoc debuit se primo pręparasse.iij.q.iij.c.induciæ.

Tertia, quia litis euẽtus est dubius. ff.de pecul.l.quod debetur. Agere igitur uolenti multa perspiciẽda sunt & incũbunt, ut hic sequit̃.

¶ *Quatuor actoris officia.*

Primum, vt cum amicis, quorum in necessitatis articulo pauci reperiuntur, consulat, deliberet, an sibi agere expediat vel non, ut.sup. diximus

Secundum, videat nũ probare possit quod intendit.ij.q.viij.c.sciant.ff.de proba. ei qui.

Tertiũ pręparet testes & aduocatos, ut prædicto.c.de inducijs, & caueat ne decipiatur testium uel aduocatorum fallaci promissione, ut.j.q.iij.c.paulum.extra de elec.c.statuim⁹. in ti.lib.vj.uide hic latius Spe.d.lib.i.ij.par.j.in prin.§.bene est.

Quartum, vt præmoneat prius charitatiuè eum contra quẹm intendit agere.ut.d.l.debitores.C.de pigno.vt supra latius diximus.

¶ *Actionis propositio.*

Viso quid sit iudiciũ, & eius partibus in genere, & quantũ hic sufficit, explicatis, & subinde iudiciorum pręparatorijs declaratis, restat certe vt de actione videamus.

Actio

Actio itaq; nihil aliud est, q̃ ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, & subintellige uel deberi speratur, & non solum sibi, sed & ei cuius nomine agitur: sicut si procurator vel tutor agat. Singulas huius diffinitionis particulas. glo. bene declarat insti. de actio. §. j.

In actiõe autem sex summopere sunt inspicienda. Ex qua scilicet caussa nascatur. Ex quo iure proficiscatur. Cui competat. Aduersus quem. Quid in ea veniat. Et iudicis officium in ea nasci. Cuius rei hanc accipe tabulã demonstratoriam ex ordine particulatim declarandam.

In actione sex inspicienda, scilicet. Ex qua caussa nascatur. Siquidem vel ex obligatiõe, & personalis dicitur, vel rei detentione, & realis dicitur. Ex quo iure proficiscatur, nempe ex iure ciuili vel pretorio, hinc aliæ dicuntur ciuiles, aliæ pretorię. Ciuilis alia de vniuersitate, alia de re speciali. Pretoriæ, alię in rẽ, alię in personam. Cui competat. Aduersus quẽ. Quid in ea veniat, Iudicis officiũ ex ea nasci.

¶ *Actio ex qua caussa nascatur.*

Nascuntur omnes actiones aut ex obligatione, & personales vocantur. Obligatio aũt quib⁹ modis cõtrahiẽ, hic pręsupponiẽ, vide inst. de oblig. Est aũt psonalis actio, quã quis intẽ

tat contra alium ad aliquid dandum vel resti tuendum vel faciendum, tãquam obligatum ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, vel etiam ex varijs figuris caussarũ in. §. actionum, institu. de actio.

Aut rei detentione, cum persona quidem nullo iure obligata est, mouetur tamẽ ei propter rem aliquam controuersia, quam possidet, pro qua agitur, vt in. l. actionũ genera. ff. de actio. Et hæ in rem actiones vocantur. Et sunt duplices, corporalium scilicet rerũ & incorporalium. Corporaliũ rerum, vt cum res corporalis petit̃ siue pro re corporali agitur, vt pro fundo, domo &c. Incorporaliũ, vt sunt iura, seruitutes. Et pro huiusmodi seruitutibus dantur duæ actiones, confessoria scilicet & negatoria. cõfessoria est, quę competit ei, qui dicit se habere ius vel seruitutem eundi, vel agendi, vel altius ædes tollendi. Negatiua quæ competit ei, qui aliquem nõ habere ius, vel seruitutem ad aliquid, quod facere volebat alter, & ipsum per hanc actionẽ prohibet, scilicet non eundi per fundum meum, nõ altius tollendi ædes, non officiendi luminibus. Sunt autem seruitutes, de quibus dantur hæ duæ actiones, duplices, scilicet personales & prædiales. Personales sunt, vsufructus, vsus, habitatio, & ministerium seruorum. Prædiales, quę

les, quæ iterum duplices ſunt, ruſticę ſcilicet & vrbanæ. Ruſticæ, vt iter, via, actus, aquęductus. Vrbanę, vt altius tollendi, Tignum immittendi, proijciendi, protegendi proſpectus. De quibus vide ſuis titu. inſti. ff. & C.
Actio proficiſcitur ex iure Ciuili & Pręto-rio. Ex ciuili, & ciuiles appellātur. Sunt autē, quæ ex quinque iuris illis ſpeciebus, ſcilicet legibus, Senatuſconſul. Plebiſci. prudētium reſpon. deſcendunt: & ſunt duplices, ſcilicet in perſonam & in rem. In perſonam vt perſonales, de quibus hic ſupra paucula. In Rem vt reales. Et harum aliæ ſunt vel de vniuerſitate, vel de re ſpeciali. De vniuerſitate, & harum aliæ proditæ ſunt vel ad petendum, vel ad diuidendum. Ad petendum prodita eſt petitio hæreditatis, quæ cōpetit hęredi ad impetrandam hæreditatem. Ad diuidendū prodita eſt famil. herciſcun. Actio pro diuidenda hęreditate. De re ſpeciali. Et aliæ etiam vel ad petendum aliæ ad diuidendum. Ad petendum prodita eſt vendicatio, quæ domino competit, ad rem ſuam petendam. Ad diuidendum pro re particulari Actio communi diuidundo, competit eis qui rem aliquam communem habent. Item in rem Ciuilis eſt fi. regun. quæ datur eis qui confines agros poſsidēt ad fines diſtinguēdos. Ex prętorio, Prętorię ſunt quę

ex æquitate prætoris introductæ ſunt. Et harum etiam alię ſunt uel in Rem, uel in perſonam. In Rem veluti Publicana, quæ datur bonæ fidei poſſeſſori. Seruiana, qua experitur quis de reb⁹ coloni quę tacito pignoris iure pro penſionibus fundi domino obligatæ ſunt. Quaſi Seruiana, qua creditor pro re ſibi pignorata experitur. Inter pignus autem & hypothecam nihil aliud intereſt, niſi quod pignus ſine traditione fieri non poteſt. Hypotheca poteſt. In perſonam veluti de conſtituta pecunia, quæ datur contra eum, qui pro te uel pro alio ſe conſtituit ſoluturum, & ex nudo pacto oritur. De peculio, & competit ei, qui cum filiofami. vel cum ſeruo peculium habentibus contraxit. In factum de iureiurando, vt ſi quis iurauit aduerſario deferente in iudicio, datur ei ex ſacramento actio. Et ſunt dictæ tres non pœnales. In corrumpentem Edictum prætoris in albo, uel poſitum ſuſtuliſſet, & eſt in 50. aureos. In vocantem patrem in ius ſine venia, vel patronũ cum id non impetraſſet, & eſt ſimilis pœna. In ui eximentem in ius vocatum. In factum de calumniatoribus. Actio quod metus cauſſa, furti manifeſti, ſerui corrupti. De effuſis, eiectis & appenſis, & ſunt hæ omnes pœnales, de quibus vide gloſ. inſtitu. de actionibus,

bus, in uerbo innumerabiles. §. pœnales. & Specu. de actio. li. ij. par. prima.

Actiones etiam in rem, de ſeruitutibus prædiorum urbanorum & ruſticorũ ex ciuilibus cauſsis deſcendunt. De qbus nõnihil infra.

¶ Actio cui competat.

Si quidem actio ex contractu eſt, ei compe tit qui contraxit vel hæredi eius. Sin uero ex maleficio, ei qui maleficium paſſus eſt uel hęredi eius. Excepta iniuriarum actione, & ſi qua alia ſimilis inueniatur. Hęc enim neque hæredi neque in hæredem datur. Quod ſi in rem ſit actio, ei competit, qui ius in ea re quę petitur habere noſcitur, & hęredi ei⁹ niſi perſonæ ius coarctaretur, vt vſufructus, vſus, habitatio.

¶ Aduerſus quem competat actio.

Siquidem ex contractu eſt, aduerſus eum qui contraxit & eius hæredem, niſi ſit depoſitum, ex quo lis creſcit inſiciando, vt ſi quid tumultus, incendij, ruinę, aut naufragij cauſſa depoſitum ſit. tum eñ in ipſum in duplũ, in hęredem, in ſimplum, Iudicium datur. Sin vero ex maleficio, aduerſus eum qui maleficium fecit, vel eius hęredem poſt litis conteſtatiõem. Si vero in rem ſit, aduerſus eum, cõ petit qui poſsidet, vel qui dolo fecit, quominus poſsideret. Dolus enim pro poſſeſſore

habetur, vt etiam eius hęres teneatur.

¶Quid in actione ueniat.

Siquidem ex contractu, videndum est vtrũ talis contractus vel quasi contractus sit, vnde mutuę nascũtur obligationes, vt sunt mandatum, commodatum, depositum, pignus, tutelæ, negociorum gestorũ. Ex his omnibus prędictis duplices nascũtur actiões, vna directa, altera contraria. Directa est actio, quę datur dño rei veluti, mandanti, commodãti, debitori, pupillo, eij cuius negotia gesta sunt. Cõtraria est, quæ datur ei qui rem gesserit, vt mãdatario, Commodatario, depositario, Tutori, Negociorum gestori, & in his quidem directis actionibus venit res, quæ in conuentione posita est, vt præstet vel vt restituet. Item dolus & lata culpa solummodo in quibusdam, vt in deposito & precario. In quibusdam dolus & omnis culpa & diligentia, vt in contractu pignoris, mandati, tutel, ęnegociorum gestorum. In alijs etiam exacta diligentia, vt in commodato. In contrario iudicio venit hoc quod impensum est, vt in venditæ iudicio precium venit. In empti autẽ res vẽditi. Et si quid deliquit dolo vel culpa, veniunt accessiones. Item in locati Actione venit merces & delictum & custodia diligens, venit etiã ipsa res, quæ locata est, in cõducti iudicio

venit,

venit, ſi quid impendit, ſi quid deliquit.

Et notandum quòd prædictæ actiones ad id, quod intereſt ſpectant, vt ſi qs hoc quod natura actionis eſt, præſtet cum ſuis acceſsionibus, reus abſoluatur. Sin autẽ ad id quod intereſt, reus condemnetur.

Et notandum, quòd omnes prædictę actiones bonæ fidei ſunt. Item bonæ fidei eſt ex ſtipulatu, quæ competit mulieri ad requirẽdam dotem. Item præſcriptis verbis, quæ competit de ęſtimato, vt ea quę venit ex permutatione.

Et hoc ſciendũ generaliter, quòd in omnibus bonæ fidei iudicijs, non ſolum res, quæ in petitione vel conuentione ſit, ſed omnes perſonales pręſtationes, Item acceſsiones, Item quicquid alterum alteri ex bono & æquo pręſtare conuenit, in alijs autem ex contractu vel quaſi. Item condictione certi, quæ deſcendit ex mutuo & ex ſtipulatu, pręterquàm in ſupradicto caſu, & in debiti cõdictione, in præſcriptis verbis actione ex alijs cauſsis, præter ſupradictas cõpetente, quia ſtricti iuris ſunt, res ipſæ quæ tantum in cõuentione poſitæ ſunt, vel per errorem ſolutę veniunt. Poſt litis autem cõteſtationem etiã acceſsiones veniunt. In his autem actionib⁹, quæ naſcuntur ex maleficio, vel quaſi malefi

 cio,

cio, in quibusdam venit simplum, in quibusdam duplum, in alijs triplum, in alijs quadruplum. Simplum venit vt in actione legis Aquil. item de dolo malo & post annum in bonorum raptorem.

Duplum in actione furti non manifesti. Serui corrupti, depositi ex tumultu, incẽdio, ruina, naufragio, si inficiatur.

Triplum veluti cum quis maiorem summã in libello conuentionis inseruit, vt si viatores maiores sportulas à reo exigerent.

Quadruplum consequitur quis actiõe furti manifesti, vt bonorum raptorum. Item de calumnia & multis alijs casib⁹. Vltra quadruplum nulla actio prodita est.

Per actionem vero in rem cõsequitur quis ipsas res, in quas intẽdit, & in alijs quidem venit res ipsa quæ petitur, in quibusdam tãtum ius in re, in quibusdam sola possessio.

Res ipsa venit in actione iure speciali, quæ vendicatio vocatur. Veniunt etiam partus, & fœtus, & fructus actionis, & ea variè secundũ qualitatem possessorum. Sin bonæ fidei sunt possessores, de consumptis non tenentur. Malæ fidei vero possessor omnem rationem reddat.

In petitione autem hæreditatis, quæ competit hęredi solum contra eum qui possidet,

pro hærede vel pro poſſeſſore, non ſolum ve niũt res quæ fuere defuncti, ſed etiam cõmo datæ, & depoſitæ & quaſcunque defunctus poſſedit quoquo iuſto modo tempore mortis, quæ non tãtum perſonales fuerant vt vſufructus.

Item in famil. herciſcundæ, & communi diuidundo res ipſæ veniunt, non ad hoc reſtituãtur, ſicuti in ſupradictis, ſed etiam vt diuidantur, veniunt etiã perſonales prꝍſtationes, vnde & in perſonam vendicantur.

In finium regundorum iudicio res veniũt, non ad hoc vt reſtituãtur vel diuidantur, ſed vt earum menſura exigatur. Ius in re cõſequitur quis actione in rem de vſufructu, vſu & habitatione.

Item de ſeruitutibus vrbanorum & ruſticorum prædiorum, quę dantur tam ex parte petentis quàm poſsidentis. cum nullo alio iuris articulo poſsidenti actio ſit prodita, poſſeſſionem conſequitur quis & ſeruiana.

Per actionem vero ad exhibendum, neque rem quis conſequitur, neq; ius in re, ſed tantum vt oſtendatur, vt poſtea vel uẽdicare uel alio modo petere poſsimus. Qua quidẽ actione poteſt agere is, cuius intereſt, ut exhibeatur, ex aliqua probabili cauſſa.

Item ſciendum eſt, quod quędam ſunt rei perſe-

perſecutoriæ tantum, quædam pœnæ tantũ, quædam tam pœnæ quàm rei, quæ mixtę vocantur.

Rei perſequutoriæ ſunt omnes actiones in rem. Item in perſonam omnes, quæ ex contractu vel quaſi contractu naſcuntur. Per actionem depoſiti, quæ competit nomine eius, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſſa, depoſitum eſt contra inficiantem.

Ex maleficio verò quædam pœnæ tantũ ſunt perſecutoriæ, quędam rei tantum, quędam mixtæ.

Pœnam tantum conſequitur quis actione furti iniuriarũ, quod metus cauſſa intra annum. Item de eo quod ſuſpẽſum poſitumve eſt, quod vulgo iter faciẽtibꝰ nocere poſſit.

Pœnam verò & rem cõſequitur quis actione vi bonorum raptorum, damni, iniuriæ, & alijs multis modis. Rem tantũ conſequimur, vt actione furtiua.

¶ *Iudicis officium ex Actione.*

Officium verò iudicis eſt, quod venit in vnaquaque actione ex æquitate. Item compenſationes admittere præterquã in actionibus in rem, cùm de ipſa re cõtrouerſia eſt. Item in bonæ fidei iudicijs, ſi pecunia eſt, ex mora in vſuras condemnare, nõnunquàm ipſum petentem ad æſtimationem rei, quæ

peti-

petitur, cum iureiurando admittere. Et generaliter, quicquid alterum alteri debere ex bono & ęquo inuenerit, in id debet eum condemnare.

¶De actionibus.

Item ſciendum eſt de actionibus, quòd nõ ſolum conuenimur quandoque ex noſtro contractu, vel eius cui ſucceſsimus, ſed ex alieno, & ex contractu eorum, quos in poteſtate noſtra habemus, id eſt, filiorum vel ſeruorum. Sed ita demum quis ob eorũ contractum contra nos agere poterit, ſi aut iuſſu noſtro cõtractum eſt, aut in rem noſtrã verſum eſt, aut ſi eos tabernę, vel negociationi præpoſuimus, aut ſi eos nauis magiſtros fecerimus. Aut ſi ſcierimus ſeruum noſtrũ in peculiari merce negociari. Actione quidem iuſſu agitur, cùm iuſſu noſtro aliquod negocium cum his, quos in poteſtate habemus, geſtum eſt. Et hac actione Actor ſolidũ conſequitur.

De in rem verſa actione agitur, cùm quod geſtum eſt cũ prędictis perſonis, in rem noſtram verſum eſt, veluti ſi ſeruo meo Petrutius mutuo dederit, & ſeruus omne id vel partem in meam vtilitatem verterit. Et hoc iudicio id ſolum, quod in rem meam probauit, actor conſequitur.

De

De in rem versa actione, cùm quod gestũ est cum prædictis personis in rem nostram versum est, veluti si seruo meo Petrutius mutuo dederit, & seruus omne id vel partem in meam vtilitatem verterit. Et hoc iudicio id solum, quod in rem meam probauit, actor consequitur.

Institoria agit, qui cum seruo eo vel filio contraxit, quem tabernę vel negociatiõi alicui præposueramus, eius rei gratia, cui præpositus fuerat, tenebimur.

Exercitoria competit contra exercitorem, qui magistrum naui præposuit.

Tributoria agit omnes, qui cum his, quos in potestate habemus, contraxit, modò nos eos in peculiari merce negociari scierimus: alioqui de peculio duntaxat tenebimur.

Peculium autem est patrimonium personę in potestate constitutæ. Quòd si quis autem contra decretum amplissimi ordinis mutuã pecuniã filiofamilias dederit, creditor quidẽ ad petendam nullam actionem habebit. Hęc autem de peculio actione tantum consequitur, quantũ in peculio est, deducto eo, quod patri dominove debet̃. Quòd si nihil sit in peculio, hac actione nihil consequitur. In illa autem actione, quę tributoria vocatur, ex cõtractu filij vel serui datur, vbi scientibus nobis

nobis in merce peculiari negociatur, non deducitur id quod patri dominove debetur. Sed in tributum ij vocantur: æqualem cum reliquis creditoribus conditionem hi, qui eos in poteſtate habent, obtinent. Ex maleficio autem filiorum familias in parentes nulla datur actio, ſed ipſi ſuo nomine conueniuntur. Ex ſeruorum verò dantur actiones in dominos, quæ noxales appellantur. Eſt autem noxia nihil aliud, quàm corpus ipſum quod nocuit. Noxa verò ipſum maleficium vocatur, etiam quandoq; ipſum maleficium noxa. Hoc autem iudicio ita dominus damnatur, vt vel ipſum maleficium, veluti furtum, rapinam, damnum iniuria datum emendet, ac ſi liber homo feciſſet, vel ipſum ſeruum noxæ dedat. Idem intelligendũ, ſi quod animal, vt aſinus, equus, mulus, canis pauperiem faciat. Eſt autem pauperies damnum ſine iniuria facientis datũ. Hęc autem locum habet, ſi contra naturam aliquo feruore, vel feritate damnum datum ſit. Nec eñ poteſt animal iniuriam feciſſe dici, quod ſenſu caret. Hæc autem toties tenenda ſunt, quoties nec ſeruus domini iuſſu vel voluntate damnũ dederit, nec aliquod animal alicuius inſtigatu pauperiẽ fecerit: alioqui eñ directè, dominus ſuo nomine tenebit. Et is

cuius

cuius instigatu damnum factum est, in solidum emendare cogetur.

Hæc de actionibus obiter hoc in loco dixisse sufficiat. Verùm cum & interdictum adeo cum actione prætoriana conueniat, vt altero alterius sępe loco vtamur,& ipse Specu.noster in ij.libro.par.x.titu. de nominib' actio. Interdicta ipsa actionibus subuertat, atque loco illorum cuiuslibet subrogatam esse actionem in factũ dicat: de ipsis & hoc loco aliqua obiter, & quantum hic satis erit tractabimus.

¶*De interdictis.*

Sunt autem interdicta formæ atque conceptiones verborum, quibus prętor aut iubet aut prohibet aliquid fieri. Interdictorum alia exhibitoria, alia prohibitoria, alia restitutoria sunt.

Exhibitoria sunt, quę competunt de libero homine vel liberis exhibendis. Prohibitoria sunt, vt interdictum per quod prętor vim fieri prohibet, sine vitio possidentis. Item ne quid fiat in loco sacro vel religioso, quo ius loci lędatur. Item ne quid fiat in flumine publico vel eius ripa.

Restitutoria sunt, vt interdictum, quod competit ei, qui vi de possessione deiectus est, quam nec vi, nec clam, nec precario ab aduer-

aduerſario poſsidebat. Item interdictorum alia ſunt comparata cauſſa adipiſcendæ poſſeſsionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. Cauſſa adipiſcendę poſſeſsionis interdicta ſunt comparata, quorum bono, quod cõpetit eis qui iure prętorio hæredes exiſtunt. Ad petendam hęreditatem. Item quorum legatorum, quod cõpetit legatarijs ad legatariorũ poſſeſsionem adipiſcendam. Item Carbonianum interdictum, cauſſa adipiſcendę poſſeſsionis introductum eſt, quod competit puero ad res hæreditarias poſsidendas, quouſq; decernatur an fili⁹ defuncti ſit. Quod toties locum habet, quoties de partu dubitatur.

Retinendę poſſeſsionis cauſſa comparata ſunt interdicta, vti poſsidetis, & vtrobiq; dãtur ei qui ſe poſsidere contendit, per quod inquiritur quis maiore parte huius anni, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſederit. Hodie tamen ille vincit qui tempore litis conteſtaræ detinet.

Recuperandæ poſſeſsionis cauſſa comparatum eſt interdictum vnde vi, quod competit ei qui de poſseſsione vi expulſus eſt atq; eiectus intra annum vtilem. Vtilis autem annus eſt, intra quem copia agendi eſt. Interdictum autem vnde vi, proponitur, per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſ-

ſum. Licet is ab eo qui vi deiecit, vi, vel clam uel precario poſsideat. Et aduertendum, quod tam interdicta, quàm omnes actiones prætoriæ, ſi in rem ſunt, perpetuę ſunt. Si in perſonam, anno terminantur.

Dictæ vero actiones vel interdicta, tum demum locum habent, ſi nõ vel ipſo iure ſublatæ ſunt, vel præſcriptione remoueantur, uel exceptione elidantur.

Et hęc de actionibus & earundem nominibus, & de interdictis in genere dicta volum⁹. Latius enim exactiusq́; eas hic expendere & explicare loci non eſt huius.

¶ An actio ſit ſpecialiter proponenda.

Veterem dicit eſſe quęſtiõem Speculator, an actio ſit ſpeciali nomine intentanda. Pro cuius explanatione duplicem recitat opinionem. Vnam Legiſtarum, Alteram Canoniſtarum.

¶ Legiſtarum opinio de proponenda actione.

Legulei de actione intentanda atque proponenda, quadrifariam ſentiunt. Primi dicunt quamlibet actionem proprio nomine intentandam, & libello inſerendam argu. ff. de iudic. leg. in prin. C. eod. j. edita, quia nemo ſine actione experitur. leg. Si pupillo. parag. ſi. ff. neg. geſtorum. Et facit fortius

pro

pro eis.xij.c.de formulis,& impetra.&.l.j. ff. si men.fal.mo.dix.quæ clarè dicunt, quod in eptam actionem proponens debeat succumbere. sic extra de iudi.c.exanimata, & hui' opinionis sunt Ioan.And.& Azo.

Secundi dicunt vt sunt Iaco. Bruti.Lan. & Goff.quod si ex vno facto vna tantum resultet actio, vt in venditione, commodato, deposito & similib', sufficiat caussam siue factum simpliciter proponi. Si vero plures oriantur ex eodem facto actiones, vt si quis in fundo meo arbores incidat ex quo facto oritur interdictum, quod vi, aut clam, & etiam actio legis Aquil.& Arb.fur.ces.vt.ff.de arb.fur.ces. l. colonus. l. pe. ff. quod vi aut clam. vel si in societate furtum committatur. Quo casu & pro socio, & furti actiones oriuntur. l. rei communis nomine.ff.pro socio. His quidem casibus, & similibus exprimere debet qua malit experiri, vt reus certificetur quid ab eo petatur.

Tertij vt Odof.Azo, rof.dicunt graues quidem intentandas fore, leues vero non.

Quarti quod nec secundū leges necesse est in libello edere actionem. C.de edict. Diui Hadriani tollen.l.tertia ibi is qui scriptus est hæres, & iudici testamentum contenderit non vitiatum quod in possessiōem mittatur,

vbi clarè habetur, sufficere & legitimum modum & caussam proponere, & non expresse actionem proponendam. Nam sufficit caussam proponi, ex qua actio resultat, vt peto rē quam emi, vel decem quæ mutuaui. Instit. de acti. §. j. in fin. & extra de iudi. c. dilecti. Sed secundum istam opinionem nunquam actio incompetens poterit proponi. Imo quilibet & illiteratus libellum cōponere recte sciret.

¶Opinio canonistarum.

Approbatior opinio Canonistarum, quod nemo cogatur in foro ecclesiastico, nec in libello, nec in processu exprimere actionem vt in allegato. c. dilecti. Sed si sponte velit admittendus sit, vt in. c. examinata. extra de iudic. Et tunc si ineptam proponit, succumbet, & poterit aptam proponere, vt ibi, & de restitu. spolia. c. cum ad sedem. in fi. Et receptus vsus hanc opinionem approbat. Sufficit enim factum simpliciter proponere. Quandoquidē de sola veritate curandum, non de apicibus iuris ciuilis disputandum, vt in prædict. c. dilecti. & c. in. extra. de dolo & contuma. Huic opinioni assentit Panormitanus. in. d. c. examinata. qui colligit, quod vsus actionis non est sublatus de iure canonico, quod ex eo colligit in princip. & fin. d. c. examinata. vbi dicitur, quod isti milites non teneantur respondere

dere nisi proposuerit iste nobilis actionem aptam & congruentem. Et sic volens agere, etiam de Iure Canonico debet proponere actionem aptam & congruentem. Non tamen intellige quòd debeat & cogatur (nisi velit) exprimere nomen actionis. Quia ad hoc non tenetur hodie aliquo iure. Quod probat Panormitanus in dicto capitulo cum dilecti. Igitur in canonibus vbi habes actio, expone, id est, petitio.

Et sic actio non est de necessitate in libello proponēda non explicitè, sed implicitè, quia genus caussæ genus actionis significat.

Si tamen ex eodem actu plures speciales oriuntur actiones, altera eligenda est, vt supra dixerunt legistę secundæ opinionis. Et qui non vult eligere, repelli debet per iudicem. argumen. C. de colla. l. filiæ, vel cogēdus est iudicis officio eligere. l. vnica. ff. si quis ius dicen. non obtem. Vide hic latius Specu. li. ij. par. j. titu. de actione. §. sequitur videre, versiculo quod si nolit eligere.

¶ Libelli definitio.

Libellus vt hic accipitur, est breuis scriptura, intentionem actoris continens contra aduersarium necessariò inferens & concludēs, id est, actoris petitionem & caussam continēs, & actionem complectens.

¶Quare libellus offeratur.

Propter actorem, vt eius ius declaretur: Secundo propter reum, vt deliberare poſsit, an cedere vel contendere velit. Tertio propter iudicem, vt ſciat qualiter debeat formare ſententiam quæ ſecundum petitionis formã eſt ferenda extra de ſym.c.licet Heli. Idem no. in.c.j.de libel.obla.

¶Libellus quid continere debeat.

Libellus continere debet nomen Actoris, Rei, Iudicis, & cauſſam implicantem factum, & inferentem concluſiuam petitionem. Vnde dicit Ioan. de lig. quod libellus eſt ſyllogiſmus iuriſtarum. In primis enim tanquã pro maiore continet, quis petat, à quo, & coram quo, id eſt, nomẽ actoris, Rei, & Iudicis. Subinde tanquam minorem continet cauſſam implicantem factum, id eſt, actionem ſiue petitionem, hoc eſt quo iure petatur. Vltimo loco concluſione infertur concluſiua petitio, qua actor concludit petendo merito ex premiſsis & propoſitis Reum ſibi fore condemnandum & in principali & in expenſis. Et debet iſta quinq; continere clare, breuiter & ſine obſcuritate, vt latius infra ſuo loco.

Vt hæc huius ſcientię tyrũcula clariora fiãt ſubiũgam exemplum & formam libelli actionis realis, id eſt, in qua res aliqua petitur.

¶Forma

¶ Forma libelli in Actione Reali.

Corã vobis venerabili viro officiali. N. &c. vel Archidiacono, vel locum tenenti proponit procuratorio nomine viri discreti. N. vel receptoris ducatus. N. laici. N. diocœs. laicus vel cleric. si est clericus, conquerendo in iure, aduersus. N. clericum, si est clericus vel laicum, si est laicus, vel scholasticum, vel quemcunq; alium legitimè in iudicio pro eo interuenientem. Et dicit, quod licet domus talis, & nominando vel specificãdo domum, à platea, loco, vicinis, ad memoratum, receptorẽ. N. pertineat, tamen prædictus reus. N. candẽ domum tres vel quatuor annos detinuit, & occupauit, prout retinet & occupat fructusq; siue pensionem, quæ ex ea per tempus huiusmodi prouenerunt, percipit, & sibi retinuit ac prouenientes percipit ac retinet: & huiusmodi domum deoccupare & prædicto. N. receptori eam liberam & vacuam dimittere & restituere cum fructibus pensionibus vt premittitur in perceptis contra Deum in periculum animæ suæ & prędicti. N. receptoris prę iudicium & detrimẽtum, recusauit & renuit, prout recusat & renuit.

Quare agit & petit procurator supra memoratus prefato nomine quatenus cognito quãtum sufficit de præmissis, denuncietis, de-

cernatis, & declaretis supradictam domum, ad antedictum.N. receptorem pertinuisse ac pertinere, prædictum. N. indebitè & illicitè occupasse & occupare. Et ipsam domum eidem.N.receptori, adiudicãdam fore, ac adiudicetis, prędictumq́;.N.vt domum huiusmodi.N.receptori liberam & vacuam dimittat, restituat, & asśignet, ac fructus & pensiones, vt præfertur, perceptos vel eorum valorem, quem ad uiginti aureos pro singulis annis ęstimat, vestra tamen ac aliorum quorum interest æstimatione salua tradat seu persoluat condemnandum & compellendum esse, & condemnetis & compellatis per vestram diffinitiuam sententiam, censuram ecclesiasticã, & alia remedia opportuna. Hæc petit cõiunctim & diuisim vna cum expensis litis, ac fructibus inde perceptis, & quę percipi possunt, & tẽpore litis percipiẽdis. Ad probationẽ necessariã & non vltra se astringẽs, saluo nihilo minus iure addendi, minuendi, corrigendi: & pro est, vt est moris.

Vides ergo quod in libello ea quinq;, licet & multa alia debeat continere, tibi restant necessariò de recepta consuetudine facienda. Et sicut exemplum tibi dedi hic in actione reali rei vendicationis: sic in omni actione fere formabis libellum excepto eo, quod hodie

die actionis nomen non exprimitur nominatim, sed sufficit caussam allegare, quę in iure Canonico dicitur petitio. De quo vide latius Speculatorem loco supra allegato.

¶ Actionis cessio.

RECEPTVM est in iudicijs, actionum cessiones posse fieri. Quare ex ordine de huiusmodi cessione paucula quid iuris sit, dissseremus.

Verũ quomodo in cessionibus fiant instrumenta, & quæ formæ eorum, Vide Spec. lib. ij. part. j. titu, de cessione acti. parag. consequẽter vtile est.

Est autem actionis cessio proprij iuris in alterum facta translatio seu collatio: & fieri potest cum hac distinctione.

CESSIO aliquãdo fit in vltima voluntate. Et tunc aut illa est in Iudicio deducta, aut nõ in Iudicio deducta. Aliquando inter viuos ex pacto. Et subdistingue, quia aut fit potentiori ratione officij publici & terribilis: aut nõ ratione terribilis, aut non fit potentiori. Et aut est actio dubitata, id est, in iudiciũ deducta, aut indubitata. Eaq; aut vera est aut simulata aut dubia.

Huius tabulę singula membra, secundum ordinem hic depictum declarabimus.

¶ Cessio ultimæ uoluntatis.

Cesſio in vltima voluntate facta, ſi fuerit in iudiciũ deducta, actionis ipſius exercitiũ ſiue pſequtio cauſſę pertinet ad hæredem. Et ſi aliquid obtineat, præſtabit illud legatario. Si nihil obtineat, nihil dabit, quia litis euentus intelligitur legatario relictus. Tñ legatarius poterit intereſſe liti, ne hęres colludat.

Ceſsio actiõis facta nondũ in iudiciũ deducta, valet ſimpliciter. l. nõ debitoris. ff. de leg.

¶ *Ceſſio inter uiuos potentiori facta.*

Ceſsio inter viuos facta potentiori ratione officij terribilis, non valet, imo iacturę cauſsę afficitur is, qui potentiori cedit, quia perdit ius ſuum ipſo iure vel per ſententiam vt plerique volunt. Et potentior ſe immiſcens punitur extraordinariè officio iudicis ext. de alie. iudi. mut. cau. fac. c. ij. & C. ne lice. poten. l. ij. & fi. Et intellige de eo qui potentior ratione publici officij cui præeſt, vt quia eſt dominus, vel illius contra quem ceditur magiſtratus, officialis, pręſes, vel Balliuus (vt vocant) cuius officij occaſione aduerſario illi contra quẽ ceditur terribilis eſſe poteſt, vt. C. quod metus cauſſa. l. fi. C. Si quacunq; prędi, poteſtate. l. vnica. &. C. ſi rec. prouin. l. vnica. C. de his quæ poten. no. l. vnica. Item & tutor potentior eſt pupillo ratione officij: & ideo ei contra pupillum cedi non poteſt. C.

qui

qui tuto.da. poss. Authen. Minoris.

Verùm si potentiori cessio facta sit, qui non est potentior ratione officij, bene valebit. Vide hic latius Speculatorem. l. ij. parte prima. titulo de cessione Actionis.

¶ Cessio inter uiuos non potentiori facta.

Cessio quæ fit non potentiori & actio est indubitata, id est, in iudicium deducta, vt. ff. quibus ad liber. procla. non licet. l. ij. tenet in quinque casibus sequentibus. In alijs verò non tenet.

¶ Quinque casus, quibus cessio non potentiori facta de actione dubitata, id est, in iudicium deducta, ualet.

Primus, Si fiat causa dotis vel donationis ante nuptias. Secundus, si causa nuptiarum. Tertius, si causa transactionis. Quartus, si causa diuisionis, quæ fit inter hæredes de rebus hæreditarijs. Quintus, si fiat causa legati vel fidei commissi, cùm nondum super re legata vel fidei commissa quæstio mota testatore viuente, sed post mortem eius mota est contra hæredem.

Si quis verò in alijs quàm his quinque casibus cedat, punitur tam cedens quàm is cui cessio fit, cum distinctione tamen, vt si sciens aliquis emit actionem, vel rem litigiosam, cogĩt eam restituere venditori. Sed etiã alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus inferatur, &

lis

lis ſuo Marte currat inter venditorem & eũ, cum quo prius quæſtio mota erat. Si tamen ignorans rem litigioſam emit, tũc irrita alienatione facta, precium cum alia tertia parte recuperabit à venditore. Si verò ex donationis cauſa aliquis rem litigioſam receperit, æſtimatur res, vt in ipſius æſtimatione rem in alium transferens puniatur. C. de litig. l. ſi.

Vera tenet, niſi fiat potentiori, vt ſup. vel niſi cauſa auarę venalitatis, vt ex. de alic. iud. mu. cauſ. fact. c. ij.

Vera autem eſt, ſi actio magnæ ſummę cedatur pro magna ſumma. Item ſi cohæres cedit actionem cohæredi ſuo, vel ſi hæres cedit legatario, cui res vel actio eſt legata. Item ſi debitor cedat ſuo creditori pro debito, etiam ſi cedat actionem competentem, ad maiotem quantitatem quàm debeat. Item ſi dum poſſideo rem aliquam, aliquis pro re illa incipiat me conuenire, & emo ab aliquo ius ſiue actionem, qua mediãte poſſum rem illam defendere, valet ceſsio, nec pręſumitur ſimulata. Hæc omnia ꝓbari poſſunt. C. mandati. l. per diuerſ. Et tali ceſsione intelliguntur leges. C. de hære. & acti. vendi. l. j. & per totum. Et præcipuè in tribus legibus vltimis, & C. de nouatio. l. iij.

Qua-

¶ Quatuor casibus principalibus cessio uera apparet.

Primus, si cedens sit pauper, nec habet vnde causam prosequatur. Certè hoc casu potius necessitate, quàm fictè cessio præsumit esse facta, argu. l. allegationes. ff. fami. hercis. ob æs. C. de prædi. mino. l. si procuratoré. §. j. ff. mandati.

Secundus, Si palàm vel publicè facta est cessio vel venditio, vel fortè cedens habet aliò ire, vel alia facere, ita vt intendere litis persecutioni non possit, quibus casibus non presumi debet simulata, argumen. l. non existimo. ff. de administratio. tuto. l. ab Anastasio. C. mandati. & extra de eccles. benefi. sine distin. confer. capit. vnico. argu. l. primæ. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi.

Tertius, Si reus potens est, & actor nequit ab illo suam cósequi iustitiam, & ideo cedit suam actionem, non presumitur simulata, argumen. C. de execu. rei iudica. l. ordo. ff. de iure dotium. l. cum in fundo. §. cum ipsius.

Quartus, Si ius suum vendens, honestus homo & qui bonæ fidei habetur, quique lites execrari solet, & mauult parte carere quàm se litibus implicare. Vide latius Spe. hec pulchrè disputantem.

Cessio

¶Ceſsio indubitata id eſt nondum in iudicium ded ucta, minus potenti facta, aut eſt ſimulata aut dubia.

Simulata ſiue imaginaria, quando inter cedentem & eum cui ceditur, id agitur quod totum emolumentum, ad cedentem referatur, quamuis eius, cui ceditur eſſe fingatur. Et hæc non valet. C. mandati. l. fina. §. ſi quis autem. &. §. ſed & ſi quis dona. Si autem dubitatur vtrum ſit vera vel ſimulata, cognoſci poteſt ſex hiſce caſibus, in quibus eſt indubitanter ſimulata.

¶Ceſsio ſimulata, ſex modis cognoſcitur.

Primus, Si actio magnæ quantitatis ceſſa ſit pro modica ſumma. ff. de tranſactio. l. cú hi. §. modus. Sed tamen in iſto caſu notantur opiniones, quas vide apud Specu. hic.

Secundus, Si actio quæ ceditur pro parte venditur, & pro parte donatur ei cui ceditur. Et hoc caſui ſecundum Inno. non agit cedens, quia eam perdit, nec is cui ceditur, quia non tenet ceſsio.

Tertius, Si facta ſit ceſsio, & aliquid clam pro ceſsione datum eſt. Et iſti caſus colligun tur C. mandati. l. fin. In his caſibus non poteſt aliquid amplius peti, quàm datum ſit, nec à cedente, nec ab eo cui ſit ceſsio, vt ea. lege dicitur.

Quar-

Quartus, Si clericus à laico contra laicum, secus secundum quosdam, si fiat contra clericum. Sed hic vide latius Specu.

Quintus, Si ille qui recipit, est homo litigiosus.

Sextus, quādo ratio potest assignari, quod facta sit in eum finem, vt reus vexetur. Hos casus Specula. diffusius disputat, ad quem te remitto.

¶Cessio dubia.

Et hæc multis præsumitur simulata, ex eo quòd actio partim venditur, & pro parte donatur. l. fi. C. mandati. Et hæc nō valet. Si autem non foret simulata presumptione, valeret cessio. Vide extra de alie. iud. mu. cau. fact. c. ij. in glos.

De formis instrumentorum super huiusmodi cessionibus actionum, vide vt dixi Speculatorem loco superius allegato.

¶Competentis iudicis aditio.

Ex ordine præmisso videndum occurrit, de competenti iudice adeundo. Verùm ne ex ignotis procedamus, paucula de iudicibus ipsis, & eorum diuersitate præmittenda duximus.

¶Prima iudicum diuisio.

Iudicum alius est ordinarius, alius arbiter, alius extraordinarius, alius delegatus, alius arbiter iuris, alius arbiter simpliciter.

Ordi-

Ordinarius est secūdum Speculatorem, qui iure suo vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest. l. more maiorum. &. l. sequenti. ff. iurisdictione omnium iudicū. quod locum habet siue in ecclesiasticis, vt sunt primates, archiepiscopi, episcopi & alij ecclesiastici, qui habent iurisdictionem à Papa, extra de offic. ordina. c. duo. xxij. distinctio. c. omnes, extra de ele. c. significasti. Siue in ciuilibus, vt duces, marchiones, comites & huiusmodi, qui habent totalem iurisdictionem vnius prouinciæ vel loci ab imperatore.

Vel ordinarius est, qui habet vniuersitatem caussarum in suo territorio. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbotum significa. xvij. quæstione. vj. c. j. Et hunc ordinarium quatuor faciunt.

¶*Ordinarium quatuor faciunt*

Lex animata vel canon, & hoc in dubio: secus si appareat, velle dare delegatum.

Lex animata, vtpote Papa vel Imperator, & non inferior nisi episcopus suo vicario.

¶*Consuetudo*

Vniuersitas approbata, vt mercatorum, sartorum, sutorum & aliorum artificum, qui habent de suo corpore, id est, collegio, creare & eligere iudicem, ordinarium: sic & vniuersitates

tates artium & facultatum(vt vocant)de quo nota.in cap̃.cum ab ecclesiarum. extra ab offi.ordina.Et sic rectores vniuersitatum,ordinarij sunt.Plura de ordinarijs nempe qui eos constituat, quod eorum officium, qui esse posśint,qui ab alijs prohiberi & qui ipsi recusare posśint,vide Spe.qui hæc egregiè tractat.

¶Arbiter.

Est,qui de partium consensu eligitur, & in eum sub pœnæ stipulatione compromittitur.ij.quęstione.vj.ca.à iudicibus.Non enim statur sententiæ eius nisi metu pœnæ, vel pignoris datione,vel alicuius loco pœnæ.ff. de arbi.l.non distinguemus.§.primo.C. eodem l.prima,extra eodem dilecti,vel metu iuramẽti,quod potest interuenire secundum canones,extra eo.c.ij. & per tuas.xxij.q.j.c. omne quod licet.secus si secundum leges.C.eo. Authen.Decernimus.in authen. de iudi. §. quia vero.colla.vj.quia non habet iurisdictionem propriam neq; delegatam, sed solum à partibus.l.j.ff.eodem.Et debet hic arbiter sequi iuris rigorem,ęquitatem scriptam,cum talia arbitria redacta sint ad instar iudiciorum.l.j.ff. de arbitris.& coram isto proponendæ sunt actiones, vt est tex. institu. de actionibus. §. primo,in principio.& ab isto non potest ap-

 pellari

pellari, cũ eius sẽtẽtię non iure sed metu pœnæ stetur. quæ autem sit differentia inter arbitrum compromissarium & arbitratorem, nos hic obiter attingemus. Ipse plura vide apud Bartolum in. l. societatis. §. arbitrorum. ff: pro socio. Præterea quę sit differentia inter istum arbitrum & iudicem ordinarium, vide Ange. instituta de actio. §. j. vbi. xvj. differentias &. viij. æquiparationes recenset.

¶*Extraordinarius.*

Est is, qui non suo iure vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionẽ exercere potest, neq; qui prępectus est alicui vniuersitati, vel collegio, nec à lege vel consuetudine iurisdictionem habet. Sed vel ex partium volũtate, vt arbiter, vel ex superioris commissiõe, particularem vel limitatam habet iurisdictionem, & huius duo sunt genera, aut enim est arbiter, de quo sup. aut delegatus.

¶*Delegatus.*

Est qui ex superioris commissione recipit iurisdictionem, & alicuius caussæ iudicialem cognitionem. Et vices delegantis repræsentat, & in iurisdictione nihil proprij habet. l. & licet. ff. de offic. eius, cui mandata erit iurisdictio. extra de officijs delega. c. Sane quia. &. c. Cum olim.

Quis autẽ possit eum constituere, quę eius potest,

potest,& quomodo dispensare, item quibus caussis recusetur, quæ contra eum excipi possunt,& id genus alia, vide latissimè apud Speculatorem, lib.j.§.j.

¶ Arbiter iuris.

Est, qui eligitur à partibus in recusatione iudicis ordinarij vel delegati, vtpote si caussa aliqua sit commissa alicui iudici, quem aliqua partium suspectum habeat, & dicat, eligendus est arbiter vnus vel plures, qui de hac caussa suspicionis cognoscat. l. apertissimi. & l. vltima. C. de iudicijs. Et debent hi seruare formam iuris:& ab eis nempe qui sic à partibus & potestate & necessitate iuris eliguntur, bene poterit appellari, licet à sententia arbitri compromissarij, de quo supra non appelletur, vt. l. prima. C. de arbitris, &. l. dum proferre. §. statim. ff. de arbitris. Vide latius Iasonem & Bart. in. l. fi. C. de iudi. &. l. j. C. de arbi. &. ff. de pactis. l. si quis.

¶ Arbiter simpliciter electus à partibus.

Coram quo non proceditur ordine iudiciario, cuius sententiæ si partes non consentiãt, reducũt se ad arbitriũ boni viri, qui propriè nõ est arbiter, sed appellatur arbitrator, & est quasi proxineta vel communis amicus, vel amicabilis compositor. Nec sumitur super re litigiosa vt cognoscat, sed vt pacificet.

De quo in lege Societatis. para. arbitrorum. ff. pro socio.

Et talis dicitur quasi negotiorum gestor, vel partium mediator. Vide hic latius Speculatorem. lib. j. par. j. & Iasonem de acti. insti.

Et non tenetur hic seruare formam iuris in executione iustitiæ, & bonum est talem habere fauorabilem, quia potest sequi æquitatem suæ opinionis, ex qua potest iudicium lædere, sed enormiter, alioq recurritur ad arbitrium boni viri.

Et differũt in hoc arbiter & arbitrator, quia arbitrator nõ tenetur ordinem iuris seruare, sed arbiter tenetur.

¶ *Secunda Iudicum diuisio.*

Iudicũ alius Ecclesiasticus, alius secularis.

Ecclesiasticus, cui omnis anima subiecta est in spiritualibus. Et illi sunt triplices, scilicet Papa, Episcopus, Curatus.

Papa, qui in locum Christi successit, & eius est vicarius extra vt ecclesia. benefic. siue dig. conf. c. vt nostrum. & Clemen. Romam. de iureiuran. c. pro humani. extra de homici. lib. sexto. &. 9. quęstio. iij. cap̃ cũcta per mundũ.

Episcopi qui in locum apostolorũ successerunt, & eorum vices tenent. xxj. distinctione. c. in nouo. xxxv. distinct. ecclesiæ.

Curati,

Curati, qui in locum discipulorum sunt cõstituti xxj. dist. c. in nouo, & eorum typum gerunt.

Secularis, cui omnis anima in temporalibus est subiecta, vt Imperator, qui dominus est & princeps totius. mundi vij. q. j. c. in apibus. Et Matt. xxij. capit. cum dicit Christus: Reddite Cæsari quæ sunt cæsaris. c. Soluite. ex. de maio. & obe. ff. ad. l. Rhod. de iact. l. de precatio. C. de epis. & cleri. l. generaliter. l. vnica. C. de insti. C. confir.

¶Ordo iudicum.

Super illustres siue Maximi, vt Imperator, Consul, Senator, Patritius, Dictator: & secundum Canones Papa, Legati, Patriarchæ.

¶Illustres siue magni ut præfectus prætorio, Orientis, Italiæ, Aphricę, vrbis quæstor, & qui in consilio sunt, & consistorio imperatoris, & secũdum Canones, Primates, Archiepiscopi, ex. de offic. ordina. cap. duo.

Spectabiles siue medij, vt Magistri militũ, Prætor, Pręfectus Aegypti, & secundum Canones Episcopi.

Clarisimi, vt Præsides prouinciarum, Procurator Cæsaris, Iuridicus Alexandriæ, Ciuitatum rectores, & secundum Canones Archidiaconi, Archipresbyteri.

Infimi, qui nec nomen habent vt pędanei

ordinarij, tamen vt sunt defensores Ciuitatū & municipiorum, vt locorum magistratus municipales, & secundum canones presbyteri, atq; ecclesiarum rectores, & minimas iudicant causas, vt. C. de pæda. iudi. l. fi. & Authē. de defens. ciuita. §. & iudicare. §. audient. colla. ij. Vide latius de his ordinibus Spe. li. j. parte. j. rubri. de iurisd. omnium iudi.

¶ Tertia diuisio, quæ & subdiuisio est delegatorum.

Iudicum delegatorum alij sunt subdelegati, alij ordinarij, alij legati, alij auditores, alij assessores, alij arbitri, alij arbitratores.

Quis dicatur delegatus sup. in prima diuisione explicauimus. Nunc nonnihil de eius institutione, & subinde de subdelegatis & reliquis ex ordine in tuabula sup.

¶ Institutio delegati.

Delegatus instituitur dupliciter. Primò à principe ex. de offic. & potestate iudi. deleg. c. Super quæstionū. §. primo. &c. §. eius ergo. &c. ff. & de offi. eius cui man. est. l. j. in fine.

Secūdò à quolibet ordinario primario, ex. de offi. ord. ca. pastoralis. resp. j. ex. de appel. c. Dilecti filij prior. Nam hoc est regulariter verum, quod quicunq; habet ordinariam iurisdictionem, delegare potest & delegatū instituere. vt. ff. de iuris. omnium iudi. l. solet. l.

à iudi-

à iudice.C.de iudicijs.l. in caussarũ.C. q pro sua iuris.iud.dare vel dari pos.Porro quis cõstitui,& quæ caussæ delegari, quod delegati officium seu potestas,& quibus modis finiatur,quomodoq; recusetur, vide Speculatorẽ lib.j.§.j.ti.de iudi.deleg.

¶*Regula.*

Delegatus alius quàm à principe constitutus, subdelegare nõ potest.C.de iudi.l.à iudice.c.Super quæstionum.§.j.ex.de offi.deleg.

Si autem constituatur delegatus ab alio quàm à principe,dicitur pædaneus iudex. l. de pæda.iud.l.In authẽ.Vt defuncti seu funeo.§.illud.colla.v.

Et dicuntur pædanei iudices illi quorũ officium est de minimis caussis & infimis cognoscere.Maiores vero debent maioribus referre,cum ipsi per se non posśint eas terminare. C.de pæda.iudi.l.ij.

Sunt nanq; tria genera causarum: vilia, media,maxima.

Viles,has & cognoscere & alij delegare poterat præses, siue iusta causa impediatur,siue non,vt.C.de prætor.iudi.l.fi.

Mediæ quæ competũt iure magistratus,vel quæ sunt mixti imperij non meri,& illas poterat indistinctè delegare.Sed hodie si impediatur,alias non vt. C. de pæda. iudi.l.ij. Vel

dicunt alij caussas pecuniarias vltra,&c. solidos esse medias caussas. Sed in caussis mixti imperij, idem quod in mero.

Maximę, & has non delegat nisi in caussa cũ abest, non si aliâs impediatur: præsens etiam ob necessitates publicas, & tunc ad cognitionem, vt.d.l.ij.C.de peda.iudi.&.ff.de offi.ei⁹, cui mand.est iurisd.l.j.Sic ergo in maximis& minimis causis nihil hodie mutatur, sed in medijs tantum.

¶Subdelegatus.

Subdelegatus est is, cui caussa vel aliqd de caussę medijs à delegato secũdo loco cõmittitur. Nam dicit Pontifex extra de offic. & pote.iudic.delega.c.super quæstionum.§.intentionis. Intentionis nostrę fuit, vt iudicialis authoritas liberius valeat exerceri, delegatus à nobis licitè posit & principium & finem, & medium caussæ sibi commissę non solũ coniunctim sed etiam diuisim alij delegare, non obstante, quod dicitur, quod iudex debet cõgnoscere per seipsum, in principio, medio, & fine, vt est in authen. vt defunct. seu fune.§.illud,&.§.sequen.colla.v.& authen. de exhib. & introdu.re.§.si uero. colla.v.&. C.de iudi. authen. Ad hæc quia istud obtinet secũdum leges iam allegatas, vt iudex coram se in principio faciat litem contestari & per se ferat sen

tentiam,

tentiæ, media vero committat consiliarijs suis, sed semel etiam audiat negotium in medio. Sed secũdum Canones aliter, vt in dicto capit. Super questionum. §. intentionis, quia nedum suis consiliarijs, sed cuicunque vult Iudex committere potest: vt. d.c. pastoralis. de offi. delega. & nedum medij examinationem, sed & principium & finem committere potest.

¶Ordinarius substitutus.

Ordinarius substitutus est, qui beneficio Principis vniuersaliter iurisdictionem suam exercere potest. l. more maiorum. ff. de iurisdi. om. iudi.

Vel sic: Ordinari⁹ est, cui vniuersitas caussarum est commissa. Et sic officiales Episcoporum ordinarij sunt. Prælati tamen efficiuntur ordinarij, per succesſionem seu electionem prætextu dignitatis.

¶Duo legatorum genera.

Quidam sunt legati impropriè, quidam vero legati propriè.

Legati impropriè, id est, nuncij sed non iudices. Et dicuntur ij, qui ab alio misſi sunt, vt. l. dist. c. presbyterum. xxvj, qõ. j. c. satagendũ, vt à Papa misſi vel ab alio principe, siue ab aliqua ecclesia ad Papã, siue ab aliqua Ciuitate, vel vniuersitate ad principem, ad aliquod nu

dum ministeriũ exercendum, de qui[...] dist. j.c. ius gentium. &.xcvij. dist. c. nobilissim᷒. ff. de leg.l.j.& ij.&.l. sciendum.§.fi.

Et istos qui impedit, debet hostibus tradi. l.fi.ff.de lega. quia eorũ caussa sancta res est, & secundum canones sunt excommunicãdi. xciiij.dist.c.si quis. Et si sunt legati apostolici, qui impediunt eos, sunt ipso facto excommunicati, & eorum terra & loca interdicta. c. super gentes. de offi.leg.lib.vj.extrauagan.

Qui autem possint esse tales legati. Qui, & qualiter constituendi tractandique, vide Spec.

Legati proprie & Iudices, quos Papa facit ordinarios in certa prouincia, de quibus loquitur titu. de offi.leg. Et horum tria sunt genera.

¶ *Legati triplices.*

Laterales siue à latere, sunt qui à dñi Papę latere mittuntur, vt sunt Cardinales, quos appellat fratres. Illi enim summo Pont. in consilijs & in arduis negotijs assistunt. extra de offi.iudi.dele.c.venerabili.extra de dila.c.exposuit.in fi.c.de Iustini.codi.confir.l.vnica.qa pars corporis eius conferitur.vj.q.j.c.si quis cum militibus.C.ad leg.Iul. ma.l. quisquis.

Possunt tamen secundum Spec. etiam non Cardinales missi à latere domini Papæ dici

Legati

Legati à latere, vt aliquis officialis eius vel capellanus.

Quid autem ad legati pertineat officium, quæq; sit eius potestas, hæc obiter hic habe: nempe quod possunt absoluere homines in prouincia, & extra, & æquiparantur proconsulibus. Verum an possint beneficia conferre, ac quæ sint legato interdicta soliq. sedi apostolicæ reseruata, item quando & vbi valeat legatus suam iurisdictionẽ exercere, qualiter eius potestas finiatur, & quomodo dispẽsare possit. Vide Speculatorem.

¶Nati siue locales, qui nec emanant à latere, nec specialiter eis committitur, sed ratiõe dignitatis, & prætextu ecclesiarum legatione funguntur, vt Archiepiscopi, Coloniens. Eboracẽ. Cantuariẽsis. c. j. de offi. deleg. ex. Et sunt magnę authoritatis, vt. c. j. de off. le. ex li. vj. & appel. c. j.

¶Constituti siue datiui, qui à latere nõ mittuntur, sed simpliciter in legationem mittuntur, vt omnes missi à Papa, à Curia, vel ab extra qui non sunt Cardinales, vt prelati.

Et sunt minoris authoritatis, vt extra de off. lega. c. volentes. Nihil enim possunt extra suã prouintiam. & æquiparantur præsidibus prouinciarum argu. l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. & ff. de offi. p̃si. l. iij. Et de illis vij. q. j. c. placuit-

Aduerte

Aduerte quod legatus per literas de sua legatione fidem facere debet, si exigatur. C. de mandatis principum. l. vnica.

Itē legato à latere insignibus vtente, Patriarchæ cessant portare crucē ante se, vt extra de priuilegi. ca. antiqua. Vide tractatum. D. Martini de carozijs laude. de leg.

¶ *Auditor.*

Auditor est is, cui ab aliquo Iudice aliquid de medijs caussæ committitur, puta, aliqs certus articulus audiendus vel examinandus. Vide Specu. l. j. §. j. tit. de auditore.

Huius officium est exequi, quod mādatur extra de iudic. cap. cum Bertoldus. extra de offic. delega. c. Super quęstio.

In curia autem Romana auditores Papæ dicuntur, qui aliorū vice caussas examinant vel audiūt. Sed sine aliorum mandato nihil definire possunt. Clemen. aud. extra de rescrip.

¶ *Auditor duplex, cameræ scilicet & caussarum, quæ rotales dicuntur.*

Camerę siue sacri palatij contradictarū siue contradictoriarum est, qui audit impetrātes rescripta ad lites. Et habet iurisdictionem ordinariam. De quo vide Hostiensem & Goffredum in summa, de offic. ordina. extra.

Caussarum, quæ rotales dicuntur, & hic habet iurisdictionem ordinariam verè incogno-

cognoscendo, In definiendo autem delegatam, de quo vide latius Specul.l.j. parte.j. de aud.

¶ *Assessor.*

Assessor est is, quem ille qui iudicandi potestatem habet sibi associat, vt sibi in caussæ cognitione asſideat vel asſistat, seq; ad rectè iudicandum, & caussam decidendam rectè instruat, vt.ff.de assesso.per totum titu.&.C. de asses.l.j.

Potest etiam secundum multitudinẽ locorum eligi à partibus. Et tutius dicit esse Spe. quòd eligatur à partibus. xiiij.q.v.c.nõ sane. ne scilicet aliqua partium post ea eum valeat recusare, & ne sub suspecto iudice litigare compellantur.

Si tamen partes elegerint vel non concordauerint in electione, tũc Iudex eligat prout viderit expedire. arg. extra de appel. c. cum speciale. Et debet esse integr.status & famæ. ff.de of.asses.xij.C.de digni.l.neq;.li.xj. Vide tu fusius hic Specu.

Huius officium constat in examinatione caussarum, in postulationibus, vt videlicet admittat aduocatũ, qui de iure postulare potest. infamem atq; indignum repellat. Item in interrogationibus, in libellis conuentionalibus recipiendis, si bene concepti sunt, si in-

epti

epti dilaniandis atque lacerandis.l j... de offi.assesso.extra de excep.c.exceptis.ff.de offi. procon.l.neque quicquã.§. obseruare. ff. de postu.l.quos prohibet.extra de libel. obla. c. j.ij.& iij. quæ autem contra hunc excipiantur, infra dicemus.

Viso diffinitiuè & diuisiuè de diuersis Iudicibus, non impertinens erit, si nunc quomodo & quì prohibeantur vel recusentur, & quæ contra eos excipi possunt, quantum hic satis erit, videamus.

Et primò de ordinario.

¶ *Ordinarius iudex quis recusetur seu prohibeatur.*

1 Quòd sit suspectus, vt. v. questione. iij. c. quia suspecti. extra de except. ca. cum inter. C. de Iudic.l.apertissimi.

2 Quòd est nimis familiaris alteri partium, vel conuictor eius, extrauagan. de of. delega. ca. Insinuante. iij. quæstione. v.c. primo. & c. accusatores. vbi vide qui sint familiares.

3 Quòd est nimis fauorabilis alteri parti, extra vt lite non contestata. c. accedens. & vide glos.

4 Quòd est comes aduersarij vel aduersarius est de familia eius, vel libertinus, vel consilius, vt. ff. de officio præsi. l. Senatusconsulto. C. si quacunq; præd. potestate. l. vnica. extra de

de of. de eg.c.cum.R. & de fo. competen. c. cùm contingat.

Quòd est inimicus.iij.q.v.c.quod suspecti. C.de iud,l.apertissimi. Vide Speculatorem. 5

Quòd est inimicus domini mei.Nam pro- 6
pter dominum recusat aliquem tota familia, & contra omnes de familia recusantur propter eum.C. si quacunque prædi. potesta. l. vnica.

Quòd est familiaris inimici mei, vt in. d. l. 7
& extra de accusa.c.repellantur.

Quòd est concanonicus vel socius spiri- 8
tualis aduersarij, extra de of.delega.ca. cũ R. ff.pro socio.respon.j. Vide Speculatorem.

Quòd habet consimilem caussam. extra de iudi. cap. caussam quæ. ij. & de test. c. per- 9
sonas.

quòd est suffraganeus aduersarij, extra vt lit.non contest.c.accedens.& de pug,cano.c. 10
cùm in iuuentute.

Quòd cum altera partium litem habeat extra de offi.delega.c.cùm super abbatia. 11

Quòd sit consanguineus, affinis, vitricus, 12
priuignus, ff.de mino.l.lex Cornelia.extra de app. c. postremo.

Quòd fuerit aduocatus, procurator vel Assessor in eadem caussa, vt. d. c. postremo. ff. 13
de

de iurisdict. omn. Iudicum. l. præt... C. de postul. l. quisquis.in prin. & C. de asses. l. Nemo.

14 Quòd fuerit testis in eadem caussa. ff. de testi.l.fi.C. de asses.l.fi.

15 Quòd sit iudex in caussa sua vel suorum.C. vt ne in caus.sua ius di.l.vnica.extra de vita & hone.cleri.c.cum ab omni.

16 Quod ab eo ritè fuerit appellatũ in illa vel alia causa.extra de appellationibus.c.ad hoc. j.&.c.directè.&. c.acceptam. &. c. Romana. libr.sexto.C.quomodo & quando iudex.l. si vt proponas. extra de of. delegati. c. suspitionis.

17 Quod precium receperit, vel hæres institutus sit ab aduersario.ff.de iudi. l. Iulianus ait. & extra de vita & honest.cle.c.cum ab omni.

18 Quod timet alteram partium.extra de iudi. c.cum æterni.lib.vj. xj.q.iij.c. quatuor. quæ vide.

19 Quod quondam fuerit inimicus,licet nunc reconciliatus,extra de appellationibus. & capi.accusat. tertia quæstione vj.

20 Quod sit de minoribus iudicibus, quare de tali summa cognoscere non potest.ij.quęstione. vj.c.ei qui.§.item cum certa.

21 Quod agatur de priuilegijs Pontificis, in quibus solus Papa & non inferior cognos.

extra d[illegible]iudi.c.cum veniſſet.

Quod cauſſa incipiat ad eum pertinere. ff. 22
de iudi.l.Iulianus ait, Vide latius Spe.

¶*Quæ contra ordinarium excipi poſſunt.*

Quod ſit ſuſpectus, vt ſup. 1

Quod excommunicatus extra de re iud. c. 2
ad probandum. de excep. c. dilecti filij. vide Spe.

Quod Seruus. l. barbarius. ff. de offi. præ- 3
to. C. de iudi. l. ſeruus. extra de reſcrip. c. ſciſcitatus.

Quod periurus, aut aliàs infamis. C. de infa 4
mi. l. vnica. lib. x. C. de tranſa. l. ſi quis. extra de reſcrip. c. ſciſcitatus, vide latius Spec.

Quod minor. xx. annis ſit. Niſi maior. x. & 5
octo anñ. datus fuerit de conſenſu partium, vel etiam minor. x. & octo datus à principe, extra de offi. deleg. c. cum viceſimum. ff. de re iudi. l. quædam hoc in delegato. Ordinarius vero non poteſt eſſe niſi. xxv. annum attigerit, extra de electi. c. cum in cunctis. §. inferiora. Vide Specu.

Quod ſit condemnatus, leg. Iul. repe. j. quę- 6
ſtio. j. c. eadem lege.

Quod cauſam remiſerit ad ſuperiorẽ vnde 7
nõ poteſt ſe amplius intromittere. vide Spe.

Quod non ſit iudex competens, vt. C. ſi nõ 8
à compe. iudi. l. fi. extra de iudi. c. atſi.

9 Quod ſit mut⁹,ſurdus, impubes,perpetuo furioſus,vel à dignitate propter turpitudinē remotus.ff.de iudic.l.cum prætor.§.cum autem.& lege caſsius.ff.de ſenato. extra de electio.capitu.ſuper eo. Vide Speculum.

10 Quod mulier,quare neq; iudex, neq; arbiter eſſe poteſt.l.ij.ff.de regu.iur.C. de arbi.l. fina.extra de arbi.c.dilecti.vide Specu.

11 Quod commiſerit alteri totaliter vires ſuas, qua re nō poſsit amplius cognoſcere,ex quo alter cognoſcere cœperit.vide Specu.

12 Quod ſit Iudęus vel hæreticus,vel nōdum baptizatus vel ſchiſmaticus, vel aliàs infidelis.j.q.vj.catholicus.C.de hære.l.penul.

13 Quod illiteratus vel imperitus de pœ.& rē. c.omnes.in authen.de iudi.§.j.col.vj.Vide latius Spe.ſoluentē argumēta.C.de iud.l.certi.

14 Quod ipſe ſpoliauit.extra de reſtitu.ſpolia. c.conquerente.

15 Quod eſt odio,fauore,gratia,prece,precio, metu,promiſsione,vel iuſſu alicuius potētis deprauatus.extra de regu.iur.capitu. cū ęterni.lib.vj.xj.q.iij.c.quatuor.

16 Quod non habet deum præ oculis,nec procedat ſecundum conſuetū vſum cauſſarū,vel quòd apud eum ſit acceptio perſonarū,neq; via recta procedat extra de accuſatio.c.qualiter.de iudic.c.decernimus.Vide Spe.

Quo

Quod nimis suę prudentię innitatur, extra de consti.c.j.&.c.ne innitaris. 17

Quod citatus non sit de sua iurisdictione. l.fi.ff.de iurisdi.omnium iudi. 18

Quod puniat statim in exordio litis, sitq́; nimis seuer⁹ & austerè procedat extra de reg. iur.c.cum in contemplatione. 19

Quod intromittat se caussæ pendenti coram delegato.extra purg.cano.c. cum. dilec. in fi. 20

Quod partes nō ausæ sunt ad eum ire, sine mortis periculo, licet habeant literas de saluo conducto (vt vocāt) extra de appella.c.ex parte.extra vt lite non contesta.c.accedens. 21

Quod aduocatus alterius partis est eius cōuictor, extra de appella. c.ex insinuatione, & de offic.iudic.capi.primo. 22

Quod re⁹ sit pupillus, vel vidua, vel debilis, vel diuturno morbo fatigat⁹, vel scholaris, vel legatus, vel gratia testimonij vocat⁹, vel caussa iudicandi, vel appellationis, vel tutelæ. 23

Quare non tenetur coram tali vel tali respōdere, vel coram tali, vel tali litigare. In his em̄ casibus potest alius eligi, & forum reuocari, extra de fo.compe.c.ex tenore.de offi.deleg. c.significātibus.C.quando impe. inter pup. & vid.l.vnica. C. ne filius pro pat.authen.habita.ff.de iudi.l.ij.

24 Quod nō habeat iurisdictionē, quare non poterant partes talem iudicem facere. C. de iurisdic.om.iudi.l.priuatorum.extra de foro compe.c.significasti.& ti.eod.c.j.lib.vj.

25 Quod sit laicus, qui non potest esse iudex in caussa clericali,in authē. vt cle. apud prop. epis.col.vj.vide hic latius Specu.

26 Quod non sit iudex sed cōseruator, qui potest solum defendere à manifestis iniurijs,nō potest manum extendere ad ea quæ iudicialem requirunt indaginem, vt extra de offi. delega.c.quoniam abbas.&.c.cum super. vide Specu.

27 Quod sit iudex pædaneus, qui non potest cognoscere de caussa liberali. C. de pæda.iudi.l. ij.C.de iudic.l.quoties.

Quod sit appellatum ab eo,quare non potest se amplius intromittere.C.de appel.l.eos, extra de appellationi.c.vt debitus.

Et nota quemcunq; posse iudicem esse,prę terquā qui prohibetur, argu.ff.de iudicijs.l. cum prætor.Qui autem prohibeātur. sup. superficialiter, & quantum hic satis est, vidimus.

Præterea regulare est,quodcunq; opponitur contra testem,& contra iudicem opponi potest. Minor enim caussa repellit iudicem quàm testem, quia facilius inueniuntur cer-

tu

tum iudices, quàm vnus teſtis. Quod tamen non ſimpliciter Specu.approbat.

¶Iudex delegatus quomodo recuſetur.

Delegatus autem ijſdem modis generaliter, quibus & ordinarius recuſari poteſt, vt. ſup. quomodo tamen ſpecialiter recuſetur. ſic habe.

Quod ſit dominus impetrantis, extra de offi.deleg.c.cauſam, quæ. de foro compe. c. ex tranſmiſſa. 1

Quod ſeipſum impetrarit vel impetrari curauit. ff. de procu.l. quæ omnia. C. ne quis in ſua cauſſa iudi.d.l.vnica. Vide Specu. 2

Quod ad petitionem aduerſæ partis datus ſit. ff. de iudicijs.l.obſeruandum, extra de offic.deleg.capitu.inſinuante. 3

Quod vnius ſit iudex, vt quia impetraui te cõtra Titiũ, & tu me contra Meuium. Hic Meuius recuſauit me, eò quod es iudex in cauſſa mea contra Titium, & Titius te ex eo quod ſum iudex tuus in cauſsa Meuij. Hi enim reciproci iudices ſuſpecti ſunt. C. de iudi.l. properandum. Vide hic latius Spe. 4

Quod pretium recepit, vel hæres eſt inſtitutus ab impetrante extra de vita & honeſta. cler.c.cum ab homini. ff. de iudi.l. Iulianus ait. vide Spe. 5

¶Quæ contra delegatum excipi poſſunt.

Omnibns his iurisdictio delegati finitur.

Excipitur autem ijsdem modis, quibus & contra ordinarium, vt. sup. quę tamen specia liter contra delegatum excipi possunt, ea hic iam paucis intellige.

Quod finita sit eius iurisdictio, quod multis modis fit, nempe.

Primo, Sententia lata & excutioni mandata extra eodem capitu. ex literis. & capi. venerabile. ff. de re iudicata. l. iudex.

Secundo, per appellationem legitimam extra de appel. c. vt debitus. vide Spe.

Tertio, si iudex pronūciat promissionis literas non valere. c. significantibus. extra de offi. deleg.

Quarto, per recusationem, caussa ei⁹ legitimè probata. extra de foro compe. c. licet. de offi. deleg. c. suspicionis. de appel. c. legitima.

Quinto, mortuo iudice, cui nomine proprio scriptū erat extra de offic. delega. c. quoniam abbas, vide latius Specu.

Sexto, mortuo eo, contra quē impetratum est re integra extra de rescrip. c. significantibus. Vide latissimè Specu.

Septimo, mortuo mandatore re integra. extra de offi. deleg. c. gratum. & c. licet. C. manda. l. mandatum. Vide Specu.

Octauo

Octauo, mortuo Imperatore re integra. inst. manda. §. rectè.

Nono, mortuo eo pro quo mandatum dirigitur. ff. quæ senté. sine appella. rescin. l. penul. &. ff. qui satisd. cogan. l. Si decesserit.

Decimo, per secundas literas de primis expressam monitionem faciétes. cap̄. cæterum. extrauagan. de rescriptis.

Vndecimo, per remissionem caussę factã superiori, seu per relationem seu consultationẽ, extra de offi. deleg. c. licet. C. de relati. l. j.

Duodecimo, reuocato mandato, vel si delegans caussam ad reuocatio. ff. de iudic. l. cum prætor. &. l. Iudicium soluitur. extra de constitu. c. ecclesia. Institu. manda. §. recte.

Decimotertio, mortuo vno cõiudicum datorum, non adiecta illa clausula, quod non omnes vel quod si nõ ambo. extra officio de lega. ca. vno. Vide Specu.

Decimoquarto, quãdo apposita nõ est clausula, quod si non omnes, si incidat in perpetuam impossibilitatem iuris & facti, extra de rescriptis. c. sciscitatus. & de re iudi. c. ad probandum.

Decimoquinto, lapso tempore commissionis. Vide Speculatorem.

Decimosexto, si instãtia triennio durauit. C. de iudi. l. properandum.

Decimoſeptimo, per litis conteſtationem factam concorditer corã ordinario, licet per delegatum facta fuerit citatio, nam tacitè renunciaſſe videtur.

Decimooctauo, ſi duo delegati diuerſas proferant ſententias. extra de iudi. c. fi.

Decimonono, ſi litigantes ab inuicem ſe ab ſoluunt, extra de mu. peti. c. j. extra de ſymo. c. querelam.

Vigeſimo, acceptilatione, pacto de non petendo, tranſactione, & rei peremptione, quibus etiam cauſsis arbiter ſentẽtiam dicere nó tenetur, niſi aliquid litigantium interſit. ff. de arbitris. l. non diſtinguemus. §. ſumma. &. §. item non eſt cogendus. extra de arbitris. ca. ex parte. extra de litis conteſta. c. exceptionis peremptor. libro. vj.

¶ Speciales exceptiones contra delegatum.

1 Quod non eſt conſtitutus in aliqua dignitate, vel in eccleſia cathedrali, vel collegiato honorabili. extra de reſcriptis. cap. præſenti. quam hodie non reperimus extra de officio deleg. c. de cauſsis. &. ff. de iudic. l. ij. Vide Speculatorem.

2 Quod non poſsit cognoſcere poſt mortem prædeceſſoris ſui, cui expreſſe proprio nomine ſcriptum fuit. extra de offi. delega. c. quoniam.

Quod

Quod functus ſit officio ſiue benè ſiue ma 3
lè pronunciando. extra de ſequeſt. poſſeſ.
c.j.

Quod iuriſdictio ad tempus data expira- 4
rit.ff. de arbi.l. cum dies. §.ſi inter. extra de
offi.dele.c.de cauſsis.ff.de iudi.l.ij. Vide Spe
culatorem.

Quod datus ſit ſuper re certa, quare de alijs 5
ſe intromittere nequit.C.ſi à non competen
ti iudice.l.prima &.l.ſi de proprietate, & ex-
tra de officio delegati.c.cum olim.

Quod non poſsit poſt annum abſoluere 6
quem prius ligauit. extra de officio delega.
c.querenti.vide gloſ.

Quod per calumniam tulit in aliqua cauſsa 7
ſentẽtiam, quare in alijs meritò poteſt ſuſpe-
ctus haberi.extra de præſum.c.mandata.

Quod ſit ſubdelegatus à delegato alterius 8
quã principis.extra de appel.c.cum cauſſam.
l.à Iudice.C.de iudi.extra de offi.delega.c.ſu
per quæſtionum.§.primo.&.c.paſtoralis.

Quod ſit delegatus in cauſſa criminali, & 9
quę ſpectat ad merum imperium, ab alio quã
à principe, quod fieri non poteſt.ff. de offic.
procon.leg.nec quicquã.§.omnia.ff. de reg.
iu.l.omnia. Vide hic latius Speculatorem.

Quod ſit cauſſa liberalis quæ delegari non 10
poteſt.C.de pæd.iudi.l.non placet.

11 Quod caussa commissa ad iurisdictionem a delegantis non pertineat. C. qui pro sua iurisdictione iudi. dare darive pos. l. vnica. C. vbi & apud quem. l. fina.

12 Quod non ostenderit mandatum literis comprehensum, vt. C. de mandatis principum. l. vnica. extra de offic. delega. c. cum in iure.

13 Quod inquisitio vel eccl. personęve prouisio, vel absolutio, vel suspensio, vel huiusmodi sibi commissa sunt, quæ non potest alijs subdelegare. extra de offic. delega. c. si.

14 Quod iniũctũ ei sit vt personaliter exequatur, quare non committere potest, etiam de partium consensu. extra de officio deleg. c. vltimo.

15 Quod datus sit cum ea clausula: Ea quæ de bonis, vel cum illa: quicquid post litem motã, & ipse vult inquirere, & non iudiciario ordine cognoscere. Idem iuris est in illa clausula. Mandamus quatenus vocatis qui vocandi fuerint, super propositis veritatem inquiras, extra de Iudic. c. exhibita.

16 Quod mandatum sibi traditum sit reuocatum, extra de appellationibus. capitu. cum nostrum. & de officio delegatorum. ff. de Iudi. l. iudicium. extra de procura. c. in nostra. Vide Speculatorem.

Quod

Quod causa pendet coram ordinario, extra de appellationibus. capi. vt debitus. & de officio delegatorum. c. gratum. 17

Quod condelegatus obierit, & caussa commissa sit sine clausula illa : quod si nó ambo. 18

Quod dicit se delegatũ à legato Papæ, nec ostendit legatum habere iurisdictionem argumen. extra de offi. delegatorum. c. cum in iure. & de mandatis princip. l. vnica. 19

Quod sit criminosus. tertia quæstione septima. cap. in grauibus. 20

Quod defectus sit in rescripto. Vide Speculatorem & sup. de impug. rescrip. 21

Quod cum sint plures iudices, vnus sine alijs procedere nequeat, si alius se excusauerit, extra de offici. delega. c. prudentiam. Vide Speculatorem. 22

¶Quæ contra Arbitrum seu Arbitrium excipi possunt.

Primò quod non posit esse Arbiter, quoniam quidem iure prohibeatur. Porro quis non posit esse arbiter, ex sequentibus cognosces.

¶Qui arbitri esse non possunt.

Mulier. C. de arbitr. l. fina. extra de arbi. capi. dilecti. Amicabiliter tamen posit componere. Vide Speculatorem. 1

Seruus

2 Seruus & liber ſimul eſſe prohibentur arbitri.ff.eodē.l. Pædius. Sed ſi ſeruus fiat Arbiter,& liber factus pronunciet. ff.eodem.l. ſed ſi ita in ſeruum. Arbitrator autem eſſe poteſt.vide Speculatorem.

3 Mutus, Surdus, Furioſus, Pupillus ſine tutore. ff.eodem.l.& ſi ita.&. l. diem. §. coram. Vide Speculatorem.

4 Minor.XX.ann.ff.eodem.l.cum le.extra.de offic.de leg.c.cum viceſimum.

5 Excommunicatus. Vide Speculatorem.

¶Secundo excipitur contra Arbitrium.

Quòd poteſtas eius expirarit, quod multis fit modis.

¶Modi quibus arbitrium finitur.

1 Per lapſum temporis vel diei in cōpromiſſo appoſiti.ff.eodem.l.Si cum dies.&. l. arbiter ex cōpromiſſo. Vide Speculatorem.

2 Per mortem arbitri vel alterius litigatorū, niſi dictum ſit quòd hæres ſuccedat.ff.eodē. l.Arbiter calendis.& l. non diſtinguemus.

3 Coram Prętore expirat, ſi ſe excuſat, quod facere poteſt in multis caſibus.ff.eodem.l.licet autem.&.l.ſequenti. quas vide.

4 Per capitales inimicitias,& infamiam facti. l.non diſtinguemus. §.cum quidam.ff. eo.

5 Per magiſtratum adeptum, vt quia eſt conſul, vel prætor, non cogitur ſententiam dicere.ff.eo.l.iij.

Per

Per diem, mortem, acceptilationem, iudicio, pacto de non petendo, transactione rei, & peremptione, sacerdotio adueniente. ff. eo. l. Non distinguemus. §. compromiss. &. §. sacerdotio. extra eodem. c. ex parte. Vide Spec. 6

Per cessionem bonorum alterius ex litigatoribus. ff. eo. l. item si vnus. 7

Per furorem subsequutum. ff. eo. l. si compromissum: quam vide. Habes enim & alium modum, quo expirat arbitrium. 8

Per spacium triennij. Vide Specu. 9

¶ *Tertio excipitur contra arbitrum.*

Quòd sit talis res, de qua non potuerit cõpromitti, vel talis persona, quæ non potuit cõpromittere: quæ autem res possit cõpromitti, & quæ personæ possint compromittere, vide in sequen.

¶ *Super quibus & à quibus potest compromitti.*

De omni caussa ciuili compromitti potest, extra eo. c. j. Non autem de criminali publica, vel priuata, nec de liberali, vel matrimoniali, extra de in integ. rest. c. cã. vide latius Spe.

De causa restitutionis in integrum cõpromitti non potest, extra de in integ. resti. c. caussa.

De publica vel populari actione, compromitti non potest. ff. eo. l. nõ distinguemus. §. Iulianus.

Ser-

Seruus non poteſt compromittere nisi ſe gerat pro libero, ſed filiusfa. ſic. C. de iudi. l. ſeruus. cum ſequenti. ff. eodem. l. non diſtinguemus. §. ſi ſeruus. Nec furioſus, nec prodigus. ff. eodem. l. diem. §. penulti. quid autem iuris ſit de minore, vide latiſsimè apud Spec.

Exemptus non poteſt compromittere ſuper rebus exemptis in præiudicium eximentis. extra eod. c. cum tempore. Quid de clerico religioſo, vide latius Speculatorem.

Mulier non poteſt alieno nomine compromittere. ff. eo. l. nõ diſtinguemus. §. ſi mulier.

Cum excommunicato nõ poteſt compromitti propter periculum cõmunionis, extra de exceptio. c. dilecti. extra de ſentẽ. excõmu. c. ſolet. lib. vj. vide latius Speculatorem.

¶Quarto excipitur contra arbitrum.

Quòd compromiſſum factum ſit ſine pœna, vel ſine eo quod vicẽ pœnæ obtinet, quare non valet. ff. eod. l. litigantes. §. ij. C. eod. l. penul. §. altera. extra. eod. cap̃. per tuas.

¶Quinto.

Quòd forma compromiſsi non ſeruetur. l. quod tamen. ff. eodem.

¶Sexto.

Quòd arbitri pronunciatio incertè collocata ſit in arbitriũ tertij. ff. eo. l. item ſi vnus. §. item pomponius. &. §. ſequenti.

Se

Septimò.

Quòd lapsa die cõpromisso apposita fuerit pronunciatum, nec erat dictum, quòd arbiter posset diem prorogare. ff. eo. l. arbiter ex cõpromisso. & l. nõ distinguemus. §. dies. & §. fi. & l. sequẽ. C. eo. l. fina. & l. ij. vide Spe.

Octauo.

Quòd prorogatio diei fuerit illegitima, vt quia sine consensu partium, vel huiusmodi. ff. eod. l. arbiter ita. extra de offi. delega. c. de causis. Potest tamen fieri prorogatio per nũciũ, vel per epistolã. ff. eo. l. diem. vide Specu.

Nono.

Quòd eius turpitudo manifesta, quia accepit pecuniam, vt pro altera parte pronunciet. ff. eod. l. item si vnus. & l. qualem. Secus si vt pronunciaret tantum. ff. eo. l. viij. & l. sed & si in seruum. §. sunt & alij.

Decimo.

Quòd inimicitiæ capitales, aut infamia facti, aut ætas, aut valetudo, aut occupatio propriorum negociorum, aut profectio vrgens, aut negocium aliquod reipubl. caussa, & si qua alia incõmoditas superuenerit. Tunc ẽm arbiter nõ cogetur pronunciare. ff. eo. l. licet. & l. sequen. & l. non distinguemus. §. cũ quidam. Vide Speculatorem.

Vndecimo.

Quòd

Quod pars non fuerit ſtipulata pœnam à parte, ſic vt arbitrio nõ ſtaretur, e.l.l. diem. §.fin.&.l.ſi cum dies.§.penulti. Vide Specu. Nec enim compromiſsum fuit pœna vallatum. Quo caſu non agitur ad pœnam, ſed ad intereſse.d.l.diem.§.fina. Tribus enim modis, vt hic articulus rectè intelligatur, Cõpromiſsum concipitur.

¶Compromiſſum fit tribus modis.

Cum pœnæ interpoſitione.

Simpliciter, ſine mentione pœnæ, quibus caſibus arbiter cogitur pronunciare, & agitur condictiõe incerti, id eſt, ex ſtipulatu quę competit ad factum, & agitur, vt ſentẽtiæ ſtetur, vel intereſse prę̃ſtetur: vt ſup. vide Spec.

Nudo pacto ſine ſtipulatione, & tunc ſi partes expreſse conſenſerint, vel tacitę ſentẽtiæ, quia tacuerunt per decem dies, agitur actione in factum.ff.eo.l.pe.Et hoc caſu non cogitur arbiter pronunciare.

¶Duodecimo excipitur contra arbitrum.

Quod pœna ſoluta ſit, quare non eſt neceſſe ſtare arbitrio, quia expirauit. Et ſi peto quod laudatum eſt, non poſsum exigere pœnam, niſi ſecus actũ ſit & dictũ. vide Specu.

¶Decimotertio.

Quod factum fuerit nudo pacto, quod nõ valet niſi in caſu, quando ſcilicet litigatores

paci-

paciſcuntur de non petendo, id quod debetur ſi, arbitrio non pareatur. ff. eod. l. litigatores. §. interdum. Vide quod ſupra diximus, videlicet tertio modo compromiſsum.

¶*Decimoquarto.*

Quod arbiter non ſuſcepit in ſe compromiſſum, quare non valet. Conſule Specu.

¶*Decimoquinto.*

Quod latum ſit laudum ſuper eo, de quo nõ fuit compromiſſum. ff. eod. l. ſi cum dies. §. plenum. &. l. non diſtinguemus. §. officio.

¶*Decimoſexto.*

Quod pronunciarit ſuper vna re tantum, cum tamen dictum eſset, vt de omnibus controuerſijs vnam ſnĩam ferret, vt in. d. §. offi.

¶*Decimoſeptimo.*

Quod fuerint plures arbitri, & vnus vel duo tantum pronunciarint: quare non valet niſi id actum eſſet, vt in. d. l. non diſtinguemus. §. tamen in plures. &. l. item ſi vnus. §. item ſi plures.

¶*Decimooctauo.*

Quod compromiſſum expirauerit priuſquam arbitretur morte compromittentis, niſi actum ſit de vtroq; hærede ſucceſsuro, & etiam morte arbitri, vt ſupr.

¶*Decimonono.*

Quod doli clauſula nõ fuerit appoſita, quare non fuit plenum. ff. eo. l. ita demum. in fi.

¶*Vicesimo.*

Quod non posſit mulctare, niſi hoc actum fuerit. ff. de iudi. l. ij. in fi.

¶*Vicesimoprimo.*

Quod pronunciarit die feriato. C. de fi. l. omnes. ff. eod. l. Pomponius. in fi. & l. ſi feriatus.

¶*Vicesimoſecundo.*

Quod compulerit partes in ſe compromittere. Vide Spec.

¶*Vicesimotertio.*

Quod alibi pronunciarit, quàm vbi fuerit compromiſſum, vel alibi quàm vbi fuerit dictum vt pronunciaret. ff. eo. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter.

¶*Vicesimoquarto.*

Quod ſententia non fuerit coram litigatoribus dicta, quare non valet niſi expreſſe fuerit actum. l. idem. §. prouide. ff. eodem.

¶*Vicesimoquinto.*

Quod compromiſſum ipſo iure non valet neq; tenet, & hęc eſt exceptio generalis. C. de legibus. l. non dubium.

Quomodo autem compromiſſum rectè concipi debeat & de eius forma, vide Speculatorem lib. j. par. j. tit. de arbi. §. vt autem cõpromiſſum.

Prӕterea quomodo differat arbitrium à iudicio. Vide Specu. d. tit. de arbi. §. differt aũt.

¶Quӕ

¶*Quæ contra aſſeſſorem excipi poſſunt ſpecialiter.*

Quod non ſit integri ſtatus, neque bonæ fa- 1
mæ, ſed turpitudine notatus & infamis. ff. de offi. aſſeſ. l. ij.

Quod ſuſpectus ſit alteri partium, nec ſatiſ- 2
faciat ſuo officio. de quo. l. j. ff. eodem.

Quod grauat partem, quare ab eo poteſt 3
appellari.

Quod ſit excommunicatus, vt ſupra de iu- 4
dice & arbitrio.

Quod clericus & Aſseſsor in cauſsa crimi- 5
minali, quod eſt prohibitum extra ne cleri. vel mona. c. ſententiam.

Præterea quis eum eligere debeat, & quale eius officium. ſupra nonnihil.

An autem poſsit recipere ſalarium, item de pœna Aſſeſsoris delinquentis. vide Speculatorem lib. primo. parte prima. titu. de Aſſeſs.

¶*De officio Iudicis in genere.*

Quandoquidem explicauimus generaliter diuerſitatem iudicũ, quot, qui, & quales ſint non ab re erit, ſi & in genere de eorum officio aliquid diſſeramus.

Officium Iudicis ſecũdum Goffredum, eſt poteſtas iudicis à iure ſumpta. Et habet locũ tam in his, quæ ante iudicium fiunt, quàm quæ in ipſo iudicio occurrunt facienda.

Et imploratur loco principalis actionis, quando alia ordinaria deficit, vt.c.fi. extra de of.iudi.

Nec debet dari alicui, nisi cum alia actio nõ superest. Qui enim communi auxilio munitus est, non debet extraordinariũ tribui. ff.de mino.l.Papinianus.§.j. Et est triplex, nobile scilicet, Mercenarium, & Arbitrarium.

¶*Officium Iudicis nobile.*

Sic dictum, quod à seipso interponatur, nõ iure actionis siue obligationis. Et est duplex, vt litis decisiuum & merum. Litis decisiuum, per quod petuntur restitutiones in integrũ, vel aduocatorum salaria, & hisce similia, quę non possunt peti iure obligationis, sed iudicis in hisce officium misericorditer imploratur. Et est istud loco actionis, vt.l.quod si minor.&.l.actionis verb.ff. de actio. & obligatio.l.quicquid.ff. de annu.lega. Vide Ange. Institu.de actionibus.§.præterea quasdã.Merum & nobile est, quod deseruit ad ordinandas lites, & ad libellos acceptandos, vel ineptos reijciendos. De quo in.l.j. cum simi.ff. de assessorib' & reijcere inhabiles ad postulãdum vel procurandum, vt.l.quos prohibet. ff.de postulan.&.l.ita demum. &.l. alienam. C.de procur.

Officium

¶Officium Iudicis Mercenarium.

Sic appellatum, quod deseruit naturę actionis intentatæ sicut famulus domino.

Et istud iudicis officium versatur in actionibus bonæ fidei, vt cum peto à te decem ex mutuo. In hac actione deseruit mihi Iudicis officium, cum de iure & natura actionis condemnat aduersarium ad restituendum mutuum, de quo. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo lo. da. Et vna cum actiõe perit. C. depositi. l. quarta.

¶Officium iudicis Arbitrarium.

Arbitrarium offfcium Iudicis est, nõ deseruiens actioni propositæ & intentatæ, secundum naturam actionis, sed accidentaliter eueniens propter aliquod accidens extrinsecus supra naturam actionis cui deseruit.

Et istud est officiũ Iudicis quod versatur in actionibus arbitrarijs. Ideoq́; dictum arbitrarium, de quo in parag. prętere a quasdam. Instituta de actionibus.

Et specialiter vide de officio omnium Iudicum, apud Speculatorem libro primo. parte prima. titulo de offic. omnium iudicum.

¶De summaria cognitione.

Viso de varijs Iudicibus, & in genere eorum dę officio, etiam aliqua de summaria eorum cognitione addemus, idq́ue eodem

ordine quo Speculator fecit. Nempe.

PRIMO, in quibus plenissima cognitio requiratur.

SECVNDO, in quibus plena.

TERTIO, in quibus semiplena & summaria, in qua extra ordinem proceditur.

QVARTO, in quibus summuria cognitio differat ab extraordinario & de plano.

QVINTO, in summarijs libellus vel litis cõtestatio exigatur.

SEXTO, in quibus data est summaria cognitio.

SEPTIMO, vtrum in concedendis dilationibus sit summaria cognitio.

OCTAVO, qualiter fiat hæc summaria cognitio.

In quibus plenissima cognitio exigatur.

Plenissima caussæ cognitio exigitur in his adeo quidem, vt ne propter probatiõum inopiam per iusiurãdum decidatur. argumen. ff. quod metus caussa, l. non est. ff. de minoribus. l. tertia. §. primo.

In criminalibus regulariter plenissima caussę cognitio requirit. l. vbi. c. de fal. C. de pba. l. fin. ij. quæstione. viij. c. sciãt. l. addictos. C. de appellationibus. l. qui scientiam. C. de pœnis. l. j. ff. de Carbo. edicto.

In libelli oblatione sine quo nemo auditur. ff. de

ff.de accuſa.l.libellorum. niſi in caſibus, qui notantur in authenti. de exhiben.& introducen.reis. parag. ſancimus. Et infra dicemus de libelli oblatione.

In iudiciorum ſolennitatibus obſeruandis C.de accuſa. l. tertia. & .l. abſentis. ff.de reg. iu.l.prima.extra de cauſs. poſseſ. & propric. c.primo.

In dilationibus concedendis, quia maiores in criminalibus quàm in ciuilibus conceduntur.l.prima.ff.de ferijs.

In probationibus.l.prima. C.de probationibus.

In ſententiæ prolatione.l. qui ſententiam. C.de pœnis.Item & poſt ſententiam.ff. de appel.l.non tantum.

In quibus plena cauſſæ cognitio requiratur.

In omnibus ciuilibus generaliter.l.iudices. C.de Iudic.

In libelli oblatiõe,& in litis cõteſtatiõe. iij. q;iij.c.offerat.Sed hoc fallit in certis caſibus, quos explicabim⁹, infra de libelli oblatione.

In dilationibus cauſſa teſtium,vt in authentica de teſtib⁹.§.qa vero.&mixtim teſtiũ & inſtrumentorum.C.de dilationibus.l.plima

In dilationibus & alijs ſolennitatibus obſeruandis.ff.de Iudic.l. ad peremptorum. C. quomodo & quando Iudex .l. ea quæ. &.l.

consentaneum. extra de probatiõibus. c. quomodo contra.

Et omnia quæ supra in criminalibus dicta sunt. Nam oportet iudicantem cuncta rimari. C. de senten. exbreui. recitan. l. fina. Nõ est enim præcipitanda sententia. C. eodem. l. secunda.

Et in summa septem in hac plena caussæ cognitione requiruntur, videlicet, Libelli oblatio, Cautionis expositio, Litis contestatio, Iuramenti de Calumnia pręstatio, Caussæ congruis interrogationibus examinatio. Sententiæ in scriptis probatio, & exequutio. Et sine illis sententia est nullius momenti.

¶ *In quibus semiplena siue summaria sit discussio adhibenda.*

Cum agitur ad exhibendum, quia tũc quæritur an intersit tantũ. l. tertia. §. Sciendum. ff. ad exhibẽdum vbi in glossa vide fere omnes casus, in quibus versatur summaria cognitio.

Cum filius à patre petit alimenta, quæritur solum an sit filius. ff. de liber. agnoscen. l. si quis à liberis. §. si vel parens.

Cum filius petit ex carbo. bo. pos. si agatur an sit filius. ff. de carb. edi. l. iij. §. caussæ.

Cum mulier ventris noĩe petit se mitti in possesioné. ff. de ven. in pos. mit. l. iij. §. si ea.

Cum actor reali vel personali actione, reo absen-

absente, petit se in possessionem rei petitę induci, vt. C. vbi in rem acti. l. ij. extra vt lit. nō contesta. c. quoniam. §. quod si super.

Cum legatarius petit pro legato satisdari, & quæritur an sit legatum relictum. ff. vt in possessio. l. ea. l. si is à quo.

Cum bona capiũtur ex caussa iudicati, quęritur an illa sint condemnati. ff. de re iudi. l. à diuo. §. si super.

Si libertas ex testamento pendeat & speretur moueri quæstio, iudex summatim cognoscet an forte bona fide imploretur iudicium, de testamento. ff. de peti. hæredita. l. si quis libertatis. §. plane.

Item, si petitur caueri, & dicitur hoc per calumniam fieri, vt. ff. de præto. arg. §. penul.

Item si testes petantur produci, ante lit. cō test. & dicuntur senes vel valetudinarij. ff. ad. l. Aquil. l. in lege.

Item, si quæratur an aliquæ interrogationes debeant fieri vel non. ff. de interrog. actio. l. si defensor. Vide Spec. & d. l. iij. gloss. §. sciendum. ff. ad axhiben.

¶In quibus differant Summarijæ ab extraordinarijs, & ab illis quæ de plano cognoscuntur.

In summarijs semiplena probatio fit, & in quibusdam libellus offertur, in quibusdam non.

In extraordinarijs plena probatio fit, vt supra in criminalibus.

In his autem quæ de plano tractantur, libellus & plena probatio requiruntur: non tamē est necesse fieri iudice pro tribunali sedente, vt. C. de dila. l. à procedente vide in hac materia. c. sæpe. de verb. sig. in Clemen.

In hoc etiam omnes conueniunt, quia oēs summariæ possunt extra ordinem appellari, quia in qualibet earum aliquid de ordine seu solennitate iudiciorum omittitur. Quidam tamen minus intelligentes omnes sine discrimine extraordinarias expellunt, & hanc adducunt extraordinariarum exceptionem.

¶ *Caussa uel cognitio dicitur extrordinaria tribus ex modis.*

PRIMO ratione ordinis, quia proceditur sine solennitate iudiciorum, vt in extrauagan. hæretici. vij. ad reprimendum, & in cle. dispēdiosam. de iudi.

SECVNDO respectu probationum & fidei, quia non requiruntur probationes omni exceptione maiores, sed sufficiunt præsumptiones vel indicia, quæ iudicem ad præsumptionem inducūt. Facit quod not. gloss. & docto. in. l. j. C. quorum bonorum.

TERTIO tam ratione ordinis quā rationis probandi simul, vt. ff. ad Carbo. l. iij. §. caussæ.

¶ Vtrum

Vtrum in summarijs libellus uel litis contestatio exigatur.

In summarijs libell⁹ vel litis cōtestatio exigit̃.

Libellus, quod offeratur expresse, cautum non reperitur in iure, olim tamen non erat in ciuilibus necessarius. ff. de edend. l. prima. nisi in casu. C. libro. xij. de digni. quotæ.

In criminalibus vero sic, & olim & hodie, vt in præallega. l. libellorum. ff. de accusa. Hodie vero generaliter in omni caussa offertur vt in prędi. authen. offeratur nisi in quibusdam specialibus casibus.

Litis vero contestatio in omnibus, in quibus iudicis officiū specialiter & principaliter imploratur & loco vel iure actiōis aliquid petitur. Et in omnibus in quibus offerēdus est libellus, & vbicunq; fertur sentētia diffinitiua, vt. ff. de re iudic. l. j. aliter enim nō videtur res in iudicium deducta. C. de lit. contest. l. j.

Nec valet aliter factus processus, vt in prædicta authē. offerat̃. & hoc generaliter verum in omni caussa, præterq̃ in appellationis caussa vt quidam dicunt, extra de offic. iudic. c. j.

¶ *In quibus consistat summaria cognitio.*

In actione ad exhibēdum cognoscitur summatim, id ee, semiplena probatio sufficit, in qua non sunt necessarij testes vel instrumenta, sed statur iuramento actoris, super suo interesse.

tereſſe. ff.ad exhibendum.l. theſaurus. Si ta-
&en Reus opponit exceptionem, quæ facilè
repellit agentem, abſoluitur: ſi verò eſt ob-
ſcurior, differtur, exceptis quibuſdã caſibus,
vt l.iij.ff.ad exhiben.ibi vide.

Item cognoſcitur ſummariè, quando con-
tra contumacem ante lit.conteſta.datur poſ-
ſeſsio rei pro menſura debiti declarati, ſemi-
plenè, C.de bo.auc.iud.poſ.l.cũ proponas.&
authen.ibi poſita in qua ſemiplena ſufficit
ſacramentum, argu.in authen.de collato.§. j.
Et ſic de conſuetudine obſeruatur, vt not.ex-
tra vt lit.non conteſta.c.quem.§.fi.ſunt & alij
complures caſus, in quibus ſtatur ſacramen-
to vnius. De quibus vide latius Speculatoré.

Item fit ſemiplena probatio, per priuatam
ſcripturam, & per collationem, & infra de
probationibus.

Item vbicunque pro reo præſumitur, & is
abſolueretur ratione cauſſæ, vel rei, vel dubi-
tationis, vt.ff.de re iudicata.l.inter pares.inſti
tu.de interdict.§.recuperandę. verſicu. com-
modum.ff.de teſtamen.l.ob carnem.§.finali.

Item vbicunque dubitari poteſt, vtrũ acto-
ri competat ius ex probationibus factis, nec
conſtat ius ei non competere, nec in euiden
ti calumnia inuenitur, tunc reus condemnari
debet.ff.de vent.in poſſeſ.mit.l.j.§.ſi ea.ff.ad

Car-

Carbo. lege tertia. §. caussæ. vide latius Speculatorem.

¶ Vtrum in dilationibus concedendis fiat summaria cognitio.

In dilationibus dandis fit summaria cognitio, quia in summarijs minores dilatiões dari poterunt, quàm in alijs, & hoc ante lit. contesta. & post.

Item & post sententiam, vt in sæpe allegata authen. offerat, &. C. quomodo & quãdo iudex authen. Qui semel &. C. de iudi. l. properandum. vnde has poterit minorare. C. de dilatio. l. j. &. l. fine. extra de appellatio. ca. cum sit Ro.

Item in medio caussæ arctabit, cùm pro testibus & instrumentis certa tempora statuuntur, vt in prædicta l. de dilatio.

Item cùm quandoq; tres, quandoque quatuor dilationes dentur, vt. ff. de fer. l. fina. &. l. omnes. vnam tamen dare poterit vt. d. ll. &. C. de Episco. & cleri. authen. clericus. &. C. de adul. l. in crimine. item circa finem caussæ, & ante sententiam & solennitatem peremptorij, & illam qua quæritur, quod de nouo vel vlterius proponat, poterit non seruare xxx. q. vlti. c. iudicantis. C. de iudi. l. iubemus.

Præterea post sententiam non tenebitur tẽpora iudicati præstita obseruare. l. quę ꝓ tribunali

bunali. ff. de re iudicata. extra de re iudi. c. q; ad consultationem. & dilationi in materia est amputanda. Vide latius Spec.

¶ Qualiter fiat summaria cognitio.

Summaria cognitio aliquando fit, & vbi non fit, ibi iudiciorum strepitus dicitur interuenisse. C. de inoffi. testa. l. si qs in suo. C. ad. l. Corne. de fal. vbi alibi. Aut dicit̃ summaria, quæ fit sine inscriptione. C. de biga. l. j.

Sine libello, solũmodo testamento vel instruméto iudici demonstrato. C. de edict. diui Adri. tollen. l. fi. C. de bonis auto. iudi. pos. l. fina. ff. vt leg. no. cau. l. postq̃. §. si dies.

Sufficit solũmodo simpliciter petere, & de calumnia non facienda iurare. ff. de eden. l. quidam. §. fi.

Solis probationibus semiplenis inductis dicitur quandoq; fieri. ff. ad Carbo. l. iij. ff. de fideicom. libert. l. iiij. §. si ex die.

Temporis breuitate quandoq; fit, vt. C. vt omnes iudices tam ciuil. quàm mili. l. j.

Altera tantũ parte audita, quandoq; fit, vt. ff. ad Trebellia. l. recusare. & . l. ille à quo resp. & . C. de bo. authõ. iudi. possi. l. ei qui.

De plano, id est, solo iudicis officio, quandoq; dicitur fieri sine scripta sententia. ff. de accusa. l. leuia. C. de senten. ex. breui. reci. authen. nisi breuiores.

Quan-

Quandoq; dicitur fieri nõ definiendo, sed interloquendo.l. à procedente.C. de dilatio.

Ex ordine restat, vt de competentis Iudicis aditione dicamus. Verùm quia aditio fit per actorem vel procuratorem, & alios, qui pro alijs in iudicio, interuenire solent & possunt, non inutile fuerit, si aliquid & de his ex ordine præmittamus.

¶*Ordo dicendorũm.*

PRIMO de his q̃ proprio nomine in iudicio interueniunt, vt sunt:

¶*Actor.*
¶*Reus.*
¶*Accusator.*
¶*Accusatus.*

Et de his specialiter dicetur infra de criminalibus.

SECVNDO, qui alieno nomine in iudicio interueniunt, vt sunt

¶*Procurator.*
¶*Coniuncta persona.*
¶*Defensor.*
¶*Excusator.*
¶*Syndicus.*
¶*Oeconomus.*
¶*Actor uniuersitatis.*
¶*Orphanotrophus.*
¶*Vicedominus.*
¶*Vicecomes.*
¶*Tutor.*

TER-

TERTIO de his, quæ nec agunt, nec defendunt. & si in iudicio interueniant.

¶Aduocatus.
¶Testis.
¶Tabellio.
¶Exequutor.

De Iudicibus autem qui necessariò in iudicio interueniunt, supra præmisimus.

¶De Actore.

Actor qui agit vel pulsat alium, rē aliquam àb ipso petens in iudicio. ff. de iudi. l. in tribus. ff. finium regundorum. l. iudic.

Verum vtrum quis possit esse actor, & agere sine discrimine, hic disputandum erit. Siquidem omnis qui non prohibetur iure, potest agere.

Sciemus & per consequēs qui possint, vno nanque contrariorum viso, videtur & reliquū. ff. de his qui sui vel alie. iur. l. prima.

Non autem agere possunt, cōtra quos dantur iustæ exceptiones. Videamus igitur quæ possunt excipi contra actorem.

¶Sequuntur exceptiones contra actorem.

¶Prima. Aetatis.

Aut enim minor est. xiiij. annis, aut maior. Si minor excipitur contra eum, quod est pupillus vel infans qui non potest agere, vel accusare, vel conueniri: sed tutor eius. C. qui le-

giti.

giti.perso.stan.in iudic.ha.l.prima & secunda.ff.de administr.tuto.l.j. extra de appella. c.ex parte.

Admittuntur tamen in casibus, qui non in figura iudicij nituntur, bonorum possess. peten.ff.de bonorum possess.fur.infa.mu. fur. c.compe.l.j.§.j. C. qui admittun. ad bono. possess.l.bonorum. Quod intelligẽdum est in infante proximo pubertati. Secus de proximo infantiæ. Vide latius Spec.

Si maior.XIIII.annis & minor. XXV. non habens curatorem eodem non impeditur. Sed sententia pro eo sine curatore data, sicut & in pupillo, valet: sed quæ contra eum non.

Porro in specialibus casibus, in quibus censetur maior, potest agere vel accusare sine tutoris authoritate, quos habes notatos, extra de resti.spolia.ex parte. ibi vide & hic latius Specu.

¶*Secunda.*

Prodigalitatis.

Quod scilicet actor sit prodigus, cui bonis est interdictum, vel demens, vel surdus, vel mutus, vel fatuus. Et breuiter idem in omnibus, qui nõ possunt esse in iudicio sine curatore. Idem in muliere luxuriosa. Vide Spec.

¶*Tertia.*

Excommunicationis.

Quod ſcilicet eſt excommunicatus, & hoc in quacunque parte litis, extra de exœep.c.ex cep. C.de ſacroſ.eccle. l.placet. In authen. de ſanctiſsimis epiſco.§.nulli.coll.nona.

¶*Quarta.*

Spoliationis.

Quod ſcilicet Actor ſpoliauit reum aliqua re, quare non reſpondebit niſi reſtituatur, & hoc ſiue cauſſa ſit ciuilis ſiue criminalis, extra de reſt.ſpo.c.frequens.li.vj.&.c. cõque rente.iij.q.j.c.reintegranda.& per totũ. C.de rei ven.l.ordinarij. &.C. de appella.l. prima.

¶*Quinta.*

Apoſtaſiæ.

Nempe quod ſit apoſtata.iiij. quæſtione.j. c.j.&.ccxiij.quęſtione quarta.c. primo.&.ij. & xxxj.&.ij.q.vij.c.alieni. præmiſſa iura loquuntur in criminali. Idem tamen in cauſſa ciuili cum ſit inſa.vj.q.j.c.inſa.

¶*Sexta.*

Infamiæ.

Siquidem infamis non poteſt agere ſecundum quoſdam.iij.quęſtione quinta. c.conſtituimus.extra de teſt. c.licet.iij. C.de infamibus.l.vnica.libro.x.C. qui accuſ. nõ poſſunt. l.criminis.

Et loquuntur hæc iura in cauſſa criminali. Idem tamen videtur in cauſſa ciuili.v. q.iiij. ca.penul.

Quidam

Quidam tamen dicunt agere eum posse, cum non est separatus à communi fidelium, extra de clieric.excep.minis.cap.finali.

¶*Septima.*

Periurij.

Nam periurus non potest agere, nec habere rem quam petit.xxij.quæstione.v.c.paruuli. extra de except. ca. dilecti. C.de transact.l.si quis maior.

¶*Octaua.*

Renunciationis.

Quod scilicet rem quam petit renunciauit, vel abiurauit. extra de rescriptis. c. ex parte.

¶*Nona.*

Appellationis.

Quia non appellauit intra decennium, extra de electionibus.ca. cum dilecti.& de appellationibus.cap.Romana.libro.vj.§.j.

¶*Decima.*

Non prosecutæ appellationis.

Quia appellationem intra terminum cõpetentem non est prosequutus, extra de appellationibus.c.cum sit Romana.&.c.personas.

¶*Vndecima.*

Pacti.

Nam pactum ex quo agit fuit personale, & non reale extra de transactionibus. cap.veniens.ff. de pactis. lege in persona.&. l.contra iuris.§.si filius.

¶*Duodecima.*

Patrocinij.

Siquidem qui patrocinatus fuit : ij petenti rem, quam nunc ipſe petit, repellitur, extra de tranſactionibus. c. ex literis.

Decimatertia.

Non oblati libelli.

Illi nanq; qui libellum non dedit, reſpóden dũ non eſt, niſi quis velit. extra de libel. obla.

Decimaquarta.

Non ſufficientis cautionis.

Quandoquidem qui non dedit ſufficientem cautionem de lite proſequenda, vel pœna ſoluẽda, ſi ſuccumbat repellitur. C. de epiſco. & cle. l. at generaliter. &. C. de lit. cõteſt. l. libellum. Vide Speculatorem.

Decimaquinta.

Iuramenti.

Quia iurauit nó accuſare, vel non agere, vel non conuenire, extra de accuſa. c. veniens. extra de reſcript. c. ex parte.

¶*Decimaſexta.*

Doli.

Quia conuictus de dolo commiſſo excipit contra actorem, quod alter qui dolum commiſit ſoluet ei, & ſic ipſe liberatus ſit, quia vno ſoluente, cæteri liberantur. ff. de dolo . l. ſi plures.

¶*Decimaseptima.*

Non seruatæ fidei.

Siquid[em] si actor non seruauit fidem, nec alter illi se[r]uare tenetur. c. peruenit. ij. extra de iureiur.

¶*Decimaoctaua.*

Status.

Seruus enim non potest pro se nec pro alio agere in ciuili vel criminali caussa, nisi in specialibus casibus, qui habentur. C. de iudi. l. seruus. C. de preci. impe. offe. l. prima. C. de questo. l. ff. de iudi. l. vix. Conueniri tamẽ potest ciuiliter & criminaliter accusari. Vide Speculato.

Neq; statu liber, id est cui libertas est sub cõditione relicta, qui pendente conditione pro seruo habetur. ff. de statu libe. l. statu liberũ, in medio tempore & l. statu liberi à ceteris.

¶*Decimanona.*

Criminis Læsæ Maiestatis.

Siquidem qui commisit crimen læsæ maiestatis, repellitur. Ad legem Iul. maie. l. fina.

¶*Vicesima.*

Deliberationis adeundæ hæreditatis.

Quia hæres adhuc inter deliberatiõis tempora constitutus non potest super hæreditate actiones instituere, durante deliberatione. ff. de iur. delibe. l. ait prætor. §. finali.

¶Vicesimaprima.

Suspecti criminis tutelæ.

Quia tutor accusatus de suspect[illegible] non agit vt tutor, licet non sit ei interdict[illegible] administratio.

Idem est in prælato de dilapidatione suspectus suspicione probata, extra de simo.c. licet heli.versi.qui vero.vide Speculato.

¶Vicesimasecunda.

Institutionis.

Qui institutus hæres ab hæretico, non potest pro hæreditate agere. C. de hæreticis.l. cognouimus.

¶Vicesimatertia.

Matrimonij.

Quia vir & vxor prohibentur inter se famosas intentare actiones constante matrimonio. ff.re.amo.l.j.C.eo.l.diuortij.vide Spe.

¶Vicesimaquarta.

Dominij & potestatis.

Sic seruus contra dñm, & è contra .C. an seru⁹ ex suo facto. l.fi.ff.c.iudi.l. lis nulla.

Vicesimaquinta.

Libertinitatis.

Quia libertus non auditur contra patronum, vel patronam, vel parẽtes, vel liberos patroni, maximè in famosa actione, nisi hoc impetret. ff. de excusa.tuto.l. nequaquam. ff. de obseq.à liber.l.j.&.l.nec serui.&.l.sequen.ff. de in

de in ius voca.l.ſed etſi hac.C. qui & aduerſ. quos.l.vna.

Viceſimaſexta.

Aſcriptitij.

Item nec aſcriptitius admittitur cõtra dominum.C.libro.xj.in quibus cauſsis co. cẽ.l.ij.

Viceſimaſeptima.

Contumaciæ.

Vel inobedientię.Siquidẽ qui contumax & inobediens iudici fuit,non auditur niſi refuſis expenſis,& data idonea cautiõe, quod de cætero in terminis comparere velit.ff. ex quibus cau.maio.l. ſed ſi per prætorem.§. actio. verſi.ſed & ſi.& verſi.idemq́;.ff. de iudi.l. cũ quem.extra de dolo. & contu.c. actor.lib.vj.

¶*Viceſimaoctaua.*

Furoris.

Quia furioſus nec pro ſe nec pro alijs agit. ff.de codicil.lege ſecunda.

¶*Viceſimanona.*

Damni.

Seu noxa reo dati. Nam qui reo damnum, vel noxam fecit repellitur.ff. de noxalibus actionibus.lege cum ſeruus.

¶*Triceſima.*

Temporis.

Quia de eadem re non poteſt eodem tempore ciuiliter & criminaliter agere. ff. vi bo. rapto.l.prętor.§.j.ff.de publi.iudi.l.interdũ.

¶Tricesimaprima.

Proscriptionis.

Seu deportationis,quia bannitus (vt vocãt) repellitur.ff.quibus causs.maio.le e Sed & si per prætorem.§.actio.Nam deportato bannitus comparatur Instit. quibus modis ius pat. pote.solu.§.relegati.in glos.

¶Tricesimasecunda.

Non communionis.

Contra enim agẽtem famil. herciscun. non cohæredem, nec communionem habentem cum possessore:excipis.ff. famili. herciscun. l.prima.ff.de exceptio.l.fundum.

¶Tiricesimatertia.

Filiationis.

Quia filiusfamilias non potest agere cõtra patrem,vel cõtra eum in cuius est potestate, etiam cum venia.C.de in ius vocando.l.fina. ff.eodem.l. generaliter. ff. de iud. l.lis nulla. institu.de pœ.temerè litigan.in fi.nisi in certis casibus.

¶In quatuor casibus filius agere potest contra patrem.

1 In castrensi peculio. Vide gloss. pulchram in lege lis nulla.

2 In causa alimentorum.ff.de iudi.

3 Si petat emancipari in illis casibus, in quibus pater cogitur eum emancipare.

4 Si cũ reuerentia patris factũ arguat. Vide latius Spec.

¶Trice-

¶Tricesima quarta contra actorem.

Exceptio religionis.

Excipitur enim contra actorem, quod sit monachus, quod canonicus regularis, vel alterius obedientiæ suppositus, qui nõ potest nomine sui agere vel conuenire, sine consensu superioris, vt extra de syndo.c.vnico.

Rationem vide apud Spec. Dicit enim eos mortuos mundo, verum carne viuentes, & nihil habere, sed omnia posidentes.

Verum abbates & alij quibus administratio concessa est, agere possunt.

¶Tricesimaquinta.

Fideiussionis.

Excipitur enim contra fideiussorem, qui agit vt liberetur à fideiussione, quod non potest agere priusquam soluat. ff. de condi. inde.l.indebitum. & insti.de fideius.in prin.nisi in casibus qui sunt. ff.man.l.Lucius Titius. &.C.eo.l.si pro ea.

¶Tricesimasexta.

Immaturæ actionis.

Siquidem excipitur contra actorem, quod nimis maturè agit, vt cum pupillus agit ante finitam tutelam, & cum debita pignoratitia, intra solutionem & debiti oblationem. ff. de tur. & ratio.dist.l.nisi finita. &.l. si tutor reipubli.§.fi.ff.de pign.acti.l.si rem alienam.§. omnis. Vide Specu.

¶Tricesimaseptima.

Alienæ litis.

Repellitur enim qui alienam litem vult agere, cum alius ei præferatur, vt. ff. de inofficio. testamento. lege posthumus. §. si quis ex his. C. qui admit. ad bono. possess. l. fina. in fine.

¶Tricesimaoctaua.

Petitionis vltra quartam.

Siquidem repellitur filius natus, si petat vltra quartam hæreditatis prægnante vxore patris. ff. si pars hæredita. peta. l. prima. §. interdum. l. antiqui. ff. de iudic. l. Sed et si restituatur. §. fina.

¶Tricesimanona.

Contrarij facti.

Quilibet enim veniens contra factum repellitur regulariter. extra de cleri. coniu. c. diuersis. Sed fallit in quibusdam casibus, qui ibi notantur. Vide Speculatorem.

¶Quadragesima.

Turpis allegationis.

Nam turpitudinem suã allegans vel ignauiam repellitur, extra de donatio. c. inter dilectos. C. de transactio. l. transactione fi.

¶Quadragesimaprima.

Plus petitionis.

Siquidem qui plus petit, caussa, vel tempore, vel re, vel loco, repellitur: & punitur, de quo dic vt in. c. vnico. extra de plus petitionibus

nibus,&.C.de plus petitioni.l.vnica. institu. de actionib⁹.§.si quis agens.

¶*Quadragesimasecunda.*

Propriæ authoritatis.

Qui em̄ vult ꝓpria authoritate sibi ius dicere, repellit. Non em̄ debet qs in propria caussa esse iudex.C.ne qs in caus. sua iu.l.pria. Nec se debet vidicare, quod si fecerit punit.ff. qd' met⁹ caussa.l.extat.C.de iud.l.null⁹. fallit tn̄ in noue casibus, in qbus potest qs sibi ius dicere, quos vide apud Spe.libro pri.parte secū da,titu.de actio.nam longū esset hic referre.

¶*Quadragesimatertia.*

Locationis & commodati.

Excipit em̄ cōtra locatorē,cōmodatorē, petentē rem locatā,vel cōmodatā ante vsum cōpletū.ff.cōmo.l. in cōmodat.§. sicut autē. extra eo.c.vnic.ī fi.ff.locati.l.ex cōducto ī fine.

Exceptis casibus in quibus cōductor impunè repellitur.C.de locato.l.idem.ff.eo.l.quęro.§.inter locatorē,in fi. extra eodē.c. ꝓpter.

Quos vide, quia casus quotidiani.

¶*Quadragesimaquarta.*

Venditionis.

Quia repellitur venditor & eius hæres, vēdicans ab emptore rem, quam vendidit.ff. de euictionibus.l.vēdicantis.&.ff.de exc.rei iudi. l.prima.C.de rei vēdi.l.cū à matre. Vide Spe.

¶Qua

¶Quadragesimaquinta.

Non excussionis principalis.

Siquidem creditor volens conuenire mandatorem vel fideiussoré, vel pig. possess. nisi prius principalem excusserit debitorem, repellitur. In autenti. de fideiusso. §. sed ne quis. C. de actio. & oblig. authenti. sed hodie. Vide Speculatorem.

¶Quadragesimasexta.

Impubertatis.

Repellitur enim ad tempus, & suspenditur iudicium, si quis impuberi quæstionem status moueat. ff. de carboniano edicto. l. tertia. §. duæ. C. ad Carbonianũ. l. prima & secunda.

¶Quadragesimaseptima.

Terribilis & formidabilis præsentiæ.

Si illustris persona non potest agere per se, sed per procuratoré. C. de procuratoribus. l. penultima. & authen. quod ius, vt sunt Cardinales, Primates, & tales qui minacem timorem suis aduersarijs inferre possunt. Vide hic latius Speculatorem.

¶Quadragesimaoctaua.

Administrationis tutelæ durantis.

Tutor enim & curator, durante administratione, prohibentur suo vel pupilli nomine simul contra contutorem vel concuratorem, actione tutelæ experiri. ff. de admi. tuto. l. cũ plures. & l. actus. C. eodem. l. ij.

Qua-

¶*Quadragesimanona.*

Præpostéri ordinis in agendo.

Excipitur enim contra actorem, quod preposterè agit iuris ordine non seruato, vt si prius agat de proprietate quàm de violentia, vel questionem preiudicialem postponat. C. de appella. l. prima. &. C. de rei vendicatio. l. ordinarij. C. de ordi. cogni. l. si res.

¶*Quinquagesima.*

Pacti vel transactionis.

Excipitur nanque contra volentem agere furti vel iniuriarum, quòd remissa sit actio, pacto vel transactione, vel dissimulatione. ff. de pactis. l. si tibi decē millia. §. primo & secū do. & l. si vnus. §. primo. & l. eū qui nocentē.

Quinquagesimaprima.

Non possessionis.

Excluditur enim agēs rei vendicatione, vel noxa. act. si reus neget se possidere. ff. de rei vendi. l. q petitoria. ff. si ex noxa. causs. aga. l. prima. §. primo.

¶*Quinquagesimasecunda.*

Compensationis.

Siquidem excipi potest contra actorem de compensatione, que tamen sit liquida, & non multis ambagibus inuoluta, & hoc tam in criminalibus quàm in pecuniarijs, quàm etiam in turpibus & famosis. ff. de compensa. l. si ambo. C. eo. l. fin. Vide Specula.

Quin-

¶*Quinquagesimatertia.*

Temporis sacri quadragenarij.

Impeditur enim actor agere tempore Quadragesimæ saltem in criminali, C. de ferijs. l. quadraginta. sed hodie non seruatur.

¶*Quinquagesimaquarta.*

Feriarum.

Tempore enim feriarũ, nisi in casibus specialibus nõ agit̃. l. prima. ff. de ferijs. & secũda extra eodem. c. primo & fina. de iudi. c. fi.

¶*Quinquagesimaquinta.*

Iniustæ vocationis in ius.

Repellũtur enim qui vocant in ius eos, qui vocari nõ possunt, qui habent̃. ff. de in ius vocãdo. l. secũda. iij. questione duodecima.

¶*Quinquagesimasexta.*

Non explicatæ caussæ in libello.

Repellitur nanque qui caussam non exprimit in libello iij. quæstione tertia. c. offerant. extra de libel. obla. c. fin. Et generaliter proponens actionem nimiũ generalem seu ambiguam & confusam.

¶*Quinquagesimaseptima.*

Contrariarum actionum propositarum.

Repellitur nanq; proponẽs cõtrarias actiones. l. prima. C. de fur. C. de codicillis. l. fin. in prin. extra de appel. c. solicitudinẽ. ĩ fine.

Et compellit̃ alterã eligere: nisi vna sit alterius præparatoria, vel nisi vna sit pœnalis suæ natu-

natura & ab initio, altera verò rei persequutoria. ff. de tribu. l. q. d. in heredē. §. eligere. ff. de leg. secundo. l. cū filius. §. varijs. Vide Spe.

¶ Quinquagesimaoctaua.

Rescripti non principalis.

Repellitur etiā, sine principali rescripto aliū ad extraordinariū iudicē vocās. C. de iurisdi. omniū iudicū. &. C. de dila. l. si quando.

¶ Quinquagesimanona.

Petitionis ex testamēto contra hęredem.

Repellitur siquidem, qui libertatē vel aliud ex testamento petit contra hæredem scriptū, qui suscepit vel suscipere sperat iudicium petitionis hæreditatis, ne per hanc petitionem hęredi præiudicetur, quo ad illud iudicium. C. de peti. hære. l. fi. ff. eo. l. si quis libertatis. ff. de act. & obli. l. qui cum hęrede.

¶ Sexagesima.

Præiudicij maioris quęstionis.

Repellitur item, qui facit præiudicium maiori quæstioni de minori caussa iudiciū proponendo. ff. de iud. l. per minorem. ff. de restit. in integ. l. scio.

¶ Sexagesimaprima.

Non interpositæ satisdationis.

Excipitur enim contra illum, qui non satisdedit, vt infra suo loco latius dicemus, nēpe de satisdatione.

Sexage-

¶Sexagesima secunda.

Non obseruati termini.

Excipitur enim contra eum, qui non venit in termino, ad quem reum citari fecerat: & non audietur nisi prius refundat expensas, & caueat de fideliter comparend. extra de dolo & cōtuma. c. actor. lib. vj. C. de iudic. l. sancim⁹.

¶Sexagesima tertia.

Non obseruati præfixi temporis. ad agendum.

Excipitur enim contra illum, qui noluit agere intra tempus sibi pręfixum. C. de ingē. manu. l. diffamari. ff. de accusa. l. Titi. extra de restit. spolia. c. frequens. §. solet. lib. vj.

¶Sexagesima quarta.

Hospitalitatis cum iudice.

Repellitur enim, qui experitur coram iudice, cum quo degit.

¶Sexagesima quinta.

Promissionis de non conueniendo.

Qui enim promisit se non conuenire reum coram isto iudice, repellitur, argu. C. de pactis. l. penul. extra de iudi. c. j. vide Specu.

¶Sexagesima sexta.

Suspecti iudicis.

Repellitur enim pater agens coram filio iudice, vel contra, si de famosa actione experiatur. Vide Spe.

¶Sexagesima septima.

Et vbi-

Et vbicũq; iudex eſt ſuſpectus, uel non poteſt eſſe iudex.

¶Sexageſimaoctaua.

Petitio s reſtitutionis à non iudice.

Siquidem repellitur qui reſtitutioné cauſſæ petit coram eo, qui tribunali non præeſt, vel qui à principe delegatus non eſt. C. vbi & apud quem in integrum reſtitutio poſt. l. fina. vel qui reſtitionem petit coram minoribus, contra ſententiam & factum maiorum. ff. de mino. l. minor autem. C. vbi & apud quem lege prima.

¶Sexageſimanona.

Non tribunalis loci.

Repellitur enim qui ſatagit agere, non in tribunali, ſed in popina, vl lupanari, vel quouis alio loco, vbi more maiorum ius reddi nõ cõſueuit. ff. de arbit. lege ſi cum dies. §. penultimo. ff. de iuſtitia & iure. l. finali. de iudi. l. ſi locus. C. de dilatio. l. à procedente. C. quomodo & quãdo iudex. l. ſi vt proponis. extra de reſcriptis. c. fina.

¶Septuageſima.

Continentiæ cauſſæ.

Qui enim continentiam cauſsę velit defendere repellitur. ff. de iudic. l. nulli. etxrauagã. de ſequeſtra. poſſ. capitu. j.

¶Septuageſimaprima.

Diuersitatis iudicum.

Repellitur nanq; si super pluribus persona lib. actor velit reum coram diuersis trahere extra de rescrip. c. fin. & c. dispendia. lib. vj.

Soptuagesimasecunda.

Renunciationis coram alio iudice.

Reus enim qui sit, actor reconueniẽdo actorem repellitur, nisi hoc coram eodem iudice agatur. d. c. dispendia. §. reus. iij. q. viij. c. cuius. C. de sent. & interlo. om. iudi. authen. Et consequenter.

Septuagesimatertia.

Dotis repetendæ sine patris consensu.

Siquidem filia sine patris consensu audiẽda non est, in repetitione dotis. nec è conuerso. ff. soluto matrimo. l. ij. iij. & . iiij.

Nec etiam mulier constante matrimonio potest dotẽ, vel res dotales, petere ab aliquo possidente. C. de col. dot. l. dotis. C. de rei vendica. l. dote. & de dotis promis. l. si pro te. nisi in casibus, vt de iure delib. C. l. vbi & autem. ibi posita.

Saptuagesimaquarta.

Præscriptionis

Si res quæ petitur sit præscripta. C. de constit. pecunia. l. ij. de de annali excep. l. j.

Septuagesimaquinta.

Iudicij.

Quan

Quandoquidem ſi actor trahat reum clericum coram ciuili iudice in cauſsa criminali, vel ciuili ſiue trahẽs ſit clericus ſiue laicus.

Septuageſimaſexta.

Conſortij litis.

Conſors enim eiuſdem litis, etiam coniuncta perſona non auditur, ſine mandato ante litis conteſta. etiam pręſtita cautione, ſed poſt, præſtita cautione de rato. C. de conſor. eiuſdem lit. l. ij.

Septuageſimaſeptima.

Procuratorij.

Siquidem qui procuratorem ad totam cauſsam conſtituit, cum quo eſt lis coteſtat. ammodo ipſe non poteſt agere, niſi ex iuſta cauſsa procurator fuerit reuocatus. C. de procura. l. procuratoribus. ff. eo. l. cauſsæ. &. l. ante litis conteſtationem. &. l. ſeq. C. man. l. ſi pater.

Septuageſimaoctaua.

Impertinentis reſponſionis ad interrogationem.

Qui enim ſe dicit hæredem, repellitur, niſi dicat, an ex teſtamento vel ab inteſtato. ff. de interroga. actio. l. ſi defenſor. §. illud.

Septuageſimanona.

Deſcriptionis confinium.

Petenti fundum non reſpõdetur, niſi eum exprimat per deſcriptionem cõfinium. Vide

Specu.Sic intelligitur, extra de libel.obla.c. ij.ff.ſi cer.pet.l.certum.ff.de condi.& demõſtra.l.nominatim.

¶Octuageſima.

Deſertionis litis.

Actor enim qui iterum deſerit litem, ab omni cadit actione ipſo iure authen.de litigio. §.omnes.in fine.

¶Octuageſimaprima.

Non electionis.

Contra prelatum enim excipitur,quod nõ fuerit electus.xliiij.diſtin.mandatis, vide hic Specu.Et quod prælatus non habeat conſenſum ſui capituli.

¶Adnotatiuncula.

Nemo inuitus cogitur agere vel accuſare. C.vt ne.inui.cog.ager.per totũ.&. C.de pig. l.creditores.

Quandoq; tamen cogitur,qui ius ſuum intra certũ tẽpus vult proſequi.Quod ſi non fecerit,priuatur iure ſuo agendi,vt.C.de inge. manu.l.diffamari. &.C. de remiſsio.pig. l. ſi eo tempore.

Quod fit, vt ſi quiſpiam impoſtorum quorum magnus eſt numerus, velit aliquẽ ſcholarem volentem redire in patriam impedire per vocationem in ius,vt ſcilicet maneat & iuri pareat,poteſt talis à iudice poſtulare,vt illi termi-

terminus ad agendum præfigatur, argu. ff. de opti. leg. l. mancipiorum. & l. cui electio, extra de rest. spolia. c. frequens. §. solet.

¶De reo.

Reus est, qui defendit & propulsat actionẽ vel accusationem, non à reatu dictus, sed à re quæ petitur ab eo præstanda, vel super qua ipse impetitur.

Quia quamuis conscius sceleris non sit, Reus tamen dicitur, quamdiu in iudicium pro re aliqua petitur. c. forus. extra de verborum signi.

Porro cum supra explicauerimus, quomodo certæ personæ non possunt agere, superest nunc videre quæ non possunt conueniri.

¶Personæ quæ conueniri non possunt.

¶Primo.

Miles non conuenitur vel accusatur, nisi coram magistro militum, nec ab alio punitur. C. de iurisdi. omnium iudi. l. magisteriæ. ff. de custo. reo. l. de militibus. ff. de re militari. l. secunda.

Quod verum intellige in milite militante, secus in milite quem vulgo Snaphanum vocamus: nam is furcæ adiudicandus est.

Item nobilis priuilegiatus est, ne facile conueniatur. ff. de in ius vocan. l. ij. extra de purga. ca. c. j.

¶*Secundo.*

Clericus non poteſt trahi coram iudice ſeculari ĩ cauſsa ciuili vel criminali, nec poteſt huic iuri renunciare, extra de for. cõpe.c.ſi diligenti.C.de Epiſ.& cle.l.cũ clericus.& authen.ſtatuimus.& authen.ſed hodie.& in authen.de ſanctiſs.Epiſ.§.ſi qui autẽ contra.& in authen.vt cle.apud prop.Epiſ.per totum.

Niſi ratione feudi, vel reconuentionis, & in alijs caſibus, qui not.xj.q.j.c.in ſumma. Vide Specu.

¶*Tertio.*

Scholaris laicus, reſpondebit vel ſub magiſtro ſiue laico, ſiue clerico, vel ſub iuſtitiario, vel poteſtate loci, vel ſub Epiſcopo, ſub quo maluerit, vt in proœmio florum.§.& hæc omnia.&.§.ſeq.C.ne fil.pro pa.authenti.Habita.Vide Specu.li.j.§.ij.tit.de Reo.

¶*Quarto.*

Medicus, grammaticus, & profeſſores liberalium artium & Doctor legum, & oratores & Philoſophi, in ſe, rebus ſuis, vxoribus & liberis, omni immunitate gaudeant, neq; in iudicium deducanẽ vel exhibeanẽ, vt.C.lib.x. de profeſ.& medic.l.medicos.&.l.fin.&.l.j.

Secus tamen in poëtis & Geometris. C.eodem.l.j.poëtæ.&.l.ſequen.

¶*Quinto.*

Con-

Consul, prætor, præfectus, & maiores magistratus, qui merum imperium habent, & qui cum eis sunt causas non prosequantur, seu conueniantur. ff. de iudi. l. pars literarum. ff. de iniurijs. l. nec magistratibus.

Saluis tamen quibusdam casibus, in authen. vt iud. sine quoquo suffr. col. j. §. si quis autem. & in authen. vt diffe. iudi. §. si tamen. col. ix. vide Specu

Sexto.

Episcopus dum sacra facit, & Monachi & heremitæ, & is qui cum equo in caussa publica transuehitur, & is vel ea, qui quæve nubit, & Iudex dum de caussa cognoscit. Et is cuius caussa apud maius tribunal agitur, & is qui ducit funus familiare, seu iusta mortuo faciens obsequia, vel q cadauer per se prosequitur, & qui certo loco causæ adesse habet, & infãs & furiosus non conueniuntur. ff. de in ius vocand. l. secunda tertia & quarta.

Septimo.

Legati & cæterorum negociorum exequutores, coram aliquo siue Romæ siue alibi nõ conueniuntur, imo ius reuocandi domum habent. ff. de iudic. l. secunda. & l. non alias. & l. sequenti. extra de foro compe. ca. fi. Vide hic Specu. latius.

Octauo.

Hæres defuncti aut parens, aut liberi, aut coniunx, aut cognatus, aut affinis, vel fideiusſor, vel alius nomine defuncti no[illegible] conuenitur intra decem dies ab obitu nu[illegible]ierandos. C. de ſepul. viol. l. fin. & authenti. ibi poſita. In authen. vt cum de appel. cog. §. pe.

¶Nono.

Pater vel patronus venia non petita. l. quarta. ff. de in ius vocando.

¶Decimo.

Suus hæres nõ cõuenitur ante confectionẽ inuentarij. C. de iure deliberan. l. fina. extra de teſta. c. Reinaldus. in fi.

¶Vndecimo.

Is cui conceditur, ne intra certum tempus conueniatur, non reſpondebit intra illud. C. de precibus imper. offe. l. quoties.

¶Duodecimo.

Reus excipiet contra citatiões, quod dic vt infra de citatione.

¶Decimotertio.

Pupillus, Vidua, Orphanus, vel Debilis, vel morbo diutino fatigatus, & huiuſmodi perſonæ miſerabiles, quæ ſi in principem proclament vel etiam eccleſiam, quandoq; poſſunt etiam ordinaria iudicia declinare. C. quádo Imper. Inter pupill. & viduam. l. vna extra de foro competenti. c. ex tenore. De officio

delega.

delegati.ca. Significantibus. C.de Episcopis & clericis.l.orphanotrophos.

¶ *Decimoquarto.*

Reus excipiet de tempore feriato. C. de ferijs.l.omnes.ff.eodem.l.j.extra eodem.c.fin. de iudic.c,fina.De in ius vocando.l.secunda. in fi.xv.q.quarta.c.placida.

¶ *Decimoquinto.*

Infantes vel minores.xxv.ann.vel furiosus, vel mente captus,vel similes personæ sine tuto.vel curat.authoritate non conueniuntur, neque contra eos agi possunt. ff. de administra.tutorum.l.j.& secunda.C. si ad aduersus rem iudi.l.si.C.qui legi.perso.l.j.& ij.Ité nec filiusfamilias.Vide.Specu.

¶ *Decimosexto.*

Republica acephalia conueniri nó potest, sicut nec minor.C.libr.xj.de curato. reipub. C.quibus ex caussis maio. in integ. restitu.l. respub. & sicut nec ecclesia. vt extra ne sede vacan.c.fi.

¶ *Decimoseptimo.*

Tutor vel curator vel alius administrator, maximè necessarius, finito officio non conuenitur de contractibus bona fide initis cum eo, nomine eorum quorum negocia gesserunt.C. quando ex facto tuto. vel curato.conue.l.post mortem.ff.de re iudi. l. quar

ta.C.de admini.tuto.l.cum quidam.

¶*Decimooctauo.*

Seruus,monachus,conuerſus,profeſſus, & huiuſmodi non conueniuntur. C. de Iudi.l. ſeruus.&.l.ſequi.extra de ſind. c.vnico.ff. de iud.l.lis nulla.nec etiam agere poſſunt.

¶*Decimonono.*

Qui negat ſe ſeruum habere,vel in poteſtate ſua non eſſe, non conuenitur rei vendica. vel noxa.actio.ff.de rei vendica.l.penul. §. ſina.vt.ff.ſi ex noxa.cau.aga.l.ij. extra de iudi. c.examinata.

¶*Viceſimo.*

Is qui nulla tenetur actione.ff.de eden.l.q-dam.ff.ad exhiben.l.theſaurus.

¶*Viceſimoprimo.*

Qui infirmitate detentus eſt, conueniri nó poteſt,vel qui ad maius tribunal vocatus eſt. ff.de iudi. l.ſi prætor.ff.de iudi.l. quæſitum. §.fi.extra de procurat.c.ij.&.v.quęſtione.ij. c.ſi ægrotans.

¶*Viceſimoſecundo.*

Reus qui debitum confitetur,& paratus eſt ſoluere, non cogitur iudicium ſuſcipere. ff. de iudi.l.ſi debitor. Quod ſi partem confitea tur,per illam etiam non cogetur. ff.ſi cer. peta.l.quidam exiſtimauerunt.

De accuſatore & accuſato hic nihil dice-

mus,

mus, ſed infra ſuo loco, nempe vbi de ordine iudiciario cauſſarũ criminaliũ tractabim⁹.

¶ *De his qui alieno nomine in iudicio interueniunt.*

Qui autem ſint ſupra in tabula. Nunc de eis ex ordine. Et primo.

¶ *De procuratore.*

Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini gratuito adminiſtrat. ff. de procuratoribus. l. prima. & l. tertia. para negotiorum. ff. negotio. geſt. v. quæſtione tertia. c. quia Epiſcopus.

Et largè quilibet nũcius eſt procurator, ſed non cõtra. Nuncius enim eſt is, qui vicem gerit epiſtolæ eſtque organum & vox domini mittentis ipſum.

Negotiorum autem geſtor, qui ſine mandato gerit, Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſ. §. primo.

¶ Largè ſecundum canones dicitur omnis adminiſtrator. j. quæſtione. iij. cap. ſaluator.

Propriè, & ſecundum canones, & leges eſt, qui aliena negotia tractat, vt ſupra.

Dicitur autem mandato domini ad excludendum tutorem, curatorem, collegia & prælatos eccleſiæ, qui procuratorem nõ poſſunt inſtituere. Sed Actorem vel ſyndicum.

Dicitur deinde gratuitè, quia ſi interueniat merces, eſt locator operum.

Hoc

Hoc intelligas quod non poteſt paciſci de quota, poteſt tamen accipere ſalarium.

¶ Procuratorum duæ ſunt ſpecies.

Alius enim datur ad iudicia, & ille non poteſt alium ſubſtituere, niſi poſt litis conteſtationem, & non datur niſi maior. XXV. annis.

Et poteſt dari vel omniũ rerũ vel vnius, & conſtituitur coram vel per nuncium, vel per epiſtolam. l. j. ff. de procura. quam vide.

¶ Alius ad negocia, & ille poteſt aliũ ſemper ſubſtituere, & liberè, extra de procu. c. primo. l. vj. & poteſt dari poſt. xvij. an.

Habes & aliam differentiam inter procuratorem ad iudicia & ad negocia, quam vide in. c. ex parte decani. extra de reſcrip.

¶ Procuratoris conſtitutio generalis.

Cõſtituitur generaliter procurator in qualibet cauſſa ſpirituali ſcilicet & ſeculari, ſpirituali, vt extra de in integrũ reſtitu. c. cùm veniſſet. Pecuniaria & ciuili, C. de procu. l. licet. & vbicunque non prohibetur.

Et cõſtituitur in omnibus cauſsis, & in vna & præſentialiter, & abſens per nuncium, vel per epiſtolam, dum tamen certus ſit ad litem præſentem & futuram, in die & vſque ad diẽ, & ſub conditione & in perpetuum, & ad generales cauſſas & ſpeciales. ff. eodem. l. prima, ſecunda, tertia & quarta. &. ff. mand. l. prima.

ma. Vide hic latius Speculatorem.

¶Procuratoris constitutio specialis.

Procurator constituitur quandoque vel in rem suam, vt ff. de procura l. procuratore. &. ff. de iureiurand. l. iusiurandum in fine.

Vel in rem seu caussam alienam, & opponitur quandoque contra eum, vel

¶Ratione sui & caussæ.
¶Ratione constituentis.
¶Ratione formæ constitutionis.

¶Contra procuratorem in rem suam constitutum exceptiones.

¶Prima.

Nullus Titulus est in procuratione insertus, nam nuda traditio & sine caussa facta, in rebus corporalibus non transfert dominiũ. l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rer. domi.

¶Secunda.

Actio cessa est dubitata, id est, in iudicium deducta, quare non tenet cessio. C. de litigan. l. ij. & fin. extra de alie. iudic. primo iuuan. caussa facta. c. ij.

¶Tertia.

Actio est pro parte vẽdita, & pro parte donata. l. fina. C. manda.

¶Quarta.

CESSIO fuit simulata. C. plus valere quod agitur, per totum extra qui fil. sint legit. cap.

per

per tuas. Quod pręſumitur in caſibus, de quibus ſupra in materia ceſsionis.

Quinta.

CESSIO facta eſt tutori vel curatori contra minorẽ adminiſtratione durante. C. qui dare tuto. vel curat. poſ. authen. minoris.

Sexta.

DEBITOR delegatus obijciet contra ꝓcuratorem in rem ſuam conſtitutum ſic. Domine Petre ego ſolui creditori meo, qui me tibi delegauit, priuſquàm mihi denunciares, vel priuſquàm fueris mecum litem conteſtatus. C. de noua. l. iij.

Septima.

Si conſtitutus ſit procurator in cauſſa lucratiua, non debet audiri, niſi ſatiſdet de reconuento domino defendendo. ff. de procu. l. ſeruum quoq;. §. fi. & . l. fi.

Secus ſi non lucratiua, puta quia emit: tunc enim non cogitur defendere. ff. eo. l. ſi quis in rem.

Octaua.

CONSTITVTVS ꝓcurator & cui ceſsio facta eſt, cenſetur ratione potentiæ vel dignitatis terribilis. C. ne lice. potẽ. l. j. §. j. & . l. fina,

Nona.

CESSA iura ſunt ab illo, qui cedere nõ potuit. Prohibetur autem minor reddere ſine tutoris, vel curatoris authoritate.

Item tutor vel curator ſine pupillo, niſi abſens ſit vel fari nõ poſsit. ff. ad Treb. l. reſtitut.

Item furioſus, prodigus, vt. ff. de verb. obli. l. is cui.

Item pater filio. ff. de contrahen. emp. l. ij. vide latius Spec. lib. j. parte. iij. tit. de procu. in rem ſuam conſti. qui aliqua pulchra dubia reſoluit circa hanc materiam, & bonas deſcribit annotationes.

¶Et aduerte procuratorem in rem ſuã quęcunq; facere poſſe. Item ſe obligare poteſt & actionem habet.

¶Vtrum autem procurator in rem ſuam dicatur propriè procurator, vide glo. in l. j. in verbo aliena. ff. de procura. quam Bal. ſequitur & commendat.

¶De procuratore ſimpliciter in rem & cauſſam alienam conſtituto. Et primò quomodo opponatur ratione ſui & cauſſæ.

¶Oppoſitio prima.

Excõmunicatus, extra de proba. c. poſt ceſſionẽ. De offi. deleg. c. prudentia. §. sex. de iudi. c. intelleximus. vide Specu.

¶Secunda.

Quòd ſit mulier, quæ non poteſt hoc officium exercere. videlicet procurationis ad iudicia, ſed ad negocia. ſic ff. de nego. geſt. l. iij. §. j.

Sed quod ad iudicia non poſsit, probatur. ff.de procu.l.neq; fœmina.ff.ad Velleianum. l.ij.C.eod.l.quia.&.l.alienam.

In certis tamen caſibus mulier procuratrix admittitur.

¶Quinque caſus, quibus mulier procuratrix admittitur.

¶Primo.

Si ſit in rem ſuam cõſtituta.C. de procu.l. quia te.

¶Secundo.

PRO parente in neceſsitate. ff. eo.l.fœminas.

¶Tertio.

Quando filiorum tutelam gerit.C.quando mulier tut.offi.fungi poteſt.l.fina. & authẽ. ibi poſita, extra de appellatio.c.ex parte.

¶Quarto.

Cum agitur pro libertate filij, vel patris, vel fratris vel viri alterius de ſanguine.ff.de liberali cauſſa.l.iij.

¶Quinto.

In cauſsa filij per ſententiam condemnati, quia appellat pro eo & cauſsam proſequitur. ff.de appella.recip.vel non.l.j.§.fina.

Vide hic latius Specula. qui ponit.xj. articulos, in quibus fœminæ ſunt viris meliores, & ſubinde ponit.xiij.caſus in quibus ſimilis eſt conditio mulieris & viri:pręterea.xxxvij.

in qui-

in quibus mulier eſt deterioris conditionis, quàm vir.

Tertia oppoſitio contra procuratorem in rem & cauſſam alienam conſtitutum.

Non habet literas de rato, quamuis habeat procuratorias, extra de relig. domi. c. pe. & extra de tranſac. c. contingit. C. de procu. l. j. vide Speculato.

¶Quarta.

Maritus non admittitur pro vxore, niſi ad hoc literæ procurationis continẽt. C. de procur. l. maritus. in fi. quod aliàs non poſsit.

¶Quinta.

Licet habeat generale mandatum, tamen talis eſt cauſsa in qua exigitur ſpeciale, quod contingit in. xxiiij. caſibus, quos apud Speculato. vide.

Sexta.

Non poteſt audire ſententiam niſi ad hoc vel ad totam cauſsam fuerit cõſtitutus: vt. C. de tranſactio. l. tranſactionis. Vide Spec.

¶Septima.

Minor. xxv. annis. ff. de procura. l. minor. in prin. C. eod. l. exigendi. C. qui legi. perſo. l. j. & . ij.

Octaua.

Cauſſa criminalis publica vel priuata, in qua procurator non interuenit in agendo vel

defendendo.ff. de publi.iud.l.penulti. extra de procu.c.tuę.de accusa.c.venięs.vide Spe. Sed hæc regula fallit in.xiiij.casibus,in quib' causis criminalib' interuenire potest ꝓcurator, quos vide à Specu. pulchrè enumeratos hic. Vide & mente tene.

Nona.

Caussa status,in qua nō interuenit procurator nisi vbi qs est in possessiōe libertatis: tūc nisi trahatur de possessione ingenuitatis in seruitutem,potest cōstituere procuratorem. Si vero de possessione seruitutis proclamet in ingenuitatem, tunc non constituit. C. de asser.tol.l.j.ff.eo.l.Seruum.§.cum vero.C.de ord.cogni.l.si status.

Decima.

Procurator contra ecclesiam in qua beneficium habet,extra de postula.c.fi.

Vndecima.

Accusatio criminis pendet cōtra eum. ff.de procura.l.reum.C.lib.x.de reis post.l.vnica. iij.q.ij.c.neganda.extra de test.c.sti.de accu. c.omnipotens.&.c.cum.P.

Duodecima.

Miles est.C.de condi.ob cau.da.l.si militis. C.de procu.l.militis.&.l. constipendia. &.l. ita demum.ff.eo.l.neque.

Nisi sit in rem suam factus,vel nisi sit lis con

testa

testata cum eo, vel nisi caussa sui muneri.ff. eodem.l.filiusfami.§.Veterani.

Et intellige præmissa de milite militāte. Secus in veterano.ff.eo.§.veterani. Vide Spec.

Decimatertia.

Constitutus est in iudicio ante litis cōtestationem à tutore vel curatore, quod nō valet. C.de procurato.l. neq; ad negotia. tamen omni tempore possum constituere.ff. mandati.l.si procuratorem.§.si tutores.

Decimaquarta.

Constitutus est à procuratore ad litē. quod fieri non potest nisi post litis contestationem constituatur ab eo, qui generale mandatum habuerit ad totam caussam. C.de procuratoribus.l.quod quis.l.neque.in fi.l.procuratoribus.&.l.sequenti.

Et nisi in rem suam datus. C. de donationibus.l.illa.vel ad negotia.ff.de procurato.l. Si procuratorem.§.j.extra vt lite non contestata.c.primo.Vide hic Speculatorem multa in dubium vocantem.

Decimaquinta,

Mandatum habet solum ad agendum. vel licet de rato cauerit,non tamen ad defendendum, quod tamen est necesse.extra de procu. c.accedens. ff. eo.l. mutus. §. pœna.&.§. si & hæ.§.præte.C. eo.l. actionem. &. l. cum qui

imo condemnabitur ad expenſas. arg. extra eo.c.conſtitutus. Vide Specu.

¶*Decimaſexta.*

Reuocatus eſt, quia poſt eum alter conſtitutus eſt ante lit.cõteſt.vel ſi ſimul dati fuerint, quod alter prius cauſſam hanc occupauit, ſi in inſtrumento procurationis cautũ ſit quod ſit melior conditio occupantis.extra eodem. c.non iniuſtè.ff.eo.l.pluris. &.l. ſi quis cum procuratorio.in ſi.

¶*Decimaſeptima.*

Non cauit de rato, & dubius eſt de mandato.C.de procura. l.prima. Et hoc ſiue interueniat ante lit.conteſ.vt.ff.eodem.l.Pompo. §.rati ſiue poſt.C.de conſort.eiuſ.lit.l.ij.

¶*Decimaoctaua.*

Excedit fines mandati, & quod facit aliud q̃ ſibi fuerat mandatum. C.eodem.l. ſi procu. l.maritus.&.C. de tranſact.l. trãſactionis. extra de elect.c.innotuit.in ſi.

¶*Decimanona.*

Non iurauit iuxta tenorem conſtitutionis Clemen.x. extra de poſtul. c. properandum.

¶*Viceſima.*

Monachus, canonicus, regularis & quilibet alius regularis, nec habet mandatum ſui ſuperioris, etiã in propria cauſa, extra ne cleri.vel mona.c.iij.&.xij.q.j.c.nõ dicatis.extra de poſtu.c.ij.

¶Viceſi-

¶Vicesimaprima.

Episcopus est, vel sacerdos secularis, vel in sacris ordinibus existẽs, vel in minoribus, est & beneficiatus, extra ne cle. vel mo. c. j. &. ij. xij. q. iij. c. j. in authen. col. ix. de sanctis. Epis. §. deo amabiles. &. §. sequen. C. de Episco. & cle. l. repetita.

Nisi pro miserabilibus personis, & coniunctis & pro ecclesijs suis. extra de postu. c. j. & fi. maximè in caussis laicorum & foro seculari. Vide Specula.

¶Vicesimasecunda.

Laicus est, & caussa spiritualis, & generaliter quod non potest pro se vel alio agere, pro re quã ipse nequit possidere. arg. extra. de elect. c. sacrosancta. &. c. massana. de præscrip. Vide latius Speculato.

¶Contra procuratorem in rem alienam constitutum ratione sui & caussæ.

¶Exceptio prima.

In magistratu est. ff. eodem. l. neque fœmina. C. eodem. l. penultima. ij. quæstione prima. c. prohibetur.

¶Secunda.

Furiosus. ff. de procuratoribus. l. ij. &. l. mutus vel mentecaptus, vel prodigus cui bonis est interdictũ. ff. de reg. iuris. l. ij. vel surdus,

vt in dicta.l.mutus.ff.de postu.l.prima.§. itẽ furiosus.

Tertia.

Potentior.C.ne liceat potẽ.l.j.extra de alie. iudi.mut.causs.fact.cap.secundo.

Quarta.

Fiscus vel respublica.C. ne fisc. vel respub. procur.alie.per totum.

Quinta.

Infamis.iij.quæstiõe septima.cap̃. infamis. &.v.quæstione.iij.c.quia Episcopi.

Sed contrarium videtur dici institu. de except.§.fin.Respõ.ibi de modica infamia, hic de maxima.

Sexta.

Omnino caussam ignorat, vt extra de iuramento calumniæ.c. in pertractãdis. debet em̃ talis constitui, qui in lite interrogatus de facili respondeat, quia non habebit inducias ad consulendum dominũ nisi ex iusta ac euidenti caussa.C.de proc.l.fi.ff.eo.l.si actor.

Septima.

Quod dominus sit eo iustior, vel quod caussa est vehemens, in qua tenetur dominus personaliter comparere.l.fin.C.de procu.

Octaua.

Seruus.ff.de procu.l.seruum.C.de iudic.l. Seruus.sed ad negotia potest esse procura.

Nona.

Amisit

Amiſit ciuitaté vel libertatem, vt. C. de procurato. l. reum. ff. de accu. l. qui iudicio.

Decima.

Accuſatus eſt de capitali crimine. l. reũ. C. de procur. l. qui iudicio publico. ff. de accu.

Vndecima.

Filiusfamilias, & in eius conſtitutione non interuenit patris conſenſus. Vide Speculatorem.

Duodecima.

Medicus ſeu parabolanus. C. de Epiſcop. & cle. l. placet.

Decimatertia.

Redemptor litis. ff. mandati. l. ſi remunerãdi. §. manens. Quod eſt contra pleroſq; nobiles Germaniæ, qui ſolent emere actiones & lites cõtra ciuitates, vt occaſioné prędę habeãt. C. de procuratoribus. l. litis. quam vide.

Decimaquarta.

Non habet mandatum, nec oſtendit, nec eſt coniuncta perſona. ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. ſi. & l. ſequen. & l. ſi autem. C. de. procu. l. licet. extra eo. c. j. & c. in noſtra.

Et putat hic Specul. quod ſi procu. in principio litis mandatum occultat, dominus condemnatur. Secus ſi poſtquam agere cœpit, & factus dominus litis contumax ſit.

Decimaquinta.

Quod mandatum ſit finitum.

¶*Decimasexta.*

Certa species est in mandato eius, & ipse su per alia agit. C. de procu. l. si procurator.

¶*Decimaseptima.*

Mandatum fuit ante litem reuocatũ, quod potest fieri etiam sine caussæ cognitione. ff. de procu. l. ante litem. extra. e. c. in nostra. insti. mandati. §. rectè. Vide Specu. latius.

Reuocatio autem prouocatoris debet peruenire ad aduersariũ vel ad iudicem, quod si non fiat, valet nihilominus quod postea fit cum eo.

Secus si pueniat, extra eodem. c. ex insinuatione. & ca. in p̃sentia. de rescriptis. c. ex parte.

Et hoc post litem contesta. Nam si ante, non est necesse quod perueniat ad aduersarium vel iudicẽ, dum tamẽ perueniat ad ipsum procuratorem. Vide Specu. cui non omnia hæc placent.

¶*Decimaoctaua.*

Dominus procedit in caussa postea, quare videtur eum reuocasse, quod potest re integra indistinctè. ff. eod. l. ante litẽ. &. l. Paulus.

¶*Decimanona.*

Fuit ei expresse à domino inhibitum, ne litem suscipiat. extra eod. c. ex insinuatione.

¶*Vicesima.*

Procurator ipse resignauit procurationem re integra. ff. eodem. l. mutari. [illegible] l. præcedenti. &.

ti.&.l.sequenti.institu.manda.§.rectè.
Si vero non esset integra, ipse puniretur in litem.

¶Vicesimaprima.

Quod falsus sit procurator, vnde non valet quicquid cum eo fit, extra co.c.in nostra.immo punitur.ff.eo.l.licet.

Vicesimasecunda.

Quod procurator non sit legaliter missus, extra eod.c.j.legaliter autem intellige secundum ea, quæ dicentur infra, quando excipitur contra procuratorem ratione formæ in eo.iij.&.iiij.modis.

Vicesimatertia.

Qui reipublicæ caussa absuturus est & morbo perpetuo impeditus, & qui magistratum initurus est, rem non potest defendere neq; procurator esse.ff.eodem.lege neq; fœmina.

¶Quando contra procuratorem opponatur ratione constituentis.

¶Oppositio prima.

Monachus, vel canonic⁹, vel alius regularis, qui non possunt actiones per se mouere, vt supra actore vidimus. Ergo nec alijs committere. Vide Spec.

¶Secunda.

Seruus vel deportatus vel bannitus (vt vocant) in perpetuum, qui pro deportato &

 pro

pro mortuo habetur.ff.eodem.l.seruum quo que.vide Specu.

Tertia.

Constituens est excommunicatus vel erat, extra de procurato.c..fina.

Quarta.

Constituens impetrauit veniam ætatis, qua re non potuerit constituere neq; agere procuratoré.C.de his qui veni.æta.impet.l.ij.

Quinta.

Constituens est abbas, qui sine consensu cõuentus constituere non potest extra de arbi. c.per tuas. Vide hic diffusius Speculato.

Sexta.

Constituens est minor.xxv.annis. nec tutoris nec curatoris authoritas interuenit.C. eo. l.neq;.&.l.non eo minus,C.si aduer. rem iudic.l.cum& minores,

Septima.

Constitutus à procuratore ad lité, quod fieri non potest, nisi post litem contesta. dic vt supra de exceptione, ratione sui & causæ,

Octaua.

Constitutus fuerit ab actore ciuitatis, qui nõ potest cõstituere.ff.de proc.l. nec ciuitas,

Nona.

Cõstitutus fuit à tutore vel curatore ante lité contesta. cum eis, quod fieri nõ potest, qa non sunt domini, sed post sic.vide Spe,

Deci-

Decima.

Constitutus requisitus de calum. non iurauit, cum fuit constitutus, vnde non valet secundum quosdam. C. de iura. calum. l. ij. §. sin autem adfuerit.

Vndecima.

Constitutus ab infami. insti. de except. §. fina. qui. §. dicit planè contrarium.

Sed dices, ibi de leui infamia, hic de graui.

Duodecima.

Constituens est filiusfami. qui non potest constituere procuratorem ad agendum, cum exercitium suarum actionum ad patrem pertineat. C. de anna. excep. l. j. in fi. Nisi in certis casibus. ff. de procu. l. filiusfa.

Sed ad defendendum semper potest. ff. eodem. l. seruum quoq;. respon. j.

Decimatertia.

Constituens erat reus criminis lęsę maiestatis. C. ad. l. Iuliam maiesta. l. fina.

Decimaquarta.

Constituens re integra obijt. C. manda. l. mandatum. ff. eodem. l. inter causas. institu. eod. §. item si adhuc. extra de offi. delega. c. j. &. c. gratum. &. c. relatum.

Decimaquinta.

Clericus cõstitutus à laico extra ne cleri. vel monachi. capi. primo & secundo.

Decimasexta.

Quod

Quòd dominus nouerit veritatem, & procurator ignorat.

¶*Decimaseptima.*

Et dominus eſt iuſtus & legalis:procurator autem perfidus & infidelis.ff.eod.l. ſi actor. C.eodem.l.fina.

¶*Decimaoctaua.*

Conſtitutus ab eo, qui de ſtatu ſuo litigat, vel furioſo,vel mẽte capto,vel prodigo poſt interdictum factum.

Et generaliter ab eo,qui nõ habet liberam bonorum adminiſtrationem.ff. de procura. l.ſeruum. in principio.C.de aſſer. tollen. l. prima.

¶*Decimanona.*

Conſtitutus eſt generaliter ab eo,qui conſtituere non poteſt.

Poteſt autem quilibet conſtituere,niſi ꝓhibeatur.ff.eodem.l.mutus.§.primo.

Prohibentur verò ſupra ſcriptæ perſonæ, vide latius Speculatorem.

¶*Quando ratione formæ opponitur contra procuratorem.*

¶*Oppoſitio prima.*

Non continetur in literis ſeu inſtrumento conſtitutionis,ad quid ſit conſtitutus, puta ad agendum vel defendẽdum, extra eodem. c.accedens.&.c.conſtitutis.de appellatio. c. Nicolao.

¶*Secunda.*

Literæ procurationis parti vel iudici non diriguntur. Quod fieri debet.l.si procuratorem.ff.de procura.&. ff.rem ratam habere. l. ne satisdatio.

¶*Tertia.*

Literæ non sunt factæ per manum publicã, vel quòd tabellio fuit ignotus, vel seruus, vel vilis, vel deportatus.

His enim obiectis vacillat fides instrumenti. Vide Speculatorem.

¶*Quarta.*

In literis procuratoris rei dominus nõ exposuit satisdationem, per quã ipse dominus sub hypotheca rerum suarum fideiussor ꝓcuratoris existat iudicatã solui.instit.de satisda. §.si verò aliquis.

Etiam apud acta constituatur. C. eodem. l. vnica.in fine.C.de consor.eiusdem litis. l.ij.

¶*Quinta.*

Quòd ipse fuerit generaliter cõstitutus, & alter specialiter.ff.eodẽ.l.j.ij.&. iij. extra eo. c.j.de rescriptis.c.j.

Verumtamen nisi speciale sequatur generale valet, vt sufficit ad lites.ff.pro soc.l.actione.§.renunciare.ff.de iniurijs.l.sed vnius.§. procurat.nisi in casibus.

¶*Sexta.*

Licet generaliter ad omnes caussas sit constitu-

ſtitutus, tamen tantùm ciuiles reſpicit & non criminales. Vide Speculatorem.

Septima.

Licet plures ſint ſimul & inſolidum dati, alter tamen prius hoc officium occupauit, quàm is qui nunc vult agere vel defendere, vt extra de procu.c.non tamen iuſtè. vbi de hoc vide latius Specu.

Octaua.

Licet habeat mandatum ad agen.non tamẽ ad defendendum.dic vt ſupra.

¶ Adnotatiuncula.

In mandato procuratoris rei, debet contineri nomen conſtituentis & conſtituti, & cõtra quem, & in qua cauſa cõſtituitur, & quod tantum habebit dominus, quod cum eo actũ erit. & coram quo iudice, maximè ſi ſit delegatus.

Nam ſi ſit ordinarius, non eſt multum neceſſe fieri de eo mentionem.

Et hæ literæ debent aduerſario mitti, vt certus ſit, & per eas releuetur procurator à ſatiſdatione.ff.de procur.l. ſi procurator.

Exceptio procuratoria dilatoria eſt. ff. de exceptio.l.ij.in fine.&.l.iij.

Et probanda eſt ab eo, qui eam opponit.ff. de excep.l.in probationibus. §.ſed & ſi pcu.

Item paria sunt, dicere aliquem non esse procuratorem, vel non posse esse.

¶Falsus procurator dicitur, qui

Vel fines mandati excedit, extra de offi. dele. c. cùm olim.

Vel nunquàm fuit.

Vel fuit, sed nunc nó est. Et quod à talibus fit, an teneat, not. extra de res. c. ex parte decani.

¶Procuratorium originale.

In iudicio exhibitum non debet parti producenti reddi, si sit speciale ad caussam illam tantum.

Secus si sit generale ad hanc & ad alias, tunc enim restituitur copia retenta. Sed de his vide latius Specula. de editione instrumentorum. §. nunc dicamus. ver. illud autem. & seq. l. ij. par. ij.

Verùm de formis procurationum. Vide apud eundem libro primo, parte tertia. titulo de procuratoribus. §. vt autem.

¶DE CONIVNCTA PERSONA.

Quædam sunt personæ, quæ sine mandato pro alio agentes admittuntur, præstita tamen cautione de rato: vt sunt coniunctæ personę, scilicet consanguinei, affines, liberi & liberti. ff. de procu. l. sed hæ personæ. in princ. ff. iudic. sol. l. ita tamen. §. ij. extra de rescrip. c. nónulli. & c. ex parte. in fi.

Non

Non tamen ſine cautione prædicta. ff.iudica.ſol.l.iij.§.ſed ſi forte.

Et eo ipſo differunt priuilegio ab extraneis. Nam extraneus, ſi conſtet eum non habere mãdatum, non admittitur cum prędicta cautione, verum ſi coniuncta perſona.

Præterea in cauſſa vxoris eſt coniuncta perſona. C. eo. l. maritus. &. l. ij. xvij. q. iiij. c. vxor

Item clerici in cauſſa eccleſiæ ſuæ cẽſentur coniunctæ perſonæ. Vide hic Specula.

¶*Contra coniunctam perſonam pro alio agentem ſic excipitur.*

Primo.

Non eſt de coniunctis perſonis, quia nõ eſt cognatus neq; agnatus. Item non eſt affinis vel conſanguineus.

¶*Secundo.*

Coniuncta perſona minor repellitur, quia minor aliquis non admittitur, vt ſupra diximus.

¶*Tertio.*

Is pro quo agit eſt minor, quia licet agens ſit coniuncta perſona facto non admittitur pro eo, niſi tutor vel procurator. C. eo. l. non eo minus.

¶*Quarto.*

Coniuncta illa perſona non cauit de rato. ff. eodem. ſed & hæ perſonæ. in princ. C. eo. l. j. de admini. tuto. l. tutores. extra eodem.

c.j.ff.

c.j.ff.de administr.tuto.l.vulgo.

¶Contra coniunctam personam opponitur.

¶Primò.

Agit coniũcta illa persona contra voluntatem principalis. Vipe Speculator.

Secundò.

Talis est caussa in qua procurator non interuenit, vt in præcedenti dictum est.

Tertiò.

Mulier est, vt.ff.de procu.l.fœmina. nisi admittatur mater vel auia tanquam tutrix, vt supra.

Quartò.

Seruus est, vel ipse agens, vel ille pro quo agit, vt supra.

Quintò.

Caussa est spiritualis, puta super beneficio ecclesiastico, in qua pater vel alia coniuncta persona non admittitur sine mandato, & cum cautione.

Nec pater pro filio potest facere procuratorem ad beneficium petẽdum, secundũ quosdam.C.de Episcopis & cleric.l.sacrosanctæ. C.de bonis quæ libe.l.cum oport.§. si quis. extra de testamen.c.quia nos.

Sexòt.

Filius non admittitur pro patre in caussa peculij.

Septimò.

Generaliter poteſt obijci, quod eſt hęreticus, bannitus, ſchiſmaticus, apoſtata, & huiuſmodi. extra de exceptio. cap. apoſtolicæ. xij. quæſtione ſecunda. c. cum deuotiſsimam. Vide Speculato.

Octauò.

Obijciuntur generales exceptiones ratione cauſsæ & ratione eius qui agit. Vide Specula.

DE DEFENSORE.

Defenſor eſt, qui abſq; mandatò ſe alicuius defenſioni offert. ff. de procuratoribus. l. minor vigintiquinq; annis. inſtitu. de ſatiſdationibus. §. ad eius.

Secundum Canones etiam exorciſt. dicitur defenſor, vt. lxxvij. diſtinct. c. in ſingulis. & c. monachus. cuius officium eſt corpora à dæmonibus defendere, vt. xxiij. diſtinct. c. exorciſta. de conſecra. diſtin. v. c. omni die.

Dicitur enim defenſor rerum eccleſiaſticarum procurator, extra de rebus eccle. non alie. c. ſi quis presbyterorum. l. j. §. iij. titu. de his qui alieno. in principio.

Contra defenſorem generaliter obijcitur.

Primò.

Quod cõtra principalem perſonam obijci potuiſſet, pro qua interuenit, idẽ contra defenſorem opponi poteſt, de quo diç vt ſupra de actore.

Secundò.

Quod

Quod contra procuratorem obijci potest, idem & contra defensorem. dic vt supra de procurato.

Tertiò.

Quod non cauit de iudicato soluendo. C. de procurato. libr. primo. extra eo. c. primo. &. c. mandato.

Defensor cõstitui põt à minore parte vniuersitatis. ff. qđ cuiusq; vniuer. l. null. l. planè.

Vide hic certa dubia mota & discussa per Specu. libr. primo. §. iij. titu. de defensore.

¶DE DEFENSORE.

Excusator est is, qui venit ad proponendũ caussas absentiæ alicuius, qui non poterat vel ratiõe sui, vel caussæ ꝓcuratorẽ constituere, vel qui vocatus erat vt personaliter veniret.

Vel est qui sine mãdato ad caussam, ad prætendendũ excusationes seu caussas absentiæ mittitur, extra de electio. c. bonæ memoriẹ. §. nos igitur. extra de dolo & contuma. c. cũ dilect. §. sed contra. extra de accusa. c. veniens.

¶Excipitur contra excusatorem.

Primò.

Quod sit simplex nuntius, quare non valet, extra de priuile. c. ex parte abbatissæ. de electione. c. bonæ.

Secundò.

Quod cadẽ opera & ita potuisset mitti procurator, sicut excusator vt in dicto. c. cũ dilect. & c. bonẹ.

De quo dic vt not.extra de procu.c. querelam. Vide latius Speculato.

DE SYNDICO.

Syndicus eſt procurator vniuerſitatis vel collegij pro rato ſalario ad iudicia conſtitutus, ſcilicet qui cauſsas vniuerſitatis vel agit vel defendit.

Et dicitur ſyndicus ſecundum Specu.quaſi ſingulorum de vniuerſitate vel collegio cauſsas dicens.ff.de muneri.& hono.l. munerum.§.ij.

Dicitur à græco verbo σευδικεῖν id eſt, ad eſſe, patrocinari, defendere, patrocinium ſuũ in cauſsam communem afferre.

Hinc σύνδικος id eſt, ſimul iudex qui eandem cauſsam defendit.

Et qui à ſingulis vrbibus mittuntur patroni ad tuendã cauſsã vnius prouinciæ, σύνδικοι dicuntur ſecundum Budæum.

¶ *Annotatiuncula.*

Conſtitutio ſyndici debet fieri in loco publico, non priuato vel ſancto, vt.C. de decurio.l.ij.lib.x.& de legatio.l.penul.Et de prædijs furio.l.ij.ff.de reg.iur.aliud.§.refert.

Item in creatione ſyndici, vel actoris debet contineri, quis, ad quid, cõtra quos, & in qua cauſsa, vel cauſsis conſtituatur. ff.de procu. l.ſi.procu.

Et po-

Et poteſt reuocari, vt & procurator.

¶Quæ obijciantur ſyndico.

¶Primò.

Quod non eſt conſtitutus ab vniuerſitate, vel collegio licito. ff. quod cuiusq; vniuerſi. nomine. l, j. vbi de hoc vel ab eo cui vniuerſitas poteſtatem conſtituendi conceſsit. ff. eo. l. item eorum. §. j.

Secundò.

Quod non eſt à duabus partibus curiæ vel collegij conſtitutus, vt. ff. quod cuiusq; vniuerſi. no. l. nulli. &. l. planè. ff. de decr. ab ord. faci. l. iij. C. de decurio. lib. x. l. nominatim. extra de electione. c. licet. vel ſaltem à maiori parte extra de his quæ fiunt à maio. parte ca. c. j. extra de elect. in eccleſia veſtra. ij. in fi. vide Specu.

Tertiò.

Quod aliqui non fuerunt vocati ſed contempti in conſtitutione ſyndici, extra de electio. quia propter &. c. in genef. &. c. bonæ. ij. ff. de iure deliber. l. ait prætor. C. de ſacroſan. eccle. authen. hoc ius. Nam in talibus nomina ſingulorum debent eſſe ſcripta.

Quartò.

Quod nomina abſentium ſunt inſcripta extra de his quæ fiunt à præla. ſine ca. c. quanto. in fine.

Quintò.

Quod nomina Monachorum vel consiliariorum de vniuersitate non sunt sigillatim inserta in instrumento syndicatus.C.de vendi.re.ciuil. li.xj.l.fi. prope fi.versi. in prouincijs.

Sextò.

Quod est inhabilis ad agẽdum.ff. quod cuiusq; vniuer.no.l.j.prope fi.versicu. & quid. vt quia est excommunicatus,vel miles,vel minor,vel mulier & huiusmodi.

Septimò.

Quod constitutus minus solẽniter.i.decreto non interueniente.C.de appella.l.si actor.

Octauò.

Quod est laicus in reb⁹ ecclesiasticis.C.de episco.& cleri.l.omnia.vide latius Specu. qui secundum canones non admittit hanc exceptionem.

Nonò.

Quod est constitutus ab vniuersitate,cuius rectores sunt excommunicati extra de procura.c.fina.

Decimò,

Quod mandatum est reuocatum, non permissum,nam si pmitteretur,duraret.ff. quod cuiusq; vniuer.no.l.item eorum.§.penul.

Vndecimò.

Quod non est constitutus de consensu episcopi.C.de episcopis & cler.l. oẽs qui vbiq;. §.hoc

§.hoc nihilominus vide latius Spe.de forma ſyndicatus vide Spe.l.j.§.iij.titu.de ſyndico.

DE OECONOMO.

OEconomus dicitur is,cui eccleſiaſtica res mandatur.C.de ſacroſ.eccle.l.iubemus. circa princip.

Et dicitur à greco vocabulo οἰκόνομος,id eſt diſpenſator rei familiaris,vel domus moderator.

¶Differunt,ſed tamen unum pro alio ſæpe ponitur.

Oeconomus,cui res eccleſiæ, vt iã dictum eſt,mandatur.

Vicedomin⁹, qui adminiſtrat res Epicopi.

Syndic⁹,qui ab vniuerſi.vel collegio ad vniuerſitatem cauſarum conſtituitur.

Actor ad vnam cauſam, & ab vna perſona conſtituitur.

Vide latius horum differentiã apud Barto. & in gloſ.l.actor.ff.rẽ ratã habere. & gloſſ.inſtitu.de cura.§.vlti.in verbo,actorem.

¶Quæ excipiantur contra Oeconomum.

¶Primò.

Quod nõ eſt conſtitutus authoritate Epiſcopi vel prælati. ix. q. iij. c. cum ſcimus. extra de offi.ordi.c.cum vos,

Secundò.

Quod eſt laic⁹.xvj.queſtio. c.in noua.extra de reſcript.capit.edoceri. intellige tñ in ſpiri

tualibus, nam ciuili. secus est, argumẽ. lxxvij. distin.

Tertiò.

Quod non est de gremio ipsius ecclesiæ. lxxxix. dist. c. quia.

Quartò.

Quod est cosanguineus Episcopi constituentis. lxxxix. distinctio. c. decẽter. j. quęstio. iij. c. peruenit.

Quintò.

Quod non gubernat fideliter res ecclesiæ. x. quæstio. ij. c. hoc ius porrectum. §. œconomus.

Sextò.

Quod non vult Episcopo vel Capitulo reddere rationem. lxxxix. distin. cap. diaconum.

Septimò.

Quod non est constitutus cum Episcopi assensu, vbi ad eum pertinet. C. de his qui ad ecclesi. confu. l. præsenti. C. de Episcopis & cleri. l. omnes qui. §. in hac. extra dẽ iura calum. capi. imperatorum.

Octauò.

Quod fructus ecclesiæ consumit, extra de offic. ordina. capi. cum vos.

¶Aduerte quod caussæ ecclesiasticæ per syndicos non per œconomos tractantur.

Porro formam œconomatus collige ex forma syndicatus apud Speculatorem.

¶De

¶De actore ab uniuersitate seu à tutore constituto uel curatore.

Actor est procurator vel moderator, qui ab vniuersitate ad vnam caussam, vel ab vna persona, vt tutore, vel curatore constituitur.

¶A tutore uel curatore constituitur.

Vt. C. de actio. à tuto. vel cura. da. l. vnica. Cum scilicet ipsi non possunt in caussis pupilli vel adulti, procuratores constituere ante litis cōtest. licet minores ipsi cum tutoris, vel curatoris authoritate hoc facere posint. C. de proc. l. neq; & contestantur in duobus casibus à tutore vel curatore.

¶Duobus autem casibus constituitur actor à tutore uel curatore.

Quando pupillus est absens, vel fari non potest.

Quia tutor vel curator valetudine impeditus est, vt si negotia sint diffusa vt not. ff. de administra. tutorum. l. decreto. institu. de cura. §. fina. C. de procur. l. neq;. de auto. tuto. l. prima. vide Specula.

¶A prælato Ecclesiæ.

Secunda quæstio. vij. c. Si quis ergo. & ab eo qui non dominus & ad præsentes lites tantum instit. de cura. §. fina.

¶Ab uniuersitate.

Ab vniuersitate qualiter cōstituat̃ vide not. ff. quod cuiusq; vniuersita. no. l. j. §. quibus.

Formas constitutionum actoris vide apud Specu. parte. iij. titu. de actore.

¶ De actore & de alijs nunc abunde dictum, iam quæ contra eum excipi posſint pauca acturi.

¶ Contra actorem uniuersitatis exceptio.

Prima.

Quod est sine decreto pręsidis constitutus, vt supra de Syndico, & not. C. de procura. l. neque.

Secunda.

Quod non fideliter protegit res ecclesię vel domini sui. liiij. distinctione. c. frequens. & c. ex antiquis. extra de procur. c. fi.

Tertia.

Quod est ad futuras controuersias constitutus non ad præsentes aut certas. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nom. l. ité eorũ. Vide Spec.

Quarta.

Quod non vult de rato cauere, vt sup. de syndico.

Quinta.

Quod est ex collegio illicito constitutus, vt supra de syndico. verum tamen præsumitur licitum, nisi illicitum probetur. ff. eodé. l. prima. &. ff. de colle. illi. l. tertia. §. in summa.

Sexta.

Quod postquam creatus, simul prohibitus est agere. d. l. item. §. quod si actor.

Septima.

Septima.

Quod vniuersitas seu collegium est dissolutum. ff de leg. iij. pater filiú. §. Thusculanus. extra de ver. sig. c. abbate. in fine. vide Spe.

Octaua.

Quod excedit fines mandati. d. l. item eorum. §. j. Cum enim de mandato habeat administrationem, procuratoris fungitur officio. & ideo non potest vltra id quod mandatum est extra de offi. deleg. c. cum olim.

Nona.

Quod non est à duabus partibus constitutus, vt supra de syndico.

Et summatim possunt omnia excipi cõtra eum, quæ. sup. dicta sunt de syndico.

Nota quòd hi non posunt constituere procuratorem, nisi lis sit contestata cum eis. ff. de procu. l. nec ciuitatis.

Item non valet cõstitutio, si sint excõmunicati, vel infames, vel etiam à talibus cõstituti.

Item remouetur si nolit defendere vniuersitatem reconuentam, vt in. d. l. item eorum. §. actor.

¶ Quod excipiatur specialiter, contra actorem à tutore uel curatore constitutum.

Quod constitutus est sine decreto pretoris & sine causa legitima constituẽdi', quia non erant diffusa negotia pupilli, nec dignitas,

vel

vel ægrotando, vel ætas aut valetudo tueretur hoc postulabat, nec pupillus erat absens, imo præsens, & fari poterat. arg. ff. de admi. tu. l. decreto. instit. de cura. in fine.

Nam pupillus ex quo fari potest, debet constituere procuratorē authoritate tutoris. C. de procura. l. neq;. §. pupillus.

Actor ergo constituitur ad litem, & etiam curator ad quam tutor dari non potest, quia non debet caussæ & certæ rei. Institu. qui testa. tuto. dare poss. §. ad certum.

Vide Speculatorem. & apud eundem formulas, & horum instrumenta obserua.

¶ De orphanotropho.

Orphanotrophus est orphanorum & pupillorum tutor & adolescentum curator, qui facultatibus eos & parentibus quasi destitutos suscipit alendos.

Et propriè talis græcè ὀρφανιστής. Sed orphanotrophus de quo hic dicit, ὀρφανοτρόφος, id est, pupillorum curator. De quo. C. de episcopis & clericis. l. orphanotrophi.

¶ Excipitur contra orphanotrophum.

Primò.

Quod non fecit inuentarium. & est minor. xxv. annis. d. l. orphanotro. & C. de legit. tuto. l. penul.

¶ Secundò.

Quod est turpis p̄sona, vel suspectæ vitæ. ff.

solu.

[illegible] l. si cũ dotem. §. eo autem tempore.

Tertia.

Quod superdicta est in administratione. iij. q. ij. c. nec enim. quia extra de accusa. [illegible].

¶ Orphanotrophium est locus, in quo talibus orphanis alimenta administrantur. xxiij. questione octaua. c. tributum. §. quamuis.

¶ DE VICEDOMINO.

Vicedominus propriè est secundum iura, qui pẽest rebus episcopalibus. lxxxix. distinct. c. volumus. & ca. sequẽ. j. q. iij. c. saluator. circa medium. ver. in nomine.

¶ DE VICECOMITE.

Vicecomes dicitur ille, cui dominus temporalis cõmittit exequutionem iurisdictionis suæ in aliquibus castris, & debet esse secularis & non clericus, extra ne cleric. vel mona. c. clericorum. Formã constitutionis. vide apud Specul. l. j. par. iij. titulo de vicecomite.

¶ DE TVTORE.

Tutorum alij sunt testamentarij, alij legitimi, alij datiui, alij anomali. De quibus per ordinem dicemus.

¶ De testamentario tutore, & quæ cõtra eum excipiantur.

¶ Prima obiectio.

Quòd is qui testamentũ cõdidit talis est, q nõ potest tutorẽ dare, vel is q datus est, nõ potuit dari, de quo dic vt. ff de testamen. tu. l. j.

Secun-

Secunda.

Quod teſtamẽtum, in quo datus eſt, ſit imperfectum, vel quod per epiſtolam datus ſit. C. de confir. tuto. l. ij. ff. eodem. l. ij.

Tertia.

Quòd ex teſtamento non ſit adita hęreditas. ff. de teſta. tut. l. ſi nemo. &. l. ſeq. &. l. an teſtamento. Vide Speculatorem.

Quarta.

Quòd ſit talis qui alias non poteſt ex teſtamento capere. ff. eo. l. teſtamẽto. &. l. tutores.

Quinta.

Quod non iure datus ſit. ff. eo. l. teſtamẽto.

Sexta

Quod teſtamentũ inofficioſum vel falſum ſit. ff. eodẽ. l. iure noſtro. &. l. ſeq.

Septima.

Quod irritum. & vide cauſſas. ff. de iniuſto rupto & irrito fac. & inſtitu. quibus modis teſtamen. infir. per totum.

Octaua.

Quod minus ſolenne. Nec ipſe ſit à Iudice confirmatus. C. de confir. tut. l. ij. ff. eo. l. qui à patre. &. l. ſi filio. & de admi. l. tutor. §. curatores teſta.

Nona.

Quod datus ſit à patre, vel à matre tutor vel curator filio naturali. nec ſit confirmatus, quare

quare non valet.ff.de confir.tut.l.j.&.l.qui à patre.&.l.naturali.&.l.vtilitatis.C.eo. l. fi. & de epi.audien. l. de creationibus. institu. de cura. §. j.

Decima.

Quod tutor testamento datus sit furiosus? instit.qui tuto.dare pos. §.furiosus.

Vndecima.

Quod sit incertus vel incertè datus, vel ad certam rem vel caussam, quod fieri non debet.ff.de testa.tute.l.tutor ita.instit.qui tuto. da.pos.§. certe.

Duodecima.

Quod caussa, quare datus est, sit mutata, q̃a ex amico factus est inimicus, vel ex diuite pauper.ff.de test.tute.l.paterfamilias.in fi. & de confir.tuto.l.pe.

Decimatertia.

Quod datus sit à matre tutor vel curator, nec à iudi.cõfirmatus sit, vnde non tenet. ff. de confir.tut.l.j.& de testa.tute.l.mater.vide latius Speculatorem.

Formam instrumenti tutelæ testamẽtariæ, vide latius apud Speculatorem. libro. j. parte tertia.titulo de testamen.tut.

¶*De legitimo tutore.*

Si quis se asierat legitimũ. i. ꝓximiorẽ, nõ habita differẽtia inter agnatos & cognatos,

vt authenti. de hęre. ab inteſtato ve. §. ex his. colla. ix. non teneris illi credere, niſi probet idem ſi quis ſe legitimè conſtitutum dicat. tu vero ſi potes, proba alium eſſe proximiorẽ, & non legitimè conſtitutum. Vide. C. de legi. tut. authen. ſicut. ff. eo. l. pe.

¶ *Quæ legitimo obijci poſſunt.*

¶ *Excipitur contra legitimum tutorem.*

Primò.

Quod teſtamentarius tutor extet, quare nõ eſt locus legitimo. ff. de teſtam. tute. l. ſi quis ſub conditione. ff. de tutel. & rationib. diſtra. l. ſi tuto. §. j.

Secundò.

Quod non ſatiſdedit idoneè rem pupilli ſaluam fore, niſi ſit pater vel patronus. ff. de leg. tuto. l. legitimos. §. ij. C. in quibus cauſis reſti tu. in integrum non eſt. l. ſi tutor. C. de tutori. qui non ſatiſde. l. prima. & inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. ij.

Tertiò.

Quod nõ recepit tutelam intra annum. C. de legit. hæredib. l. ſciant. ff. ad Tertullia. l. ſecunda. §. ſi mater non petierit.

Quomodo autem inſtrumentum legitimæ tutelæ formetur, vide Specula. lib. j. §. iij. titu. de tuto.

¶ *De datiuo tutore.*

¶ *Opponitur datiuo.*

¶ Primò

¶Primò.

Contra tutorem vel curatorem dicentem ſe datiuum, id eſt à iudice datum, oppone alium eſſe teſtamentarium, vel legitimum præcedentem. ff. de tute. & ratio. diſtra. l. ſi tutor. §. primo. quia habenti tutorem tutor dari nõ poteſt.

Secundò.

Quod ſit datus ab eo, qui dare non potuit, puta à delegato præſidis vel à prętore vel pręſide furioſo. ff. de tuto. & cura. ab his. l. ius dãdi. l. nec mandante.

Tertiò.

Quod tutor datus ſit à iudice, cuius iuriſdictioni nõ eſt ſubiectus. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. prima. & l. pupi. & C. vbi pupil. edu. de. l. fina. & qui tut. vel cura. dare poſ. l. neq;.

Quartò.

Quod non ſatisdedit rem pupilli ſaluã fore. C. in quibus cau. in integrum reſti. nõ eſt. l. ſi tuto. niſi teſtamentarius, vel ex inquiſitione datus, vt infra.

Quintò.

Quod dubitetur an ſit tutor, an curator, an geſtio aut adminiſtratio ſit illi cõmiſſa, quare non audietur niſi caueat de rato. ff. de admi. tuto. vel cura. l. vulgo.

Vel ſi dubitetur pro qua parte adminiſtra-

tio sit ei commissa, vbi plures sunt tutores vel curatores. ff. de sol. l. quęro. & l. quod si forte §. primo. ff. de admin. tut. l. fin. §. defensioné.

¶ *Datiuorum quidam dantur.*

Sine inquisitione, seu causę cognitione, id est non quæritur an sint locupletes vel non. Et huiusmodi satisdabunt rē pupilli saluá fore. Sicut & legitimi. C. de tuto. & cura. qui non satisde. l. j. & ij. vide latius Specula.

Quidam.

Cum inquisitione, siue ex inquisitione, & tales non satisdant. insti. de satisda. tuto. §. ij. C. de tuto. & curat. qui non satisde. l. non omnium. Vide Specu.

¶ De datiuę tutelę instrumēto. vide Spe. hic.

¶ *De tutoribus anomalis.*

Anomala tutela, seu extraordinaria dicitur, quæ neq; est testamentaria, neq; legitima, neque datiua, vt est matris, vel auiæ.

Testamentaria enim non est, quia prohibet fœminam dari tutorem in testamento. ff. de testamen. tutel. l. iure nostro.

Legitima quoq; non est, cum lex dicat eam postponi omnibus testamentarijs & legitimis. C. quando muli. tuto. offi. fung. l. ij.

Præterea datiua non est, cum tutelæ munus sit necessarium. C. de admi. tuto. l. si in prin.

At hæ non cogūtur inuitę suscipere, sed permittitur eis subire si velint. C. quando muli. tut.

tut.offi. fung.authen. matri vel auiæ.vide latius Specu.

¶In tutela anomala sic opponitur contra matrem uel auiam.

Primò.

Si dicat mater vel auia, se tutricem in testamēto datam, repellēda est.ff.d.l.iure nostro. Sed nec ipsę dare possunt. Vide Specu.

Secundò.

Si dicat se à lege constitutam: excipe quod illa tutela legitima est, & legitimè, id est secūdum leges à iudice suscipienda.C.ad Tertul. l.omnem.C.in qui.cau.pig. taci. contraha.l. penul.

Tertiò.

Quod alius datus est in testamēto, qui eam præcedit dicta authē.matri vel auiæ. Etiamsi illud minus sit solēne: dum tamen sit confirmatus.ff.de confir.tut.l.prima & secunda.

Quartò.

Auiæ obijci potest, quod pater pueri eam præcedat dicta authen. maximè in corpore authen.

Quintò.

Matri obijcitur, quod ad secunda vota transiuit intra annum, vel post, vel quod peperit de nup.l.j.& authē.ibi posita extra de appel. c.ex parte. Vide Spe.

¶Nota quod mater non solū habet petere,

filio impuberi dari tutores, cũ legitimos non habet, vt etiam habet necesse petere vt administrent. ff. ad Tertul. l. ij. §. si mater alijs.

¶ *Generalis tutorum uel curatorum impugnatio.*

Prima.

Generaliter contra quemlibet tutorem vel curatorem opponitur ratione ætatis, vel defectus communis, vt quia sit minor. xxv annis. C. de leg. tute. l. fi. inst. qui tuto. dare pos. §. furiosus. & de excusa. tutorum. §. minores. & §. penulti. & fin.

Secunda.

Quod capite minutus sit. ff. eo. l. legitimos.

Tertia.

Quod non fecerit inuentarium. C. arbi. tutel. l. fina. ff. de vent. in posses. mit. l. j. §. decretum. & ff. de bonis auto. iudi. pos. l. j. §. fina. vel quod illud non fecerit legitimè. C. de iure delibe. l. scimus.

Quarta.

Quod licet fecerit inuentarium, nõ tamen in eo omnia pupilli bona posuit.

Et aduerte hic, quod tutor vel curator non possũt administrare negotia pupilli vel adulti, nisi prius tria fecerint.

¶ *Tria tutori uel curatori facienda ante administrationẽ.*

1 Quod fecerit inuentarium.

2 Quod iuret vtilia facere, & inutilia prætermittere.

Quod

Quod caueat ſub hypotheca rerum ſuarum. C.de Epiſ.& cleri.l.de creatiōibus.vide Spe.

Quinta.

Quod tutor vel curator, vel etiam pupillus ſit ſeruus & ſuper quæſtione ſtatus, id eſt ſeruitutis patitur quæſtionem.ff.de tutel.l.j.inſti.eod.in prin. & qui tuto. vel cura. dare.§. ſeruus.

Sexta

Quod habenti tutorem tutor dari non poſſit.C.qui pe.tuto.l.cum iuris. Curator tamẽ ei datur.inſtitu.de curat.§.interdũ.C.in quibus cauſ.haben. tuto. ff.de tutel.l.iij. §.ſi pupillus.&.l.ſolent.etiam, niſi in ſex caſibus, in quibus datur tutor habenti.

¶Sex caſus in quibus habenti tutorem alius datur.

¶Prima.

Si tutor mutus ſit, vel ſurdus, vel furioſus. ff.eodem.ſcilicet de tutel.l.j.

Secunda.

Si habeat bona in duobus, vel pluribus prouincijs.

Nam totidem poſſunt eſſe tutores. ff.de excu.tutorum.l.propter litem.§.fi.

Si mater tutrix nubat.Nam tunc datur alius tutor. in authen. de nup.§. ſi vero tutelam. col.iiij. 3

Si tutor eſt ad tempus relegatus, vel excuſatus vel remotus. 4

Nam interim alius datur. C. in quibus cau. habe.tuto.l.penul.& facit institu. de atti.tuto.§.j.& secundo.

5 Si tutor sit apud hostes, non vt seruus, sed vt relegatus vel transfuga. ff.de tutel. si quis tutor.

6 Si absit reipublicę caussa.ff.eodē.l.quęsitū. &.ff.de suspect.tuto.l.si quis absuturus.

Vide latius Specu.formam instrumenti in his casibus præscribentem.

Septima.

Quod sit Episcopus vel clericus, in sacris, vel monachus vel regularis, qui non possunt esse tutores.lxxxviij.distinct.c. neque apud. C.de Episco.& cleri.l.generaliter. Vide Speculatorem.

Verum tamē omnes clerici tenentur ad tutelam miserabilium personarum.C. de Episcopis & cleri.l.orphanotrophos.

Octaua.

Quod sit surdus vel mutus.ff.de tute. l.penultima.

Nona.

Quod suscipit actionum cessionem contra pupillum vel adultum suum. In authen. vt hi qui oblig.se perhi.res mino.in ius. in princi. tituli.col.vj.

Decima.

Quod tutor seu curator est creditor vel de bitor

bitor pupilli vel adulti,& administret sine ad iutorio.In authen.vbi supra.§. Sed & si quis. l.si quis.C.qui dare tuto. vel curat. possunt. authen.minoris.

Et hoc locum habet in datiuo & legitimo, non in testamentario, secundum quosdam fallit in matre & auia,vt in authen. vt matres debi.& credi.coll.vij.&.C.quando muli.tut. offi.fun.poss.authen.ad hæc.

Vndecima.

Quod is,cui datus est tutor vel curator, excessit annos.XIIII.vel.XXV.

Et hoc si velit nouum iudicium vel nouam actionem inchoare,quod non potest tũc, in inchoatis autem assistit,etiam postquam excesserit,vt.ff.de tuto.& cura. da.ab his.l. scio. instit.de attil.tuto. in fi.& quibus modis tut. fi.in prin.C.de arbi.tute.l.tutor potest.

Duodecima.

Quod tutela sit finita, vt in præmisso casu, vel quia est impubes,qui sub tutela est ab aliquo arrogatur vel deportatur, vel in seruitutem redigitur,vel ab hostibus capitur,vel tutor ad certam conditionem,quę inest, datus est,vel si pupillus obijt,vel si tutor maximam capitis diminutioné patitur, quia tũc omnis tutela finitur,minima vero solũ legitima perit.Vide Specula.

Decimatertia.

Quod ſit datus à teſtatore ſub conditione, quæ exiſtat ad certum tempus vel ex certo tempore, quod præterijt. inſtit. qui dare tut. poſſ. §. ad certum. Vide Specula.

Decimaquarta.

Quod ſit ſuſpectus tutor vel curator, & poſtulatus vel iam remotus, vel illi adminiſtratio interdicta. ff. de ſolu. l. quod ſi forte. §. j. extra de officio deleg. capi. venerabilis.

Vide hic Specu. dubia pulchrè mouentem & reſoluentem.

¶*Ordo dicendorum.*

De curatore.

Qui dare poſſint curatores.

Quibus perſonis dantur.

Quæ eorum poteſtas.

¶*Qui poſſint dare tutores vel curatores.*

Curatores dantur ab iiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores. Inſtitu. l. curat. §. primo. ſcilicet à præfecto, à prætore, à præſide, à proconſule, à præfecto Aegypti, & ab eo qui regit prouinciam præſide mortuo, abſente, vel à magiſtratibus municipalibus. ff. de tuto. & curato. datis ab his. l. prima & tertia. & l. is qui & alijs multis legibus. Vide Specu.

Præterea & in vltima voluntate poteſt dari curator, vt in authen. colla. ſeptima. vt liceat matri vel auiæ. Item in teſtamento curator

non

non datur licet datus confirmetur.ff.de con fir.tuto.l.j.in fi.&.l.fina.C.eodem.l.secũda.

¶*Quibus personis dentur curatores.*

Dantur furiosis & prodigis, qui nec tẽpus, nec modũ, nec finem habẽt profusionis & dilapidationis.ff.de cura.furi.& prodig.dat.l.j. Et hoc de furiosis maioribus ann.XXV. institu.eodem.l.furiosis.

Minoribus autẽ furiosis datur tutor vel curator, qui intelligũtur dari ætati potius quàm furori.ff.de tute.l.qui habet.§.j.

Dantur & mẽte captis, surdis, mutis, & morbo perpetuo laborantibus, & pupillis tutorem testamentarium vel legitimum, vel datiuum non habentibus, vel minus idoneum habẽtibus, vel ad tempus datum, vel infirmum, vel caussa necessaria impeditum. instituta de cura.per totum.

Dantur autẽ omnibus personis, quas habes de postulando.ff.l.j.§.j.&.l..ij.iij. iiij.v. &.ff. de priuile.creditorum.l.iij.iiij.v.&.vj.

¶*Quæ curatorum potestas.*

Curator furiosi & prodigi habet plenam rerum administrationem, sed curator bonorũ & curator ventris, habent solum custodiam rerum, quæ deterioris fortunæ sunt & venditionem.ff.de admi.tuto. vel cura.l. inter bonorum. Vide Specula.

¶Quinque curatorum species nimirum Curator.

Furiosi & prodigi vt supra dictum est.
Bonorum.ff.de curato.bonis dan.
Ventris.ff.de ventre in possess.mitten.
Ad lites.Vide Spe.ti.de syndico.li.j.par.iij.

¶De formis & instrumentis cõficiendis super hac re.Vide Spe.lib.j.par.iij.de cura.

¶Sequitur de his, qui nec agunt, nec defendunt, sed adminiculum caussis præstant, ut sunt aduocati, testes, tabelliones, exequutores.

¶De Aduocato.

Aduocatus est, qui in iudicio vel suo vel alieno nomine apud eum, qui Iurisdictioni præest, desyderium suum vel amici exponit, vel alterius desyderio contradicit.l.sciẽdum.§.j.& ibi docto.l.paulus.& ibi Barto.ff.de legatio.

Et secundum hanc descriptionem consulẽs in camera nõ dicitur propriè aduocatus, nec prohibitus aduocare, id est, postulare censetur in camera prohibitus consulere, vel facere allegationes in scriptis.Idem sentit Bar.in.l.j.ff.de varijs & extraor.cog.

Veruntamen dicitur aduocatus secundum communẽ vsum loquẽdi, quicũq; litigãtibus præbet in Iudicio suum patrociniũ, siue verbo postulando, siue consulendo.

Et differt à procuratore, vt supra diximus, quia ille caussam præsentis, hic vero absentis per-

pertractat. vterque tamen dicitur postulare.

Quàm autem aduocatorũ vsus sit necessarius declarat breuiter Spec.tit.de aduoca.li.j. par.iij.qui(inquit)ambigua facta caussarum dirimunt, suæq́; defensiõis viribus in rebelles cum publicis tum priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, & non minus procurãt, vt vsui sint humano generi, quàm si prælijs & vulneribus patriam parentesq́; seruarent.

Milites ergo sunt, militant nanq; patroni caussarum, qui gloriosæ vocis cõfisi munimine laborantiũ spem vitam & posteros defendunt. C. de aduo. diuer. iudi. l. aduo. hęc ille.

¶ Ordo dicendorum.

Quales esse debeant aduocati.
Quæ contra eos obijci possunt.
De cautelis aduocati actoris.
De cautelis & offi. aduocati rei.
De cautelis aduocati utriusque.
De his cautelis dicen. infra tit. de allega.

¶ Quales esse debeant.

Glossa in.l.j.ff.de postu. videtur tenere, nõ necessariò literas illos habere obligari.

Verum Barto. & Docto.d.glo. reijciunt, vt digna est, dicuntq́; quod aduocati debent studuisse quinquennio, & debent examinari à doctoribus, & eorum iuramento probari.l. nemini.C.dę aduo. diuerso iudic.

Sed hodie in plerisq; locis, non à doctoribus, sed

bus, ſed nummorum aucupatoribus, nec in ſcientia, & in quinquennio, ſed in marſupio quid poſsint, examinantur.

Exempla ſunt odioſa, alioqui in hoc vitio Aurelianis diem dicerem.

Nec obſtat, quod dicit glo. de iudice, quòd is poſsit eſſe ἀναλφάβητος. Nam iudex peritiam habere poteſt per ſuos aſſeſſores, quod in aduocato non eſt.

¶ Quæ contra aduocatos obijciantur.

Primò.

Quòd ſit ſurdus, mutus, cæcus, perpetuò furioſus, ſeruus, minor. xvij. annis, mulier, in corpore ſuo muliebria paſſus, niſi fuerit vi prædonum, vel hoſtium ſtupratus, vel quod ſit de capitali crimine, vel de calum. pub. iudicij damnatus, vel quòd operas ſuas locauit, vt cũ fera dentata, in arena pugnaret.

Hæc omnia colliguntur. ff. de poſtu. l. j. per totum. & iij. quęſtio. vij. c. tria.

Secundò.

Quòd ſit hęreticus, vel Iudęus vel filius infidelis, vel excommunicatus propter ſuſpitionem hæreſ.

Hi enim contra Chriſtianum aduocare nõ poſſunt. C. de poſtu. l. nemo. & C. de Epiſco. audien. l. nemo. ſecundò extra de hæreti. c. excommunicatus. §. credentes.

Ter-

Tertiò.

Quòd sit monachus vel canonicus, regularis etiam in foro ecclesiastico, nisi exposcat monasterij vtilitas. Abbate nihilominus imperante. xvj. quęstio. j. c. monachi & alia est. C. de episco. & cleri. l. repe. extra de postu. c. ij. extra ne cleri. vel mona. c. j. in fine.

Quartò.

Quòd sit clericus. Et nota hic tres ordines clericorum non postulantium.

¶*Tres ordines clericorum.*

EPISCOPORVM & aliorum superiorũ, qui omnes prohibentur pro alijs postulare coram ecclesiastico vel ciuili iudice. ij. q. j. c. te quidem. v. qõ. iij. c. quia episcopus. lxxxviij. dist. c. prælatum. 1

SACERDOTVM, qui nec coram ecclesiastico, nec coram ciuili iudice possunt postulare, nisi pro se, vel Ecclesia, vel pro coniunctis, vel miserabilibus perso. vide latius Spec. 2

CLERICORVM in sacris existentium, etiam non beneficiatorum, & existentium in minorib. beneficiatorum. qui nõ possunt coram seculari iudice postulare, nisi caussa sua vel Ecclesiæ suæ, vel miserabilium personarũ, extra eo. c. j. & in prin. 3

In caussa autẽ criminali nullus clericus postulare potest corã iudice seculari, vide Spec.

Quin-

Quintò.

Quòd ſit procax,& quòd opprobrijs, non ratione certet,nec ab iniurijs temperet.

Nam & is damno famæ & opinionis mulctabitur.lege quiſquis. C. de poſtu. extra de iureiur.c. veniens.

Sextò.

Quòd ſit nimium verboſus,argu.C.de appel.l.fin.§.in refutatorijs.

Septimò.

Quòd fuerit aſſeſſor in eadẽ cauſſa, in qua poſtulat,quod fieri non debet. C.de aſſeſſo. l.fina.ff.de aſſeſſo.lege penulti.

Octauò.

Quòd fuerit olim iudex in cauſſa, in qua nunc poſtulat.C.de poſtula.l.quiſquis.

Nonò.

Quòd fuerit infamis: & quacunq;, præſertim iuris infamia.inſtit.de exceptio.§.finali. ff.de poſtula.l.j.§.hoc edicto,&.l. quos prohibet.&.C.de poſtula.l.quiſquis.

Decimò.

Quòd poſt litem conteſtatam propoſuerit exceptionem dilatoriam,quare puniri debet in libra auri.C.de exceptio.l. penulti.

Vndecimò.

Quòd non habeat peritiam literarum, licet ſit in exercitio peritus. C. de aduo. diuerſo. iud.l.nemini.C.de aduoca.diuerſ.iudi.l. iubemus.

bemus.&.ff.de va.& extraordi.cog.l.j. §. aduocatus. Tu hic vide Spec. pro & contra disputantem.

Duodecimò.

Quòd ſit prohibitus ad tempus, vel in perpetuum à iudice poſtulare, quare non debet audiri.ff.eodem.l.Puto &.l.ſequen.&. C.eo. l.fi. Etiam ſi aduerſarius id patiatur. ff.eo.l. quos prætor.extra de exceptio. c. exceptionem.Et cùm prohibetur aduocare aut accuſare, de facto irrogat infamiam. vide Specul.

Decimotertiò.

Quòd ſit præuaricator & infidelis. C. de aduoc.diuerſo.iudi.l.j.quia perdit cliētulos ſuos, & punit̄ extraordinariè. vide Specu.

Decimoquartò.

Quòd ſit ſymoniacus, quia aliquem pro precio elegit, vel fuit falſus teſtis ꝓ pecunia, vel in aliquo peccauit circa ſuum officium, nam talis infamis eſt nec poſtulat.

Decimoquintò.

Quòd nimia cupiditate rapiatur, nam pro vili ſtipendio tanq̄ degener poſtulat.

Decimoſextò.

Quòd pactus ſit de quota parte litis cum clientulo, nam ſic fit infamis. C. eodem. l. ſi qui. & lege ſequenti.§.præterea.

Deci-

Decimoſeptimò.

Quod à clientulo ſuo res lite pendente emerit, vel alioqui cum eo contraxerit. C. eodem. l. quiſquis. §. præterea.

Decimooctauò.

Quod ſit excommunicatus. xj. q. iij. c. excõmunicatus. extra de except. c. exceptioné.

Decimononò.

Quod recipiat pecuniam ob non aduocandum, vel eſt condemnatus. l. repet. ff. ad legé Iul. repetun. l. eadem. in fine.

Vigeſimò.

Quod ſcienter proroget, quia ſic punitur in duabus libris auri.

Vigeſimoprimò.

Quod minor. xvij. annis. ff. de poſtu. l. prima. §. initium. licet in procuratore requiratur. xxv. Vide Specula. hic latius.

Vigeſimoſecundò.

Quod fuerit aduocatus in cauſsa principali, quare non debeat in cauſsa appel. præſertim pro altera parte.

Vigeſimotertiò.

Quod aduocet contra eccleſiam, à qua eſt beneficiatus, extra de poſtu. c. fin. vel contra epiſcopum, à quo beneficium habet extra de exceſ. præla. c. grauem. Vide Specu.

Vigeſimoquartò.

Quod ſit decurio, qui contra ſuam patriam aduo-

aduocare prohibetur, nisi pro se vel suis, & pro populis, quorum tutelam gerit. ff.eo.l. penult.

Vigesimoquintò.

Quod sit domesticus iudicis. extra de appellatio. capitu. ex insinuatione.

Vigesimosextò.

Quod postulet contra eum, cuius est Vasallus argum. xxij.q.vlti.c. de forma. Et in libro feu. quibus cau. feu. amitta. c. vnico. in prin. &.§. quod si forte. Et quibus modis feu. amit. c. vnico. in princip. extra de natis ex lib. vent. c. vnico.

Si tamen Vasallus pro coniuncta persona postulat contra dominum, non ob hoc forte perdit feudum, vide Specula.

Vicesimoseptimò.

Quod non iurarit statim post iuramentum à partibus præstitum, quod se credat iustam caussam fouere: & quod quàm cito caussam sciuerit desperatam deseret, ac discedet. Hoc enim tenetur iurare, alioqui repellitur. C. de iudi. l. rem non nouam.

Quam vtinam omnes nostri aduocati bene perpenderent & sequerentur.

Vicesimooctauò.

Quod monitus à iudice, vel alicui patrocinaretur, noluit parere, nec sufficienter excu-

 sauit.

ſauit.iij.q.vij.c.tria.vide latius Spec.li.j. par. quarta.titu.de aduo.

Porro de tutelis aduocatorum dicem⁹. inf. de allega.

¶DE TESTIBVS.

Teſtes antiquitus ſuperſtites vocabantur, eò quod ſuper cauſſarum ſtatu proferebantur. Hinc parte nominis oblata, per figuram, quæ græce ἀφαίρεσις dicitur, teſtes vocabantur. extra de verbo.ſigni.c.forus.§.teſtes.

Qui & dicũtur legitimi vel omni exceptione maiores. quando nulla legitima exceptione repelli poſſunt, ſecundum gloſ. in.c.j. de conſanguini.& affini.& inſti.de inutili ſtipulatio.§.item verborum.

Qui autem poſsint eſſe teſtes, & quę contra eos opponi poſsint, infra ſuo loco videbimus.

¶DE TABELLIONE.

Tabellio eſt perſona habens publicum officium ſcribendi inſtrumenta ad fidem faciendam.

Alias dicitur tabellionarius, vt in.l. generali.C.de tabel.ſcriben.ligog. l. decima. veletiam notarius.

De cui⁹ multiplici nomine, vide notata in.c.quoniam extra de probationibus.

De quo & quis eſſe poſsit tabellio, & qualiter, &

ter,& per quos,& vbi creetur. Vide Spec. tit. de edit.instru.§.restat.&.§. postremo. libr.ij. par.ij.Et nos nonnihil infra de instrumentorum editione dicemus.

¶Ordo dicendorum.
De exequutore.
Quid sit exequutor.
Quis esse possit.
A quo eligendus seu constituendus.
Quis suæ exequutionis effectus.

¶Quid sit exequutor.

Exequutor est officialis,per quem litis exequutio,& ipsius caussę prępáratio iubēte suo iudice,expeditur. C. de accusationibus. l. ea quid.extra de appelationi.c.cum parati.

Exequitur enim lites,& eas præparat, quia facit partes in iudicio comparere, testes cogit & reliqua facit, quæ caussis expediendis proficiunt,vsq; ad earum finem.C.de iudi.l. antepe.& fi.C.de spor.l.j.in authent. de iud. §.his qui caussas præparant.col.vj.

Vocatur autem in iure diuersimode.

Primo exequutor,vt.C.de iudi.l.fi.
Secundo apparitor.C.de spor.l.fi.
Tertio Officialis.In authen.de defen. ciui. §.ex prouinciali.col.iij.
Quarto nuncius.extra de offic.deleg.c.prudentia.
Quinto Cęsariani & Catholiciani.C.de bo. proscrip.l.pe.in fine.

Sexto Ministri.xxiij.q.v.c. si homicidæ.&.
c.cum ministri.

Septimo portarij,extra de prin.c. cũ olim.

Quis possit esse exequutor.

Exequutor esse potest is, qui liber est & nó seruus,quia publicum est ei⁹ officium, quod per seruum non expeditur.ff. de re iu.l. in his officijs.& argu. C.de tutel. & scri.l. tertia.§. fi.lib.x.ff.de testa.l.in testamento. §. seruus. Vide latius Speculatorem.de eius conditióe.

A quo eligendus exequutor.

Eligendus est exequutor per magistrum scholarum , vel magistrum scriniorum sacro rum,vel vbi est de consuetudine, per officiales ciuitatum.

Item talis,qui etiam sit locuples,& vitæ pro batæ,vt non sit verisimile eum velle peccare, alioqui reconueniendus, vt in authen. de Iudi.§.is,qui caussas præparat.colla.vj.

Quod eius officium.

Officium exequutoris est,implere quæ sibi iniuncta sunt siue decreta fuerint, circa lites expediendas per iudicem,cui fuerit deputatus.in authen.de defenso. ciuita.§. ex prouinciali.& de Iudi.§.is qui.vt sup. latius de eius officio. Vide Specula.de accusa.§.primo. ver.hoc autem.

Et in-

Et intellige prædicta de exequutore litis, non de exequutore sententiæ.

Est autem talis, qui rem iudicatam ducit ad effectum, secundum glossam in.c. super quæstionum. extra de offic. dele. Vide quoque Speculat.de pœna eius.lib.j.parte. iiij. tit.de exequutore.

¶Quis effectus exequutionis.

Exequutoris conuentione interrumpitur præscriptio: licet hoc non faciat simplex postulatio circa Iudicem proposita, vel libelli oblatio, vel precum porrectio, etiam facta coram principe, præterquam in actione annali. C.de præscript.triginta annorum.l. sicut. & lege cum nouissimi. in principio. parag.illud etiam proculdubio.C.quando libel.princip. obla.litem.&.l.prima.

COMPETENTIS IVDICIS. *aditio.*

Ordo propositionis expostulat, vt nunc de competente iudice adeũdo videamus, quam rem hac serie tractabimus.

¶Series explicandorum.

Actor cuius iudicium debeat adire.

Quis dicatur alterius competens Iudex.

Qualiter actor in adeundo Iudice debeat se habere.

Quis ordinis effectus.

¶ *Actor cuius iudicium debeat adire.*

Regulariter iure receptum est, quod siue clericum siue laicum quis conuenire velit, debet rei iudicem adire. C. de ordi. iud. l. adire.

Nam actor forum rei generaliter sequi debet. xj. q. j. ca. experiĕtiæ. extra de fo. compe. c. si cleric⁹. & l. cum sit. C. de iurisdi. om. iud. l. fi. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. j. & ij. ff. de iud. l. si quis ex aliena.

Hæc tamen regula in multis casibus fallit, in quibus quis sortitur forum non suum, & facit suum.

¶ Sequuntur casus, in quibus quis sortitur nō forum suum & facit suum, id est, laicus forum ecclesiasticum vel forum alteri⁹ iudicis. In quibusdam etiam sortitur seculare, vt infra dicemus.

Primus.

In caussis matrimonialibus, quæ licet inter laicos agitentur, tamen per ecclesiasticum iudicem sunt tractandæ. x. quęstione. c. primo in fi. de offi. deleg. c. caussam matrimonij.

Secundus.

In caussis criminalib⁹ ecclesiasticis. ij. q. vj. c. j. vtpote in crimine sacrilegij vel quasi. extra de foro comp. c. cum sit hæresis. extra de hæreti. c. ad abolendam symoniam extra de symo. per totum.

Excom

Excommunicationis.ij.q.j.c.multi.

Violatæ pacis & periurij.extra de iudic.nouit.§.fi.

Adulterij.extra de offi.ordi.c.j.

Vsuræ.extra de vsur.per totũ. & certis alijs similibus. Vide Specu.

Tertius.

Vbi agitur de pœnitentia ex quacunq; causa, etiam in modum denuntiationis, argu.vij. dist.c.libero.extra de iud.c.nouit.

Quartus.

In iure patronatus & in omnibus spitituali bus, & spiritualibus annexis extra de iudi.capi.decernimus.& capi.quanto.

Quintus.

Ratiõe contractus conuenitur quis coram non suo Iudice, sed coram eo sub quo contraxit, vel vbi promisit.ff.de Iudj.l.hęres absens. §.j.&.l.si quis tutelam. &.l.argentum. &. C. vbi conue.qui cer.lo.da.pro.l.vnica.extra de foro comp.c.fi.

Quod verum intellige, si in loco contractus inueniatur, & non aliter.

Potest tamen decernere iudex misionẽ in possessionem faciendam in bonis, quæ alibi habet, vt.c. Romana.§. contrahentes. de fo. compe.lib.vj.

Sextus.

Ratione criminis in aliena iurisdictione cómissi, quia ibi vel vbi inuenitur, cōueniri potest. iij. quęstio. vj. c. j. extra de rapto. c. j. extra de foro compe. c. postulasti. &. c. fin. C. vbi de crimi. agi oportet. l. j. & authen. qua in prouincia. vide Spe.

Septimus.

Ratione rei seu possessionis in aliena iurisdictione constitutæ.

Nam si Coloniēsis velit agere de possessione vel terra, quam habet Leodij, Leodiensis iudex de illa quæstione cognoscet, vel iudicē dabit extra de foro competen. c. sane. &. c. fi. C. vbi in rē acti. exerce. debe. l. actor. ff. de iud. l. sed & si suscepit. §. fi. C. de prędijs mino. l. si prædium.

Verum quomodo processus in hoc casu instituatur, id est quomodo Leodiensis ille coloniens. vocabit in ius, seu (vt dicunt) citabit, fusius hic tractat Spe.

Tu breuiter sic dices: iudex coloniensis debet mittere literas iudici Leodiensi, vbi reus degit, vt faciat illum coram se venire: & si nó sic venerit, mittet actorem in possessionem rei petitæ.

Octauus.

Ratione feudi, cuius quæstio sub domino feudi agitatur, si iure feudali agatur, extra de

judi. c.

iudi.c.cæterum.& extra de foro compe.c. licet.vide Spe.

Nonus.

Ratiõe reconuentionis, vt.iij.q.viij.c. accusatores.§.cuius in agendo.C.de ſenten.& interloc.omnium iudic.extra de foro compe. c.licet.

Vide Specu.extra de mutuis peti.c. ex literis,vide hæc iura.

Ratione conſenſus partium.Si enim partes conſentiant coram non ſuo iudice litigare, eundem ſortiantur iudicem ſuum . ff. de iuriſdi.om.iudi.l.eſt receptum.

Verum clerici hoc non poſſunt ſine cõſenſu ſui prælati , extra de foro compe.c. ſignificaſti.&.c.Romana.reſpon.j.lib.vj.

Conſentire autem videtur, qui ſciens ſe nõ eſſe ſubiectum alicuius iuriſdictioni, in eum conſentit.Vide Specul.libro.ij.§.j.ti.de competen.iudice adeundo.

Decimus.

Ratione priuilegij,vt in ſcholare qui tres habet iudices, de quo vide nouam conſtitu.ff. Freder.imper.C.ne fi.pro patre.

Vndecimus.

In cauſſa appellationis.iij.quæſtio.vj. capitu.peregrina iudicia.

Duodecimus.

Quando Papa id iubet vel delegat ead. quęstio.c.vndequaq;.&.ij.q.j.c.iudices.

Decimustertius.

Propter loci importunitatem trahitur quis ad aliam prouinciam.xxxi.j.q.ij.c.siue.

Decimusquartus.

In caussa natiuitatis, quæ spectat ad ecclesiam extra qui filij sint legi.c. latro. &.c. caussam. de quo dic vt not. extra de ordi. cog.c. tuam. vide iura.

Decimusquintus.

In caussa decimarũ, extra de decimis ꝑ totũ.

Decimussextus.

In caussis pœnitentiarũ, quę ad ecclesiá pertinent.xj.qõ.j.c.aliud. de pœni.dist. c.aliud.

Decimusseptimus.

In caussis adulterij.C.cum agitur ad separationem extra vt lit.non contesta.c.j.

Decimusoctauus.

In caussis viduarum, pupillorum, libertorũ & miserabilium personarum, quæ saltem secundario spectant ad ecclesiam.lxxxij. disti. c.j.&.iij.extra de foro competẽ.c.ex tenore. extra de verbo.sign.c.nouimus in fine.

Et præcipuè circa dotẽ, vt extra de tot.post diuor.restitu.c.nup.

Et idem in caussis aliarnm personarũ, quod dic plenè, vt notatur secundum Innocen. extra de offi.iudi.delega.c.significantes.

Deci-

Decimusnonus.

Vbi agitur de possessione violata. C. vbi de possessione agi oportet lege vnica. C. de prædijs mino. lege si prædium.

Vicesimus.

In caussa fidei. xxiiij. quęstio. j. c. quoties. vbi dicitur. Ad Romanam referāt ecclesiam, quoties fidei ratio ventilatur.

Vicesimusprimus.

Cum quis alibi se soluturum promisit, extra de fo. compe. c. dilecti. vbi compe. d. da. cer. lo. l. vnica.

Nam ibi dicitur quis contrahere, vbi cōstituit se soluturū vt. ff. de bo. auto. iud. pos. l. iij.

Vide Spe. pulchrè disputantē, an aliqs & maximè clericus posit renuntiare foro suo.

Vicemussecundus.

Si iudex secularis sit negligens, extra de fo. comp. c. licet. versi. dummodo. &. c. seq. in fi.

Vicesimustertius.

Cum suus iudex recusatur, extra de foro cō pe. c. si quis contra.

Vicesimusquartus.

In compromissis extra de arbi. per totum.

Vicesimusquintus.

Ratione vltimæ voluntatis, vnde fidei commissum petitur, vbi relictum est. C. vbi fidei com. pe. pos. l. vnica. ff. de iud. l. hęres. respō. j. & l. si fideicommissum.

Et

Et legatum petitur vbi eſt, niſi hæres dolo inde ſubduxerit, tunc enim dabitur vbi petitur. ff. de iudi. lege quod legatur.

Viceſimusſextus.

In cauſſis ruſticorum & ſeruorum Eccleſię, quorum cauſſę ad Eccleſiam ſpectant, & inde in alijs laicis ad forum Eccle. ſpectant. lxxxix. diſt. c. iudicatũ. xij. quęſt. ij. c. Eccleſiarum ſeruos. extra de foro compe. c. nullus.

Idem etiam eſt de colonis Eccleſiæ. vt. C. de Epiſ. & cle. l. ij. & . C. vbi cau. fiſ. l. ſi quis. Sed illa poſſunt intelligi ſuper rebus, quas ab Eccleſia tenent: ſecus autem ſi conueniantur ex delicto vel contracto. licet. d. l. indiſtinctè loquatur.

Viceſimusſeptimus.

In peregrinis & mercatoribus & agricultoribus, & mare nauigantibus, & alijs extra de treuga & pa. c. innouamus. extra de peregri. c. vnico. extra de offi. delega. c. ſignificantib'.

Viceſimusoctauus.

Cùm agitur de feudo Eccleſiæ, extra de foro competen. capitu. verum.

Viceſimusnonus.

Cùm clericus impetrat contra laicũ, quod de conſuetudine fit in curia indiſtinctè, extra de iudi. c. fi. extra de alie. mut. iudi. cau. fac. c. fi.

Tri-

Tricesimus.

Vacante imperio cognoscit Papa vel eius delegatus de feudo. extra de foro compe. c. licet.

Tricesimusprimus.

Cùm quid difficile imminet vel ambiguũ inter iudices, recurritur ad ecclesiasticum, vt extra qui filij sint leg. c. per venerabilem. §. rationibus.

Tricesimussecundus.

Si consuetudo vel priuilegium dat iurisdictionem domino super familiam, illud seruetur, extra de foro compe. c. cum. contingat. de offi. Archi. c. finali.

Tricesimustertius.

Ratione pacis, quia tũc intromittit se Ecclesia de qualibet caussa. extra de iudi. c. nouit.

Tricesimusquartus.

Ratione connexitatis cognoscit Ecclesia & committit, vt patet in dote, extra de do. inter vir. & vxo. c. j. & de pœniten. c. per. & de foro compe. c. ex parte.

Immo etiam iudex ecclesiasticus cognoscit principaliter de dote.

Tricesimusquintus.

Quando ordinarius recusatur, quia tũc Episcopus associatur. in authen. vt diffe. iudi. §. si vero cõtigerit. colla. ix. C. de iudi. l. si vero.

Tricesimussextus.

Rati-

Ratione loci. Vnde Romæ, quia communis patria, conuenitur quilibet, qui nõ habet ius reuocandi domum. ff. ad municipa. l. Roma. v. quęstione secunda. c. vocatio. extra de foro compe. c. fin. de Iudi. lege si is qui Romæ.

De qua reuocatione vide Specu. l. j. par. ij. ti. de reo. verſ. item legati. & ſeq.

Triceſimusſeptimus.

Ratione profeſsionis. C. de aduoca. diuerſo. Iudic. l. fi. in Authenti. vt cleri. apud proprium Epi. com. per totum colla. vj.

Triceſimusoctauus.

Ratione adminiſtrationis. Vnde argẽtarius ibi cogitur rationem reddere, vbi argentariá exercuit. ff. de eden. l. prętor. §. is etiam qui.

Triceſimusnonus.

Ratione domicilij. C. vbi ratio. agi opor. l. vnica. & c. fina. de foro compe. & c. ex parte. vide Speculato. plura allegantem.

Sed ſi debitor vagetur per mundum, nec habeat domicilium vbi reſpondebit. ff. de iudi. l. ij. §. pe.

Quadrageſimus.

Ratione manumiſsionis. Vnde libertus ſequitur forũ patroni. ff. ad municip. l. ſi quis. §. niſi. & l. aſſumptio. §. fina.

Quadrageſimusprimus.

Ratione militiæ. ff. ad munici. l. municipes. §. fi.

Quadragesimussecundus.

Ratiõe matrimonij mulier sequitur forum viri.l.fi.C.de incol.li.x.ff.de iurisd.om.iudi. l.cum quidem.l.de iudi. l. exigere. ff. ad municip.l.fi.§.ij.&.l.ea quæ desponsata.

Quadragesimustercius.

Ratione cursus decennij, quos quis moratus est in studio.C.lib.x.de incol.l.ij.

Quadragesimusquartus.

Ratione tutelæ. Si enim plures sint tutores diuersarum iurisdictionum, omnes corá vno iudice potest pupillus conuenire. C. arbitr. tute.l.omnes.vide Speculato.

Quadragesimusquintus.

Ratione consuetudinis, vt recẽset hic Speculator Aretij esse consuetudinem, vt super qualibet caussa clericus trahat laicum coram laico iudice ecclesiastico.

Et sic loquitur.c.cum sit.extra de foro cõpe.& c licet.& de iudi.c. nouit.

Quadragesimussextus.

Ratione actionis.C.vbi in rem actio.l.fi.

Quadragesimusseptimus.

Ratione negociationis.ff.de iudi. l. hæres. §. si quis.

Quadragesimusoctauus.

Ratione constitutionis. ff. ad municip. l. non vtique.

Quadragesimusnonus,

Rati-

Ratione temporum. C. de incolis. l. ij. lib. x. ſicut in caſu. xlv. vel. xlvj. ſupra.

Quinquageſimus.

Ratione dignitatis. ff. ad Municipales. l. filij. parag. penultimo.

Quinquageſimusprimus.

Ratione originis propriæ vel paternæ ſortitur quis forum. C. de munici. & orig. l. filios. & l. ſeq. lib. x. & in. d. l. aſſumptio. §. j. & l. libertus. §. patris.

Quanquam in pleriſq; caſibus. ſup. enarratis clerici ſunt priuilegiati & exempti à foro ſecu. tamen in quibuſdam iudex ſecularis cognoſcit de perſonis & rebus eccleſiaſticis, vtpote in his quæ ſequuntur.

¶ Caſus in quibus ſecularis iudex cognoſcit de perſonis & rebus eccleſiaſticis.

Primus.

Cum clericus laicum coram illo conuenit, extra de foro compe. c. ſi quis clericus. & c. cũ ſit. ij. q. j. c. experientia. Et præcipue ſi laicus reconueniat.

Secundus.

Si Iudex ſecularis ab eccleſia inuitetur atq; imploretur. xxxij. diſtin. c. eo. & lxiij. diſtin, c. Hadrianus. extra de hære. c. ad obolendam. §. pe. & c. excommunicamus. §. moneatur.

Tertius.

Si Iudex ſecularis ab eccleſia vel prælato eccleſiæ

clesiæ in correctionem imploretur.xxiij.q.v. c.princeps.

Quartus.

Post desponsationem clerici potest iudex secularis cognoscere in clerico, quia tunc factus est de ipsius foro.extra de iudi.c. cũ non ab homine.& de verb.sig.c.nouimus.

Quintus.

Cum clericus est incorrigibilis à suis superioribus ecclesiasticis & in profundum malorum deuenit.d.c.cum nõ ab homine. &.xvij. dist.c.nec licet.

Præterea licet regulariter verũ sit, quod sententia à non suo iudice lata nõ tenet. extra de Iudi.c.at si clerici.C. si non à compe.iud. lat. l.fi.Tamen fallit in.v.casibus præmissis, quia per factum suum factus est de iurisdictione iudicantis.

Quos certe casus vel ob hanc saltem caussam scire refert, quia quandoq; magis expedit actori conuenire reum sub eo, de cuius iurisdictione factus est, q̃ sub ordinario.

¶*Pœnæ clericorum coram seculari Iudice respondentium.*

Prima.

Si caussa sit criminalis, etiam si pro reo lata sit sententia, beneficium perdet, quod si non habet, perdet ordinem & deponetur. xj. q.j.c.placuit.

Secunda.

Si vero ciuilis ſit, perdet id quod euicerit. i. rem, in qua ſententialiter abſolutus fuerit, extra de foro compet. c. ſi diligenti.

Pœnæ laicorum clericos ad ſeculares iudices trahentium.

Prima.

Perdit rem & cauſſam petitam per ſententiam, & à ſuo iure cadit. C. de Epiſ. & cle. l. ſtatuimus.

Secunda.

Debet excommunicari, niſi ſatisfacere velit. extra de fo. compe. c. ſi deligenti.

¶QVIS DICATVR IVDEX ORDIrius & competens alicuius.

Ordinarius ſiue competens alicuius eſt iudex, in cuius territorio vel diocœſi quis domicilium habet. ff. de iudic. l. hæres abſens. & xiij. q. ij. c. vbicunque. §. quia ergo. extra de foro competen. c. fina. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. l. fina.

Si vero habet duo domicilia ſub diuerſis iudicibus, ſubeſt vtriq;. ff. ad munici. l. eius qui manumiſit. §. ſi quis inſtructus.

Verum Roma communis patria eſt omnium. ff. ad municip. l. Roma. extra de foro cõpe. c. ſi.

Eſt & Papa iudex ordinari⁹ ſingulorum. ix. q. iij. c. cuncta &. c. per principales. extra de

elec.c.cum nobis olim. de priuile. c.antiqua. Vide Specu.

¶ *Aditio Iudicis ordinarij.*

Primò.

Actor per se vadat, si vult.

Secundò.

Vel per procuratorem legitimum.ff.de procur.l.j.xvij.q.iiij.c.vxor.

Tertiò.

Accedat hora congrua.s. de die, & non de nocte.extra de offi.deleg.c.consuluit.

Quartò.

Cùm sedeat Iudex pro tribunali.ij.q.vj.capit.biduum.§.adeundi.

Quintò.

Quando non est alijs negotijs occupatus, vtpote quando non comedit, quando non interest diuinis. Et eo loco quo consueuit ius reddere, seu pro tribunali sedere non via.iij.q.iij.c.induciæ.§.à iudice procedente. C.de dila. l. procedente iud.ff.quis ord. in bono. posses.l.vtile.§.in bonorum.

Sextò.

Libellũ offerat extra de libe.obl.cap.j. si habeat in prõptu.Nisi sit casus, in quo libell⁹ nõ sit necessarius, de quibus.inf.de libel.obla.

Septimò.

Petat aduersarium citari, seu vocari in ius, extra de iudi.c.j.vide Spec.

Octauò.

Factum suum ex quo ius oritur, per se vel aduocatum proponat, si est indoctus vel indiscretus. capit. pastorali. extra de iudic. C. de Episco. & cleri. l. iubemus. §. omnes præterea. &. ff. quis ordo in bono. posses. l. vtile. §. si præses.

¶ Aditio delegati.

Prima.

Vbicunq; eum inueniat actor, eum adeat, sine mora, quia is certum locum seu consistorium quandoq; non habet, & se præsentet cum debita reuerentia.

Deinde literas commissionis, id est rescriptum ei, in loco tamen honesto & hora congrua porrigat, secundum formam infra de rescripti apostolici exhibitione dandam, vt sic per repræsentationem iurisdictio iudicis perpetuetur. extra de appel. c. vt debitus.

Secunda.

Si plures sint delegati, singulos eorum adeat, & cuilibet literas commissionis præsentet & ostendat, petens vt simul personaliter vel saltem literis vel nuncio reum citent, vt extra de offi. delega. c. prudentiam. in princ. in authenti. de litigio. §. omnem. & mãdatum apostolicum.

Tertia.

Sine mora citari faciat, & citationem fieri, ne

ne ab aduersario præueniatur, vide Spec.lib. ij.parte.j.tit.de compet.iudic.aditio.

¶ *Aditionis effectus.*

Primus.

Purgat moram & contumaciam iam commissam, vt patet in condemnato propter cõtumaciam redeunte, iudice adhuc pro tribunali sedente. ff. de in integ.resti. l. diuus. ij.q. vj.c.biduum.in glo.audiatur.in fi.

Secundus.

Interrumpit præscriptionem. C.qui admitti ad bo.pos.l.fina.insti. de bo.pos.§. penul. extra de offi.ordi.c.pastoralis.in fi.de eo qui admit.in poss.c.j.& ij.

Tertius.

Aditio maioris iudicis excusat vocatum à minore. C.vbi acti.de crimi.agi oportet. authen.qua in prouincia.§.excipitur.xviij.dist. c.si quis Episcoporũ. ff.de iud.l.qui pupillũ.

Quartus.

Liberat à mulcta, quæ non venienti infligi poterat. ff.si quis in ius vocat. non ierit.l.ij. extra de offic.delega.c.consuluit.

Quintus.

Quod si dũ adit impeditur, ex hoc ei actio acquiritur. ff.de eo per quem fac.est quo minus.l.iij.

Sextus.

Facit querelam in hæredem transire quali-

tercunq; denuntiatione, vel protestatiõe secu ta.ff.de inoffic. testa. quemadmodum & pa pi.§.fi.

Septimus.

Facit aduersarium incidere in edictum, de alie iud.mut.caus.facta cum sit aditio à durio re aduersario, præsertim si libellus oblatus sit, etiam eo nondum citato.ff.de peti. hære di.l.item veniunt.§. petitam. ff. quod vi aut clam.l.prohibere.§.fi.

Nec requiritur quod lis sit contestata.ff. de alie.iud.mut.cau.facta.c.j.

Octauus.

Facit quem esse iudicem, qui non est.ff. de iurisdic. omnium iudi.l.si conuenerit. vi de Spec.

¶RESCRIPTI EXHIBITIO ET *impugnatio. Huius partis quatuor sunt membra.*

Primum.

Qualiter se actor habere debeat in rescripti exhibitione.

Secundum.

Qualiter iudex se habere debeat in recipi endo.

Tertium.

Qualiter notarius in notando se habebit.

Quartum.

Quomodo se reus habebit in excipiẽdo, & re scriptũ impugnãdo.

¶Acto

¶ Actoris officium in exhibitione.

Actor exhibiturus reſcriptum iudici delegato, aſſumat ſecum publicũ nota. vel duas perſonas idoneas, in eorum præſentia, ipſe actor & impetrator talis reſcripti, vel eius procurator reſcriptum præſentet iudici, officioſe cũ ſalutãdo, huiuſmodi vel ſimilibus verbis. DOMINE iudex, ſanctiſsi. pater noſter pontifex Roma. &c. vel inuictiſsimus noſter impera. Carolus tuam reuerentiam ſalutat, & huiuſmodi literas, & ſuam benedictionem, vel gratiam mittit, &c. Et ſupplico humiliter, quatenus ſecundum huiuſmodi reſcripti tenorem procedere digneris.

¶ Iudicis officium in recipiendo.

Primò.

Iudex reuerenter denudato capite ſuſcipiat diploma, quod bullam vocant.

Secundò.

Aperiat & reſignet, ſi clauſum fuerit, cautè: & filum cum bulla literis ex vna parte adhæreat. ſicut prius inhærebat vtriq;.

Nã ſi bulla ex toto à literis ſeparetur, nulla fides prorſus ei relinquitur. Argumen. extra de crimi. fal. c. licet. quam vide.

Tertiò.

Confeſtim legat totum tenorem, & bullam, & chartam & ſtilum, & filum diligenter

inſpiciat, quia iudicantem oportet omnia rimari, & eorum ordinem plena inquiſitione discutere. iij. q. v. c. iudicantem. extra de fide inſtr. c. cum Iohannes.

Quartò.

Si inuenerit falſum ipſum reſcriptum vel vitioſũ aliquod, modis infra dicendis, ipſum reijciat, nec ei fidem adhibeat. nona diſtinctio. capitu. ſi ad ſacras ſcripturas.

Quintò.

Si euidẽs & apertum falſum aliquid repererit, offerẽtem capi faciat extra de crimi. fal. c. ad audientiam. xix. diſtin. c. in memoriam.

Sextò.

Si ambigitur de falſitate vel de aliquo vitio, delegantem conſulat extra de reſcript. c. ſuper literas. prope fi. & cum contingit. & de offi. deleg. c. ſane. extra de crimi. fal. c. ſup. eo. vide latius Spe.

Septimò.

Si ſine vitio compererit, ipſum recipiat, & præcipiat notario, vel pars exhibens ipſum requirat, vt tam de præſentatione quàm receptione, publicum inſtrumentum conficiat. Vel etiam præſentatio & receptio & totus tenor ſcribatur inter acta, vt extra de probationi. capi. quoniam cõtra. Vide &. C. qui potio. in pigno. habeantur. l. ſcripturas.

¶ *Notarij officium in notando.*

¶ Primò.

Primò.

Sit cautus notarius, vt ipſe diligenter reſcriptum inſpiciat. Nam cum oporteat eum in ſuo inſtrumento aſſerere, ſe vidiſſe ipſum reſcriptum integrum, incorruptum, & poſt cõtrarium apparebit, eius inſtrumentum poterit, nec immerito, redargüi falſitatis: niſi vitiũ probetur poſtea ſubſequutum.

Secundò.

Caueat etiam ne falſum aſſerat, extra de fide inſtr. c. inter. Et ibi glo. multa falſitatis indicia explicat.

Tertiò.

Cõſultum eſt notario, vt duplex inſtrumẽtum faciat, quorum alterum ipſe retineat, alterum det parti, in euentum quo ſi vnum perderetur probaretur per alterum reſeruatum. extra de priuile. c. cum olim.

Et ibi gloſ. multa alia iudicia ponit, p quæ probatur inſtrumenti perditio.

Formam inſtrumenti ſuper præmiſsis. vide apud Spec. l. ij. par. j. de reſcrip. pręſentia.

¶ Officium rei in excipiendo.

Reus habita reſcripti copia, quæ fieri debet cum data, cum ſit commune. arg. extra de dila. præterea. & de reſcri. c. eam te. vbi de hoc ſtudeat reſcriptũ ipſum modis quibus poterit impugnare. Poteſt autem impugnare multipliciter.

¶ Reus

¶ Reus impugnat instrumentum sex modis, nempe ratione.

Falsi.
Formæ.
Impetrantis.
Eius ad quem impetratur.
Defectus seu taciturnitatis.
Caussæ & alijs modis.

¶ Quomodo rescriptum impugnetur ratione falsi.

Primò.

Quod est falsa bulla vel charta vel filum: quod dic vt extra de crimi. fal.c.licet.&.c.ad falsariorum.& de fide instru. c.inter. & in.c. sup.alleg.

Ponuntur tamen & alij nouem modi falsitatis rescriptorum apostolicorum, quos ibi vide.& addit Specula. decimum, quem apud eum vide.

Secundò.

Quod est cancellatum vel rasum in loco suspecto.d.c.licet.§. quinto. extra de priuile.c. cum deputa. in data.vel in annis domini. vt extra de religio.domi.c.cum venerabilis.

Secus in facti narratione, extra de fide instr. c.si.ff. de bono. posses. secundum tabu.l.j.§. rosæ.

Tertiò.

Quod literæ in syllabis, & syllabæ in dictionibus, & dictiones in linea magis distinctæ sunt

ſunt in vno loco.q̃ in alio, vel quod labes ſiue macula in charta.d.c.inter.§. ſed contra priuilegium.circa fi.

Defectus tamen ſyllabæ non videtur obeſſe.ff.de manu.teſta.l.qui habebit.vel etiam literæ extra de fide inſtr.c.ex parte,

Quartò.

Quod bulla cerea vel plumbea eſt diſſoluta, vel deſtructos habeat characteres.C. de edic.diui.Adr.tol. l.fin.de teſta.l.pe.ii.ad leg. cor.de fal.l.pau.

Quintò.

Quod litera non eſt vniformis, ſed diuerſis manibus ſcriptum reſcriptum.d.c.inter.§. inſtru. quoq;.&.d. c. cum olim. de priui. vide Spec.latius de quo debeant eſſe literæ, vel cuius formæ, & quomodo charta.

Sextò.

Quod eſt obtẽtum per falſi ſuggeſtionem, vel verbi ſuppreſsionem.extra de reſcript.ca. ſuper literis.&.c.ex parte.

Septimò.

Quod non eſt ſubſcriptio principis. C. de diuer.reſcrip.l. ſacri afflatus.in authen. vt diui.Iuſti.col.ix.

Sed hodie rarior eſt hic modus. Raro enim vel Papa vel imperator ſubſcribit. ſed per alios.

Octauò.

Quod

Quod eſt charta vetus & litera recens. d. c. inter.§.contra priuilegium.

Quod non fuit ſigillum appoſitú, de quo dicemus infra de inſtru.edi. vide Spec.

¶Quomodo impugnatur reſcriptum ratione formæ.

Primò.

Quòd non eſt ſecundum formam & ſtylú curiæ, quia non eſt forma & modus dictaminis ſecundum Curiam ſeruatus, vtpote ſi Papa vocet Epiſcopos, vel ſupremos, dilectos filios: vel ſi vocet reges vel principes, vel quoſcunque clericos, Epiſcopos fratres, vel ſi ſe ponat in ſingulari numero, vel ſi ſcribat vni, quicunque ille ſit in plurali, vt extra de crimi.fal.capi.quàm graui.

Secundò.

Quod alium ſibi præponit in ſcribendo, quod non ſeruatum eſt in.l.inter claras. C. de ſumma Trinitate & fide catholica.

Sed vide hic fuſius Specula. & apud eum, modum & ſtylum ſcribendi.

Tertiò.

Quod generale ſit reſcriptum, cui derogat per ſpeciale, extra de reſcrip.c.j.&.ca. poſtularis.

Quartò.

Quod locus non eſt ſcriptus & ſpecificatus in reſcripto, vbi ſcilicet datum ſit.C. de contrahenda ſtipulatione. l. optimam.

Quin-

Quintò.

Quod non eſt indictio, neque data, neque anni domini, extra de ſide inſtru. c. inter dilectos. ſed cõtra priuilegium, extra de reſcrip. c. cum te. authen. vt no. Impe. præpo. colla. v.

Sextò.

Quod falſa latinitas eſt in reſcripto, extra de reſcrip. ca. ad audientiam.

Septimò.

Quod duæ commiſsiones in eadem cauſſa, ſub eadem forma, & eadem die ad diuerſos iudices, vel ſub diuerſis formis ad eoſdẽ ſunt obtentæ.

Vnde extra de reſcrip. c. ex tenore. &. c. fi. de offi. delega. c. ij. extra de fide inſtru. c. imputari.

Niſi fortè fiat ad cautelam arg. ff. de bono. poſ. ſecundũ tabulas. l. j. §. ſi quis in duobus.

Octauò.

Quod in primis literis dictum ſit ne valeãt ſecundæ, niſi totam rei ſeriem contineant: quare non valent ſecundę, ſi hoc non contineant. ff. de leg. iij. l. ſi quis. in prin. extra de reſcrip. c. ſecundo.

Nonò.

Quod continet diſpenſationes contra Canones. xxv. q. j. c. contra ſtatuta. extra de conſan. & aff. c. quia circa.

Deci-

Decimò.

Quod non precesserant monitoriæ, de quibus sit mentio in exequutorijs, extra de rescrip. ca. ex insinuatione.

Vndecimò.

Quod rescriptum repugnantiam continet. ff. de regu. iu. l. vbi repugnantia. extra de appel. c. Sollicitudinem. in fine.

Duodecimò.

Quod vbi debet esse sine Canonico terminetur, ponitur sine debito.

Nam si clausula est spiritualis, & maximè matrimonialis, consueuit clausula illa apponi, sine canonico, vt extra de offic. deleg. c. caussam matrimonij. in fine. vt lite non contest. c. accedens. ij. in fi. extra de restitutione spolia. c. ex conquestione.

Si verò sit Ciuilis vel etiam Criminalis, cósueuit apponi, sine debito.

Reperitur tamen sæpe in spiritualibus, sine debito &c. vt extra de offi. deleg. c. cum caussam. in princ. de rescrip. c. caussam quæ. & etiam in matrimo. extra de test. c. ex tenore. in prin.

Decimotertiò.

Quod non sunt annotationes quæstoris. in authen. vt diui. Ius. colla. viij.

Decimoquartò.

Quod

Quod in reſcripto Apoſtolico inſerta eſt illa clauſula, ea quæ de bonis illius Eccleſiæ alienata noueris, ſtudeas ad ius & proprietatem illius reuocare, vt extra de rebus Eccle. alie. vel non alie. c. Epiſcopi. in fin. extra de elect. c. noſti. Et is cui ſcribitur, vult per modũ inquiſitionis procedere: quod fieri non debet nec poteſt, ſed ſolùm per formam iudicij.

Et poteſt talis cognoſcere non ſolùm de proprietate, ſed etiam de poſſeſsione. Nam id quod inuaſum eſt, alienatum dicitur. Vide Speculatorem.

Decimoquintò.

Quod in reſcripto continetur clauſula illa, vocatis, qui ſunt vocandi ſuper propoſitis & alijs veritatem inquiras: & ipſe vult vt inquiſitor, non vt iudex procedere, vt extra de iudi. c. exhibita.

Decimoſextò.

Quod quæſtio eſt ciuilis, & in reſcripto dicitur cauſſam quam talis. Nam criminalis dicitur propriè cauſſa. Ciuilis vel pecuniaria dicitur lis. C. de tranſa. l. cauſſas. ff. de verborum obliga. l. litis nomen. ff. de teſta. l. j.

Sed hoc non ſeruatur. vide Spe.

Decimoſeptimò.

Quod impetratum eſt reſcriptum tacita veritate

ritate vel ſuggeſta falſitate, quę exceptio eſt admodum generalis, vide Spec.

¶ Quomodo impugnatur reſcriptum ratione impetrantis.

Primò.

Quod reſcriptum eſt impetratum ſine ſpeciali mandato domini, niſi impetrãs ſit talis, à quo non ſit exigendum de iure mãdatum, vt extra de reſcrip. c. nonnulli. c. ex parte. ff. de mino. l. illud. ff. de procu. l. ſed ſi perſonæ. ff. iudi. ſolui. l. ij.

Secundò.

Quod Impetator eſt hęreticus. ff. de ſumma Trini. & fi. catho. l. ij.

Tertiò.

Quod eſt ſeruus. C. de pre. impe. offe. l. j. C. qui admit. ad bono. poſ. l. bonorum.

Pro alio tamẽ ſeruus indiſtinctè impetrat. C. de preci. impe. off. l. vniuerſis.

Quartò.

Quod eſt monachus vel canonicus regularis, qui non poteſt impetrare ſine conſenſu abbatis. xvj. quæſtio. j. c. monachi. extra de poſtu. c. ex parte. C. de preci. impe. offe. l. vniuerſis.

Quintò.

Quod impetrator ſe clericum dixit, cũ non eſſet, licet poſtea fuerit initiatus ſacris, extra de tranſactio. cap̃. ex literis.

Sextò.

Sextò.

Quod ſuppreſsit nomen ſuæ dignitatis extrà de reſcrip.c.ad aures.vide Spe.

Septimò.

Quod impetrans obijt priuſquam citatio ſequeretur.ff.quæ ſen.ſine appel. reſcin.l.fi. extra de offic.delega.c.cum olim.

Vel etiam cuius nomine impetratũ eſt,mortuus erat tempore impetratiõis.ff.de reg.iur. l.neratius.

Octauò.

Quod dixit ſe pauperem, cum eſſet diues extra de offi. delega. c. ſignificauit. extra de reſcrip.c.ad aures.de foro compe.c.ex parte. &.c.ex tenore.

Nonò.

Quod nimis pręuenit terminum legis,vt aduerſarium ſupplantaret,extra de appel.c. oblatæ.§.licet igitur.

Decimò.

Quod impetrans præbendam eſt puer, extra de præben.c.ſuper inordinata.

Vndecimò.

Quod impetrans dignitatem vel beneficiũ cum cura,eſt minor.xxv.annis,vel patitur defectum in minoribus,ſcientia,vel ætate, extra de qualitate vel ęta.c.ex tenore.& de elec. c.dudum.

Duodecimò.

Quod impetrans beneficiũ nõ poteſt facere ſeruitutem extra de cle.reſid.c.quia nonnul li.&.c.conquerente.extra de præben.c.ſuper inordinata.

Decimotertiò.

Quod eſt vxoratus extra de cle.coniug.c. relatum.

Decimoquartò.

Quod facultates eccleſiæ, in qua ſcribitur, nõ ſufficiunt,extra de iuſti.c.j.&.c.authorita te.& de vita & hone.cleri.c.quoniam.

Decimoquintò.

Quod non eſt clericus. Vide hic Specu.

Decimoſextò.

Quod impetrans fuit excommunicatus, vt extra de proba.c.poſſeſsionem. extra de re ſcri.c. dilectis.de æta.& qualitate.c.cũ bonæ.

Vel ab excommunicato conſtitutus, vt ex tra de procu.c.cauſſæ.niſi impetret ſuper ex communicatione. Vide Specu.

Decimoſeptimò

Quod non vult reſidere,extra de clericis nõ reſiden.c.relatum.

¶ Ratione eius ad quẽ impetratur,id eſt ratione iudicii.

Primò.

Quod eſt talis,qui non poſsit eſſe iudex, q̃ autem poſsit eſſe iudex vide Spec.

Secundò.

Quod eſt obtẽtum reſcriptum ad iudicem vltra

vltra duas dietas à diocœsi, in qua reus moratur, vel in qua res est sita, distantem, extra de rescri. c. nonnulli. de excep. c. olim. Sed vide tu loco capituli olim. c. statutum. de rescrip. lib. vj. quod clarè hanc materiam discutit.

Tertiò.

Quod obtentum ad iudicem extra prouinciam morãtem infra duas dietas, quod dic vt notatur. iij, quæst. vj. c. neminem.

Quartò.

Quod iudex de nouo est excommunicat⁹, & sic rescriptum perditur ad temp⁹, extra de offi. delega. c. prudentiam. §. septimo. de except. vj. libr. v. c. pia extra de offi. delega. c. insinuante.

Quintò.

Quod caussa remittitur ad eũ, à quo noscitur appellatum. extra de appel. c. adhęc si vna.

Sextò.

Qud Episcopus vel Archidiacon⁹ extra suã diocœsim vel extra prouinciã existens caussam delegauit: nõ valent tales literę secundũ quosdã. argumen. ff. de offi. pręsi. li. iij. ff. de iurisdi. omniũ iudicũ. l. fina. extra de offi. deleg. c. excommunicatum. & c. fin. lib. vj.

¶ *Ratione eius contra quem impetratur.*

Primò.

Quod est impetratum contra pręcessorem mortuũ, nec per illud fuit citatus, quare per

eum non debet ſucceſſor conueniri, extra de reſcri. ſignificauit. de offi. delega. c. gratũ. vi de latius Specula. hæc diſtinguentem.

Secundò.

Quod eſt obtentum contra priuilegiatum, nec facit de priuilegio mentionem extra de reſcriptis. c. cum ordin.

Tertiò.

Quod is, contra quem impetratum eſt, non erat in rebus humanis. ff. quæ ſenten. ſine appella. reſcin. li. ij. extra de reſcrip. c. fina.

Niſi forte ſit tale illud, ſuper quo impetratur, quod hæres poſsit hæreditario iure conueniri. C. de contrahen. & committen. ſtipu. l. veteris. ff. de fideicommiſ. lib. I. cum quaſi in prin. authen. de iureiurand. à moriẽte praſti. colla. v.

Quartò.

Quod mater, cõtra quã impetratur nomine filiorum, quorum tutelam geſsit, ad ſecũda vota trãſiuit, extra de appel. c. ex parte.

Quintò.

Quod vbi impetratur contra Abbatem, nõ fit mentio de conuentu, cum tamen ſint bona communia extra de reſcrip. c. edoceri.

¶ *Ratione defectus ſeu taciturnitatis.*

Primò.

Quod ſecundum de primo non fecit mentionem, extra de reſcrip. capitu. cæterum, & de

de offic.delega.capi.ij.ff.de lega.iij.l.ſi quis, in princi.C.de teſtamen.authen.hoc iure.

Valet tamen tunc ipſo iure,niſi fuerit exceptum,vt ibi probatur.Vide Spec.

Secundo.

Quod non eſt in reſcripto clauſula illa: Si preces veritate nituntur.C.de diuerſis reſcriptis. & prag.ſanct.l.vniuerſa-

Sed ſecundum Canones ſemper intelligitur,licet non apponatur, extra de reſcrip.c. ij.nihilominus tamen quaſi æquipollens apponitur,ſed ſi eſt ita,vel ſimile.

Tertiò.

Quod non facit mentionem de appellatione à ſe interpoſita.extra de confirma. vti. vel inuti.c. bonæ.extra de reſcrip.c.ex parte.

Quartò.

Quod licet dicatur in ſecundis nuptijs,nullis literis veritati vel iuſtitiæ iudicantibus:nõ tamen valent, niſi expreſſam mentionem faciant de confirmatione præcedenti dic.c.bene verum.

Quintò.

Quod facit mentionem in genere non in ſpecie, de poſſeſsionibus vel eccleſijs , ſuper quibus ſunt obtentæ.extra de dolo & contumacia.cap ex literis.§.verum quoniam.

Sextò.

Quod literæ abſolutionis ſunt generales,

nec faciũt mentionẽ de articulo, pro quo fuit quis excommunicatus: vel vnã caussam quis expressit, aliã tacuit, extra de sentẽ. excõmu. c. cum pro caussa. &. c. off. extra de offic. ordinarij. c. ex parte. quia tunc absolutiones necessariæ sunt, q͞d excõmunicatiões. ff. de noui ope. nun. l. de pupil. §. si plu. ij. q. iij. c. si quem pœnituerit. ibi, si plura crimina.

Septimò.

Quod in literis, in quibus continetur absolutio, non fit mentio de idonea cautiõe de parẽdo mandato ecclesię præstanda. extra de sequest. pos. c. in fi. de sen. excõmu. c. ad hoc.

Octauò.

Quod articulus, super quo reus cõuenitur, vel persona quæ debet conueniri, nõ exprimitur in literis, vnde nõ dãt iurisdictionẽ, extra de offi. iudi. delega. c. cum olim. &. c. P. & G.

Nonò.

Quod tacuit negotij processum supra eadẽ re iud. ca. inter monasterium. ff. de iud. l. ij. C. quomodo & quando. in authen. qui semel.

Decimò.

Quod tacuit seriem facti. extra de cohabita. cleri. & muli. c. super eo. in fin. extra de rescriptis. c. dilectus filius abbas.

Vndecimò.

Quod tacuit transactionem & compositionem. extra de deci. c. ex multiplici.

Duo-

Duodecimò.

Quod tacuit iuramentum ſeu numerum canonicorum.extra de reſcrip.c.conſtit.de pręben.c.pro illorum.de appel.c.dilecto.

Decimotertiò.

Quod tacuit diſpenſationem . extra de fil. presbyt.cap.ex tua.

Decimoquartò.

Quod tacuit exceptionem propoſitã extra de procu.c.in noſtra.§.nos vero.

Decimoquintò.

Quod tacuit priuilegium. extra de reſcrip. c.veniens.extra de priuil.c.ex parte.

Decimoſextò.

Quod tacuit confirmationẽ.extra de cõſti. c.ex parte.de prębẽ.c.dilecti.prope finem.

Decimoſeptimò.

Quod tacuit ſtatutũ vel indulgentiã.extra de conſtit.ca.ex literis.de cle.non reſi. c. penul.

Decimooctauò.

Quod tacuit beneficiũ & impetrauit ſuper alio habendo,ſiuę ſuum eſſet ſufficiens, vt extra de reſcrip.c.cum adeo.ſiue non tot.ti c.ſi proponente.Vide Specu.

Decimononò.

Quod tacuit patrem ſuum in eadem eccleſia miniſtraſſe,extra de reſcriptis.c.inter cęteros.de filijs presby.c.ſecundo.

Viceſimò.

Quod tacuit terminum præfixum ab homine ad prosequendum appellationem statutum. extra de appella. c. sæpe. §. fi. de renuntia. c. veniens.

Vicesimoprimò.

Quod tacuit ordinem siue religionem eius, cõtra quem impetrat. extra de rescrip. c. cum ordinem.

Vicesimosecundò.

Quod tacuit defectum natalium. extra de fil. pres. per totum. & .lvj. dist. per totum.

Vicesimotertiò.

Quod tacuit fuisse à Capitulo dignitatẽ reuocatã. extra de constitu. c. cum accesserit.

Vicesimoquartò.

Quod tacuit præbendam non vacare de facto, extra de concessione prębendæ. cap. cum nostris. & cap. literas. §. final.

Vicesimoquintò.

Quod tacuit alium de mandato Papæ fuisse receptum. extra de rescrip. c. mandatum. & duobus sequen.

Vicesimosextò.

Quod tacuit vel expressit tale, quo expresso vel tacito literas non obtinuisset. extra de rescriptis. c. super literas. & cap. ex parte. C. si contra ius vel vtilita. publi. l. præscriptione.

Et est talis impetrans falsarius. ff. de falsa. l. si quis obrepserit.

Vigesi

Vigeſimoſeptimo.

Quod non fit mentio in poſteriore, quod primum de conſenſu partium fuerit impetratum, licet dicatur in eo non obſtantibus prioribus literis. extra de reſcriptis. c. cæterum. in fine.

Vigeſimooctauò.

Quod tacuit in ſecundis articulum in primis principaliter delegatũ. extra de reſcrip. c. cum dilecto.

Vigeſimononò.

Quod tacuit ius Epiſcopale. extra de decimis. c. dudum. & de officio deleg. c. ſuper eo.

Triceſimò.

Quod reſcriptum eſt nimis generale, vel nimis eneruat ordinariam iuriſdictiõem, extra de reſcrip. c. ad hæc de foro competen. c. ex tenore. & c. ex parte. Vide Specu.

Triceſimoprimò.

Quod impetrator tacuit ſententiam fuiſſe latam, extra de fide inſtr. c. inter. §. inſtrumentum verſiculo, in omnibus. extra de donatio. inter virum & vxorem. c. per veſtras. C. de viro aduoc. l. fin. C. de ſenten. reſcin nõ poſſe.

Triceſimoſecundò.

Quod tacuit, quod ipſe alibi foret recept⁹, extra de reſcrip. c. in noſtra. & quod alias literas vendidiſſet. vt eo. tit. c. ad audientiam.

Triceſimotertiò.

Quod impetratæ ſunt literę ante terminum appellationi præfixum. Vide Speculat. lib.ij. par.j.titulo de reſcrip.præſen.

¶Quomodo reſcriptum impugnetur ratione cauſſæ.

Primò.

Quod in eo reſcripto prioratus alicui monacho confirmetur, vt extra de cõfir. vtili vel inuti.c.porrecta.& ſequen.quæ vide.

Secundò.

Quod ſup re litigioſa vel lite pendente hoc tacitè eſt obtentum, extra de cõfirma. vti.vel inuti.c.j.c.cum dilecta.de dolo & contu.c.ex literis.C.vt lite pendente.per totum.extra vt lite penden.c.fi.vide hæc iura.

Tertiò.

Quod reſcriptum eſt obtentum ſuper re cũ cauſſæ cognitione confirmata, licet non ſit litigioſa, quare non valet niſi de confirmatione faciat mentionem.extra de confirma. vti. vel inuti.c.j.&.c.bonæ.

Quartò.

Quod in reſcripto minores & viliores pſonæ, & minora negotia exprimũtur, vnde propter generalem clauſulam (quidã alij) non poteſt ad maiores perſonas, vel maiora & grauiora negotia, vel ad effrenatam multitudinem trahi, nec etiã ad pares perſonas vel magnas extra de reſcrip.c.ſedes. Vide Spe.

Quintò.

Quod

Quod est obtentum super rebus ad secula-re forum spectantibus, extra de foro compe. c.licet.&.c.ex tenore.ex transmis.&.c. ex parte reginæ.

Sextò.

Quod negotio legitimè finito est obtētum. extra de resti.spolia.c.audita.

Septimò.

Quod in eo rescripto decimæ laico confirmantur, quare non valet.xvj.quęstio.iij.capitu.placuit.§.potest.&.§. quas actiones. versu sic & prædia.

Octauò.

Quod facit tm̄ de proprietate mentionem, vnde non valet super possessorio vel contra, extra de sequestra.posses.c.j.C. si non à com. iud.l.j.&.l.si de proprietate. Vide Spec.

Nonò.

Quod ad diuersos iudices sup diuersis actionibus personalibus est obtentum, extra de rescrip.c.fi.&.c.dispendia. Vide Specul.

Decimò.

Quod ad quosdam iudices impetratum est super petitorio, & ad quosdam super possessorio. Non em̄ valent talia rescripta. argumē. extra de rescriptis.capi.ex tenore.& extra de caussis proprieta.& possesio.capi.primo.

Vndecimò.

Quod diuidit caussæ continentiam : extra de se-

de sequestra.possesion. capitulo primo. C. de iudic.lege nulli.quam vide.

Duodecimò.

Quod est contra ius diuinum,extra de consue.c.fi.vel positiuum. Vide Specu.

Decimotertiò.

Quod est ad futuras caussas obtentum, extra de rescrip.capi.fina.

Decimoquartò.

Quod impetrator id,quod notorium erat, asseruit, & enarrauit occultum, vt absolueretur pręstita cautione.extra de appel. c. consuluit. & pręcedenti.

Decimoquintò.

Quod non est prosecutus appellationem, intra tempora debita, extra de appellatio. c. personas.& cap.cùm sit Romana.

Decimosextò.

Quod is, à quo obtentum est, re integra obijt,extra de offic.delega.capitu.licet.c.gratum. c. relatum. ff. de iudi. l. mortuo. Vel is cõtra quem impetratũ est. vide Speculatoré.

Decimoseptimò.

Quod sublatum est,nam alter delegatus vel etiam ordinarius prius citauit,extra de appel. c.vt debitus.extra de foro compe.c. penul.

Decimoctauò.

Quod generali derogatũ est per speciale, extra de rescrip.c.j.&.c.pastoralis.

Deci-

Decimononò.

Quod duo reſcripta ſibi inuicem cõtraria ſunt impetrata, extra de fide inſtru.c.imputari.de offi.deleg.c.ij.

Vigeſimò.

Quod idem contra eum ad diuerſos iudices impetratur. extra de reſcrip. c. ex tenore.

Vigeſimoprimò.

Quod non poteſt fieri quod præcipitur, extra de reſcrip.capi.ſi quando.

Vigeſimoſecundò.

Quod ſecundum reſcriptum eſt impetratum, ex quo ſciuit primũ contra ſe fuiſſe impetratum. de ap.c.ſuggeſtum.

Vigeſimotertiò.

Quod imminet ſcandalum, ſi impetrans beneficium obtineret, extra de pręben. c. cùm tenemur.

Vigeſimoquartò.

Quod pręcepit aliquid fieri parte abſente non per contumaciam.C.vnde vi.l.meminerint.C.ſi per vim, vel alio.l.fi.de cauſſis proprie.& poſ.c. j.

Vigeſimoquintò.

Quod obtentum eſt ab Imperatore nondum coronato, vel infulato.C. de quadrien. pręſcrip.l. fi.in fi.vide latius Speculatorem.

¶DE

¶DE CITATIONE, IN CVIVS explanatione hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

De triplici citatione.
De officio iudicis, citantis, nuncij, exequentis & citati.
De temporum interstitijs inter vnam citationem & aliam.
De peremptorio mittendo.
De proprietatibus peremptorij.
De die, hora, & loco citationis.
De exceptione contra citationem.

¶Citatio quid, & quotuplex.

Citatio est vocatio iuridica ad iudicis cõspectum. Estq; fundamentum & principium ordinis iudiciarij, insti. de pen. teme. litig. §. vltimo.

Et est triplex, scilicet prima, quæ fit viua voce, secunda literalis, tertia violenta.

Prima.

Fit viua voce per iudicem, vt quando iudex ore proprio citat, & valet arctatq; citatio talis, si legitimè fiat. C. quomodo & quãdo iudex. l. cessante. Nam asignando partibus terminum ad comparendum vel procedendum citare intelligitur.

Vel fit per notarium siue tabellionẽ: argu. xxiij. q. v. c. circuncelliones ibi sed illorũ notarijs. xij. Sicut plerunq; faciunt auditores pa-

latij

latij papæ. Nam si potest iudex citare per nuncium vel preconem, vt iamiam dicemus, multò magis per notarium.

Vel per partem, vt sępe faciũt iudices actori vel reo, dicentes: Dic aduersario tuo, vt compareat tali hora, & similiter tu compareas eadem hora. Sed hoc potius retorquetur ad factum quàm ad ius. non enim tenetur credere suo aduersario.

Vel per edicta, vt minores ordinarij & delegati à principe, in minoribus causis citãt per edicta. quod non est in vsu. vide Specul.

Vel per nuncium, vt extra de offi. c. prudentiã. respõ. j. extra de appella. c. cum parati. ff. de rebus eorum, qui sub tuto. vel curat. sunt. l. magis. §. illud. versu nec tamen.

Secunda.

Literalis scilicet, cùm quis à iudice literaliter citatur responsurus: & per hanc maximè apparet, & clarè demonstrat, quòd perpetua sit iurisdictio, si hoc negaretur vel reuocaretur in dubium.

Et regulariter cuiuslibet iudicis, siue ordinarij, siue delegati, siue auditorum literalis citatio continere debet, quis citat & eius nomẽ & cognomen, quem & super quo, vbi & ad quem diem, & ad cuius instantiam citat, & quod

quod per ſe vel per legitimũ procuratorem & idoneum,atq; ad cauſsam ſufficienter inſtru ctum compareat.vide Spec.

Tertia.

Violentia dicitur, vt cum quis in perſona propria ad iudicium inuitè ducitur. De qua vi de Ioan. Andr. in capitu. Romana. §. contrahe mus. extra de foro competenti. lib. vj.

Et dicitur hæc etiam realis.

¶ De officio iudicis citantis.

Primò.

Decernat & nuntio ſeu præconi iniungat, vt talem N. Reum ex parte & mandato ſuo ci tet & ad inſtantiam talis vel talis, vt ſupra & præcipiat vt tali die, hora tali, in tali loco com pareat, tali N. reſponſurus.

Secundò.

Comminetur, & hoc quando peremptoriè citat, quod ſi venire cotempſerit, ipſe nihilo minus procedit, quantum de iure potuerit & debebit, & hoc incontinẽti in actis ſcribatur.

Tertiò.

Si neceſſe fuerit, faciat iudex de hac fieri publicum inſtrumentum.

Et debet citatio fieri tribus edictis, vel ex cauſsa vno peremptorio, quod tantum tem poris debet continere quantum tria, niſi vr geat neceſsitas. extra de dila. c. j. Vide & ibi bo nam gloſſam, & tale peremptorium vim ha bet tri-

bet trinæ citationis. C. quomodo & quando iudex. l. tres denunciationes.

Et dicitur peremptoriũ, quod caufsam vel difcepta. perimat, vel extinguat. xxiiij. quæftiõe. iij. c. de illicita. Vide & ibi bonã glofsã.

¶Tres conditiones citationis.

Prima.

Nifi quis peremptoriè citetur, non fit cõtumax, & hoc ante litis ingreffum, fed poft quilibet terminus intelligitur peremptorius, vbi fi quis contumax efficitur poteft contra procedi fine vlterioribus citatiõibus.

Secunda.

Si prima citatione conftare poteft de contumacia, non eft vltra citandus.

Tertia.

Ad fententiam ferendam, vt illam audiant, partes citandæ funt femper.

¶Officium nuntij exequentis.

NVNTIVS citat aut perfonam, aut vniuerfitatem.

PERSONAM aut præfentem aut abfentẽ.

PRAESENTEM, & fic femper quis citandus eft, fi inueniatur. iiij quæftione. v. capit. quifquis.

ABSENTEM loco tuto, loco non tuto.

LOCO TVTO, Si non inueniat proteftetur de diligentia inquifitionis, vel eius procura. fi quem inftituit, ad domum eius re-

quiratur, vel in ecclesia parochiali.

Loco non tuto In loco propinquiore tuto. Vel per publicum edictum.

Vniversitatem Simul congregatam si haberi simul possit, Aut singulos, non vt in singulos, sed vt vniuersitatem vel capitulum efficiunt. c. bonæ extra de elec. quandoquidé aliter citatio facta non valeret.

Est nanq; factum capituli non singulorum factum. Vide fusissimè hac in re Spec. lib. ij. par. prima. tit. de citatione.

¶Officium citati seu uocati.

Reus citatus petat copiam tam de citatione quàm literis citatorijs, quæ fieri debent originalibus remanentibus penes exequutoré seu nuntium. extra de proba. c. quoniam contra. &. c. fi.

¶De temporum interstitijs inter unam citationem & aliam.

Generalis ecclesiæ & caussarum consuetudo in criminalibus & ciuilibus caussis temporum interstitia, quæ Spec. libro secundo. parte. j. tit. de citatione, describit, non seruat.

Et bene. Nam omnes induciæ à iure statutæ arbitrariȩ sunt, non quod iudex possit eas penitus derogare, sed consyderatis locorum distantijs & personarum, temporum, viarum & negotij qualitatib⁹ potest eas, cũ expedire

dire viderit, moderari vel prorogare.

Et probatur extra de re iudica.c. quod ad consultationem extra de appell.ca. personas. &.c.cum sit Romana.&.c.oblatæ.ff. de iud.l. nonnunquam.ff. de re iudi.l.secunda.

Et nisi iustè moderetur, poterit appellari.

Et possunt quidem omnes termini in litera vnica poni. vt hic infra latius.

¶De peremptorio mittendo.

Peremptorium dicitur, quod caussam seu disceptationem, vt supra diximus, extinguat.

Et quilibet Iudex ordinarius delegatus & subdelegat⁹ potest peremptoriè citare. extra de re iud.c.cũ Bertoldus. de offi.deleg.c. consuluit.&.c.ex literis. Vide Specu.

¶De proprietatibus peremptorij.

Prima.

Peremptorium mitti non debet in prima citatione vel præmaturè. C.quomodo & quando.l. tres. &. l. consentaneum. & authen. qui semel.

Nisi ex caussa necessaria, tunc fit, vt.ff. de re iud.l.contumacia. puta propter distantiã viarum, vel si res celeritatem desideret. ff. de re iud.l.ij.ff.de iu.l. nõnunquã extra de in integ. rest.c. cum ex literis. in fi. de dol. & contu.c. cum dilecti. in prin.&.c.fi.&.c.cum olim.

Secunda.

Peremptorium poteſt bis mitti ter, aut quater ad malitiam conuincẽdam, vel de gratia, ſi iudici expedire videtur.

Non tamen cogitur, extra de dolo & cont.c. prout. &.c.cum olim.ff.de iudi.l. ij. extra de offi.deleg.c.conſuluit.

Fit ergo peremptoriũ tribus edict. vel vno pro omnibus peremptorio. C. quomodo & quando iudex.l.tres denuntiationes.& contumax eſt niſi veniat.

Sufficit ergo alterum, vel trina citatio, vel vnum peremptorium.

Et vbi quis contumax eſt, poteſt contra eũ ſine vlteriore citatione procedi. Vide latius Speculato.

Tertia.

Si conſtare poteſt in prima Citatione, citatum non velle venire, non eſt vlterius citandus.ff.de re iudi.l. contumacia. extra de offi. deleg.c.conſuluit.

Quarta.

Licet in die peremptorij Iudex poſsit, ſi velit, procedere ad id, ſuper quo abſens citatus eſt, nulla alia citatione vel expectatiõe facta, tamen æquitate ſuadente, debet in diem alterum expectare, & iterum citare ſi eius iuriſdictio durat.

Quæ

Quæ æquitas ſeruatur extra de dolo & contu.c.cum dilect.verſi.expectan. Vide Spec.

Quinta.

Iudex debet cum peremptoriè citat, comminari quod ſi non comparuerit is, qui citatur, procedet in cauſsa quantum de iure poterit, vt. ſup. obiter notauimus.

Et hæc comminatio non eſt ſubſtantia citationis. ff. de iudi. l. in peremptorio, extra de in integ. reſti. c. cum ex literis. Sed ſecundum quoſdam lex illa in peremptorio expreſſe habet huiuſmodi comminationem.

Vide hic latius Specula. quantum ſpatium peremptorium debeat continere.

¶ Annotatiuncula.

Et nota quod licet pars ſit tertiò citanda, ſcilicet primo & ſecundo, ſiue duobus edictis per interualla dierum, & poſtea peruenitur ad peremptorium, niſi vno peremptorio trina illa citatio expediatur, tamen ſi non venit in prima citatione, punietur in ſumptibus litis, & etiam ſi venerit in ſecunda vel in tertia, Vide Specula.

¶ Tres ſpecies citationis.

Prima.

Vocatur conuentionalis, quia in eadem dicitur: Venias tali die coram tali vel tali.

Secunda.

Dicitur monitoria, quod iudex ſecun-

do monet, vt veniat ad iudicem.

Tertia.

Peremptoria, quia dicit quod nisi venerit, procedet condemnando, vel absoluendo.

¶ De die citationis.

Dies citationis ad quem quis citatur, vtpote dicimus vigesimus computatur à die receptionis vel insinuatiōis exclusiuè, id est, dies executionis vel insinuationis non computatur in numerum.

¶ De hora Citationis.

Hora autem exprimitur aut certa, aut incerta. Si certa, tunc expectandum est post finem horę. Si incerta, expectandū erit vsq; ad noctē & tenebras: potest tn̄ expectari de gratia iudicis in alterum diem, vt & supra diximus.

¶ De loco citationis.

Siquidem est delegatus iudex, debet specificare certum locum. Non autem ordinarius qui semper habet certum locum, scilicet consistorium iurisdictionis suę.

¶ Annotatiuncula.

Præterea hic aduerte, quod citatoriæ literæ delegati, debent continere de verbo ad verbū tenorem Commissionis, vt reus qui citatur sciat, quis & qua autoritate citet.

¶ Alia annotatio.

Et hoc quoq; nota, quod ipsemet iudex, qui reum citat ad caussam, cognoscere debet, an

sua

ſua ſit iuriſdictio. ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena. extra de reſcrip. c. ſuper literis. capit. dilectus. ſecus ſi fuerit recuſatus, vt infra dicemus.

Verum ordinarij duobus modis citāt, nempe per literas, nam dirigunt quādoq; eis quos citant & vocant, & hoc in clericis.

Quandoq; vero committunt alicui, q eos citet, & hoc in laicis, qui neſciunt legere. ff. de requi. reis. libro. j. §. præſidis.

Si tamen fieret contra, non ideo minus valeret citatio, extra de dolo & contuma. capitu. fin. in fine. vbi clericus citatur per aliū, & quādoq; laico literæ citatoriæ deſtinantur.

Vide hic latius Spe. qui omnium iudicum tam delegatorum, quàm ordinariorum & auditorū quoq; formulas præſcribit, quas hoc noſtrum compendium & iuris proceſſus breuiarium non caperet.

¶ Quæ poſſunt contra Citationem excipi, & quomodo inualidetur, ratione Iudicis, Citationis, Loci, Temporis, Citati, & Actoris.

¶ Ratione iudicis excipitur

Primò.

Quod euidēs eſt, citantem non eſſe iudicē: extra de offi. deleg. c. prudentiā. & cap. ſequē. &. c. ex literis. de appella. capi. ſi duobus. ff. de re iudica. l. contumaciæ. §. fina.

Secundò.

Quod erant duo iudices delegati & alter

tantum citat. C. quando prouo. nõ est necesse. l. cum magistratus, & in authen. vt iudi. nõ expectat. §. si autem duo. Vel quod duo tantum citent cum sint tres dati.

Tertiò,

Quod euidens est, iudicem esse inimicũ vel suspectum. iij. quęstio. v. c. quod suspecti. extra vt lit. non contes. capi. accedens.

Verum nihilominus veniet allegaturus rationem.

Quartò.

Quod citans est delegatus, nec habet certum tribunal, nec solitum locum iudicandi, & in citatione non exprimit locum, quo citatus debeat comparere. ff. de iudi. l. si locus. extra de rescrip. c. fina. C. quomodo & quando iudex. l. si vt proponis.

Quintò.

Quod est delegatus, & citat vt quis personaliter veniat, nisi in casibus. puta si caussa sit criminalis, vel ad iurandũ de calumnia, vel de veritate, vel aliâs necessitas iuris id exigat.

Sextò.

Quod is qui commisit eam, non poterat cõmit. Vide Specul.

¶ *Ratione Citationis excipitur.*

Primò.

Quod citatio non exprimit res, sup quibus actor intẽdit agere, per clausulam illam (& de rebus

rebus alijs) quandoquidem poſtmodum nõ audietur, vt in.c.paſtoralis.extra de reſcrip.

Secundò.

Quod per clauſulam (quidam alij) plures quàm quatuor citantur, ſolum eñ quatuor conueniri poſſunt, per illam clauſulam generalem (quidã alij) quorum nomina in prima citatione exprimãtur. extra de reſcrip. c. cum in multis. libro. vj. vide Specu.

Tertiò.

Quod non continet ſpacium viginti dierũ ſecundum quoſdam.iij.q.iij.c.offeratur. hodie hoc arbitrarium eſt, extra de appel. c. perſonas.&.c.ſequen.

Quartò.

Quod non fuit peremptoria, extra de dolo & contu.ca.prout cum dilecti.

Quintò.

Quod facta eſt indeterminatè ad locũ, qui commune non habeat cum alijs locis. extra de reſcrip.c.fi.

Sextò.

Quod reſcriptum Apoſtolicum in ea non fuit inſertum, quando eſt miſſa à delegato, vt. ſup.diximus.

Debet tamen venire & allegare rationem.

Septimò.

Quod nimis maturũ, id eſt breue eſt peremptorium, extra de dila.c.j.

Octauò.

Quod citatio facta est super principali per iudicem appellationis. Quãdoquidem sic poterat citatus mittere excusatorem, qui dicat iudicem non posse procedere, quia appellatũ est, & appellans intendit prosequi appellationem tempore competenti.

Si autem transisset tempus prosequendę appellationis, tunc bene teneret citatio sup principali caussa, tam à delegante quam à delegato facta, extra de ap.c.cum sit Romana. vide Spe.lib.ij.parte.j.titu. dicto de citationibus. versic.quid si aliena.

¶Et generaliter excipitur & non valet vbicunq; reus se tueri potest, si eius defensio sit in euidente.ff.de iudi.l.non videtur.

Cæterum vbi dubium est, an teneat citatio an nõ, tutius est venire & allegare priuilegiũ. ff.de iudic.l.si quis ex alieno.vide Spec.

¶Ratione loci excipitur.

Primò.

Quod est vltra duas dietas à finibus diocœsis, vnde est citatus, vbi est res de qua agitur, extra de rescrip.ca.nõnulli.&.c.ex parte.

Secundò.

Quod sit citatio extra prouinciã quamuis infra duas dietas.iij.q.vj.c.vltra & neminẽ.in authẽ.de sanctis.Epis.§.vt autẽ omnes. colla. ix.extra de dolo & contu.c.cum olim.

Tertiò.

Tertiò.

Quod est ad locũ inhonestũ, vtpote prostibulũ, vel minus tutũ, vt vbi est timor hostium vel vbi sũt inimici. C. de sent. & interlocutionibus oĩm iud. l. cũ sententiã. ff. ex qb. cau. in pos. eat. l. Fulcini9. §. qd se latitare extra de appel. c. ex parte. vt lite non contesta. c. accedẽs.

Quartò.

Quod est ad locum minus insignem, vt vbi nequit haberi copia iurisperitorum; extra de rescrip. c. sic tutum. lib. vj. vide Specula,

Quintò.

Quod iudex citat ad locum non suæ iurisdict. ff. de iuris. omnium iud. l. fi.

Sed tamen consultum est venire, quia forte id sibi à superiore, vel à iudice alterius territorij concessum est.

Quamuis hoc in citatione exprimi debuisset; extra de offi. dele. c. nouit, extra de vsu pallij titu. ex quarum. Vide Specu.

¶ *Ratione temporis excipitur.*

Primò.

Quod statuta est hora incongrua, vtpote post vesperas vel in nocte, extra de offi. dele. c. consuluit.

Secundò.

Quod est nimis angusto tempore. vj. q. ij. c. si priuatis. ff. de fer. l. prima.

Tertiò,

Quod

Quod facta eſt in die feriato vel feſto, licet fiet ad diem non feriatum.ff.de fer.l.j.&.C. eo.l.fi.quam vide, & ſimiliter Specu.

Quartò.

Quod ſit ad diem feriatum ſiue feſtiuum & ſolennem. C. de fer.l.fin. extra.eodem. c. fi. eod.l.j.& ſecunda. Vide Speculatorem.

¶*Ratione citati excipitur.*

Primò.

Quod citatus probabiliter errans in nomine iudicis,iuit ad alium iudicem eiuſdem nominis.ff.de iudi.l.impe. ff. de fer. l. ne quis. Vide Speculat.

Secundò.

Quod citatus,eſt circa rem ruſticam occupatus,& res eſt peritura.ff.de ferijs. l. j. extra de iudi.c.fi.

Tertio.

Quod valetudine vel tempeſtate,vel vi fluminis impeditus,vel propter viarum diſcrimina,vel vocatus eſt ad teſtimonium,vel dignitatem,vel incipit abeſſe cauſſa reipubli.vel eſt mulier grauida,vel peperit,vel funere domeſtico impeditur, vel maius negocium ipſum trahit.

Hos caſus & alios habes. ff. ſi quis cau. iud. ſiſten.l.ij.§.j.&.§.ſi quis in iudicio. &.l. iiij. &. l. ſi is qui fideiuſſorem. & lege ſequen. ff.

ex

ex quibus cau.maiores.in integ. restit. At hi in authen. vt cùm de appel. cogno. §. meminimus.colla.vj.

Quartò.

Quod fuerit detētus à magistratu,& in vincula positus sine eius dolo & culpa, quod ab hostibus captus, quibus casibus non arctat eum citatio.

Secus si ipse hoc procurasset fieri,vel à priuato detētus.ff.si quis cautio.l.ij.§.fi. &.l. iij. &. iiij.extra de offi. deleg.c.pastoralis. ad fi.

Quintò.

Quod fuit vocatus ad maius.ff.de re iudi.l. contra pupillum.§.is qui.

Quare ad eum vocantem maiorem prius eundum erat,extra de appella.c.cum parati.

Et hoc verum nisi malitiose curet se vocari per superiorem.

Sextò.

Quod erat infirmus, vel obsessus, vel mors imminebat, vel graui necessitate vel persecutione,vel naufragio vrgebatur,de conse.dist. iiij.c.hi qui.&.v.q.iii.ca.si ægrotans.extra de procu.c.querelam.

Istis casibus sufficit excusationem mittere, vt extra de do.& contu.c.cum dilecti.§.expectantibus.

Septi-

Septimò.

Quod clamorem ſeu vocem prætoris non intellexit. C. quomodo & quando iudex. authen. qui ſemel. ff. de in integ. reſti. l. diuinę.

Octauò.

Quod eſt ſpoliatus, quare non tenetur venire vel reſpondere parti ſpoliatrici, donec fuerit plenè reſtitutus. iij. q. ij. c. j. &. c. prius ergo. extra de ordi. cog. c. ij. de reſti. ſpolia. c. frequens. lib. vj.

Conſultum tamen eſt vt veniat allegaturus cauſſam.

Nonò.

Quod eſt talis, qui non poteſt citari, puta quia cóſul, pręfectus, prętor, magiſtratus, qui imperium habent. Epiſcopus qui ſacra facit, is qui vxorem ducit, vel ea quę nubit. Vel is qui funus familiare proſequitur, nec is qui propter loci religionem ſe mouere non poteſt, vt regularis incluſus, nec furioſus vel impubes. ff. de in ius vocan. l. ij. & iij.

Veruntamen religioſus, furioſus & impubes, & ſi non per ſe, per alios tamen conueniuntur, ſcilicet per adminiſtratores vel actores, vel tutores, vel curatores ſuos. ff. ex quib. cauſſ. maio. l. ſed & ſi. C. de in ius vocan. l. ij.

Sunt & pleriq; alij, qui ſine venia vocari nó poſ-

poſſunt, vt pater, patronus. d.l. ij. C. de in ius vocan-

¶Ratione Actoris excipitur.
Primò.

Quod actor procurarit, ne reus ad iudiciũ veniret. ff. de eo per quem fac. l. j. §. ſi reus. &. l. ſi. §. ſed & ſi ſtipulator. extra de in integ. reſti. c. ex literis. extra de offic. delega. c. paſtoralis. &. ca. fina.

Secundò.

Quod ad querelam liberti patronus citatur, quare nõ valet. C. de in ius vocan. l. ij. iiij. q. iij. c. liber. Vide latius Speculato.

¶DE CONTVMACIA.

Quia peremptoriè vocati ad iudicium ſępe venire contemnunt contumaciter. Ideo de contumacia hoc ordine dicemus.

¶Tractandorum ſeries.

Primò, quid contumacia, & quis dicatur contumax.

Secũdò, quot modis cõmittaĩ contumacia.

Tertiò, qualiter contra contumacem, ſiue Actorem, ſiue reum procedatur.

Quartò, de pœnis contumaciæ, & quo ordine infligantur.

¶Quid contumacia, & quis contumax.

Contu

Contumacia eſt, erga iudicem vel pręlatum commiſſa inobedientia.

Et dicitur commiſſa, quia ſuper licitis obediendum eſt, vt de tempo. obe. c. ad aures. in gloſ.

Vnde cõtumax eſt, qui trinis edictis & vno peremptorio citatus non venit, vel ſi venit nó obedit: vel ſine licentia Iudicis recedit. xj. q. iij. cap. certum. extra de exceſ. prælato. c. ex literis. ff. de Iudi. l. ex contumacia. C. quomodo & quando Iudex. l. tres. extra de dolo & contuma. capit. cauſsam. quæ vide & Specula.

¶ *Quot modis committatur contumacia.*

Contumacia multifariam committitur.

Primo, non veniendo.

Secundo, non reſpondendo.

Tertio, recedendo ſine licentia.

Quarto, abſentando.

Quinto, latitando, ne citatio ad eum peruenire poſsit, de quibus ſup. allegatis iuribus.

Sexto, impediendo & procurãdo per ſe vel per alium ne citari poſsit, vt lit. non conteſtata. c. quoniam. para. primo. ff. de euictióibus l. Si dictum. paragr. ſi præſenti.

Septimo, in non reſtituenbo ad mandatum iudicis. ff. de rei vendi. l. qui reſtituere. extra de foro compe. c. conqueſtus. Vide Specula.

Octauo, in non emendato delicto.

Nono,

Nono, in non exhibendo.

Et hoc vide apud Goffred. de senté. excommunicationis. §. excommunica. fieri. Et Spec. hic & Barto. in. l. fina. ff. de in integr. restit. & in. l. ex consensu. §. ij. ff. de appel.

¶ Duæ species contumaciæ, Vera scilicet & præsumpta.

¶ Vera.

Qua is dicitur contumax, quē citatio apprehendit, & ingenuè dicit se nō obediturum.

Et contra talem potest procedi nulla alia citatione facta. ff. ex quibus causis in possessi. eatur. l. Fulcinius. in fine.

Nec talis potest appellare. ff. de in integ. resti. l. diu⁹. in fin. & . l. seq. Nisi veniat adhuc iudice sedente pro tribunali, vt in. d. l. diuus.

¶ Præsumpta.

Qua is dicitur contumax qui respondit se venturum vel nihil dicit, non tamen venit.

Ad quem debet ter mitti Citatio. ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax.

Vel contumax fictè vel præsumptè is dicitur, ad cuius domum trina Citatio facta est, licet non fuerit inuentus, cui & sententiæ magis acccedit Speculat.

Et contra talem etiam proceditur. sed postea probata iusta absentię caussa sine difficultate restituitur.

¶ Qualiter contra Actorem contumacem procedatur.

Quod ſi actor abeſt contumaciter, & lis cõteſtata fuerit, tunc citabitur ad petionem rei tribus edictis, quorum quodlibet debet eſſe decem dierum.

Et ſi liquet & liquere poteſt de cauſſa, iudex ſententiam feret, & procedet ſecundum merita cauſſæ.

Si vero non liquet plenè de cauſſa, abſoluet reum præſentem ab obſeruatione iudicij, nullo regreſſu ad cauſſam ſeruato actori, & in omnem cauſſæ euentum condemnet actoré abſentem in expenſis. C. de iudic. l. properandum. §. & ſi quidem. extra de dolo & contu. capitu. prout.

Si vero lis non fuerit conteſtata, etiam citadus eſt tribus edictis per interualla. xxx. dierum, & ſi non venerit, indulgetur ei annus.

Sed intra ipſum annum veniens non auditur niſi reſtitutis expenſis rei, & cauerit ſufficienter, quod in cæteris terminis fideliter cõparebit.

Si vero non venerit intra annum, iudex audiat allegatiões & teſtes præſentis rei, & rei veritate perquiſita, ſententiam ferat ſuper principali. C. quomodo & quando iudex authẽ. qui ſemel. extra de do. & cõtu. capit. cauſſam quæ. in fine. Verum etiã hodie punitur in expenſis, niſi veniat in primo vel ſecundo termino, nec

no, nec admittitur ad aliam citationem, nisi cautione vt supra data.

¶ Qualiter contra Reum contumacem procedatur.

Quod si reus contumax est procedetur hoc modo. Primò, actore instante & rei absentis contumaciam accusante cum literis & instrumento Citationis coram iudice. C. de iudic. l. properandum. §. & si quidem. & singula faciet redigi in Actis. Formam vide apud Speculatorem.

Secundò, actore sic instante & rei contumaciam accusante, iudex contra eum tanquam contumacem procedat, & eum facta fide de citatione, contumacem pronunciabit, secundum formam, quã vide apud Spe. hic positã.

Tertiò pœnã imponat, vt infra dicetur de contumacia.

Verum quoniam articulus iste frequens est & quotidianus, ideo ad materiæ notitiam clariorem sic distinguit Specu.

¶ Caussarum alia est ciuilis, alia Spiritualis, alia Matrimonialis, alia Appellationis.

Ciuilis.

Est, in qua si quis accusatus & contumax reperiatur, videtur fictiõe iuris crimẽ confiteri. Verũ hoc membrũ plenius prosequemur infra de accusatio. Tu vide bonã glos. extra de dolo & cõtu. c. veritatis in verbo, probatum.

Et ciuilis caussa distinguitur, nã agitur vel actione reali vel personali.

¶Reali, puta ad fundum vel domum, & reus fit contumax, quia perẽptoriè citatus non comparet, vt. sup. diximus.

Et iterum subdistingue, quia aut est lis contestata, & liquet de caussa aut liquere potest, puta q̃a testes recepti sunt vel recipi possunt, vel instrumẽta exhibita sunt, vel cõfessiones factę, & tũc procedi potest ad sententiã absoluendo vel condemnando secundum caussæ merita: nec veniens restituitur, & siue pro absente siue contra eum iudex pronuntiabit, semper eum in expensis condemnabit, vide Speculator.

Aut lis est contestata, & non liquet, nec liquere potest, vt quia actor nullos testes vel instrumenta produxit, adiudicanda est ei possessio tantum, salua quæstiõe proprietatis absenti. vide Spe.

Aut lis est quasi contestata saltem & ad interrumpendam pręscriptionem, puta quia is qui nomine alieno possidet conueniatur ac si sua sit, & domino rei in iudicio per eũ nominato, & facta ei intra certum tempus à iudice statuendum denunciatione, vt veniat ad caussam, eoq; legitimè citato, dominus non venit, tunc certe adiudicabitur possessio ipsi

actori,

actori,& fiet verus possessor,salua quæstione proprietatis absenti. Vide Spe.

Aut lis nullo modo contestata est. Et tunc ipso Reo contumaciter absente actor nõ potest petere vt sententia feratur. C. de iudi.l. properandum.§.vt si quidem.&.§.sinautem. Sed summatim examinato negotio mittendus est in possessionem rei petitæ,extra vt lit. non conte.c.quoniam frequenter.§. in alijs. Et tunc reus vsque ad annum poterit recuperare possessionem restitutis expensis, & præstita cautione iudicio sisti. Anno vero clapso non audietur,nisi super proprietate. Vide Speculat.

¶Si personali actione agatur,vtpote pro obligatione,& reus absit contumaciter, iterum distingue.

Nam aut est contumax ante litis cõtestationem,aut post litis contestationem.

Ante litis contestationem, & tunc mittitur actor in possessionem bonorum ipsius rei caussa custodię,pro modo debiti declarati in libello,vt in.c.quoniam frequenter.§. fin.extra vt lite non contesta.&.C.de bonis authori.iudic.posside n.l.cum proponas. Missus tamen non efficitur verus possessor, sed restitutis expensis & præstita cautione venienti reo restituitur possessio,quandocunque,nisi iu-

dicis authoritate ſit ab actore diſtracta, q iudex debet ad hoc, tempus ſtatuere moderatū.

Poſt litem conteſtatam, ſi quidem actū fuerit pro certa quātitate pecuniæ, vel obligatione, & miſsio facta fuerit pro modo debiti declarati, miſſus nunquam efficitur verus poſſeſſor, immo poſſeſsionē recuperat reus quandocunq;, niſi res diſtracta fuerit, vt ſupra dixi mus. Sed ſi certa ſpecies petita fuerit, ſit miſſio in illam, vt ſupra dictum eſt. Et tunc reus volens poſt annum parere, auditur ſolum ſuper proprietate, non ſuper poſſeſsione, ſecūdum quoſdam. Vide Specul.

¶Spiritualis.

Vel mixta vel cohærens. Siquidem talis eſt cauſſa quod poſsit mitti in poſſeſsionem, ſit miſsio & recuperatio ſecuudum prædictam diſtinctionem.

Quod ſi hæc fieri non poſsit, quæcunq; ſit cauſsa & quomodocunq; agatur, excommunicari poteſt reus cōtumax vſq; ad ſatisfactionem condignam, & nihilominus condemnari in expenſis, extra vt lit. non conteſt. c. tuæ. Quod vide, & ſimiliter Spe.

¶Matrimonialis.

In qua qualiter agatur & procedatur, dic vt extra vt lite non conteſta. c. quoniam. §. ſi vero. & qui matri. accu. poſſunt. c.

Appel

¶Appellationis.

In qua qualiter procedatur contra cõtumacem, vide Spec. de appel. §. de officio quoq;. & nos infra ſuo loco ſcilicet de appel. dicemꝰ. Et not. extra de appel. c. per tuas. &. c. Romana. §. fi. lib. vj.

¶Adnotatio.

In ſumma nota, quod Reo per ſe vel reſpõſalem, in termino non comparente, vel aliter contumace exiſtente, actor petat eum condemnari in expenſis, vel excommunicari, vel ſe mitti in poſſeſsionem rerum petitarum, vt in prædictis iuribus, & offerat inſtrumentum citationis, per quod oſtendat contumaciam, aliter enim iudex non procedat, extra de elec. c. quod ſicut. de conſtit. c. eccleſia.

Et ſi iudex velit ei expenſas remittere, hoc facere non debet cũ diſcrimine partis, quod dic vt extra de officio delegati. c. conſuluit. & extra de conſuetu. capitu. cum olim.

Excuſatur autem, ſi eius reſponſalis à latronibus raptus vel interfectꝰ eſt, vt. C. qui pet. tut. vel cura. l. à matribus. extra de pigno. c. ſignificauit.

¶De pœnis contumaciæ, & quo ordine inferantur.

Pœnarum contumaciæ quinque ſpecies, vtpote.

Prima.

Excommunicationis. xj.q. iij.c. abſit. &.c. certum.extra qui fil.ſint legi.c.per venerabilem.§.rationibus. verſicu. cuius ſententiam. extra de maio.& obedi.c.ij.& hoc tã in actore quàm reo.

Secunda.

Suſpenſionis,poteſt enim quis propter ſolam contumaciam ſuſpendi ab officio vel beneficio,extra de dolo & contu.c.veritatis.

Tertia.

Satisfactionis expẽſarum, ſiquidem contumax punitur plerumq; per expenſarum ſatiſfactionem.

Quarta.

Miſsionis in bonorum poſſeſ. cauſſa rei ſeruandæ,quæ quomodo & quando fieri & debeat & poſsit, dic vt no. de dolo & contu.c. contingit.extra vt lite non conteſt.c. quoniam frequenter.§.in alijs vero caſibus, quæ iura vide,& infra ſuo loco dicemus nos quoq; ſ.de.j.&.ij.decreto.

Quinta.

Mulctæ,ſiquidem contumax punitur quandoq; per mulctam,quod facere poteſt quilibet iudex.ff.ſi quis ius dicen. non obtem.l. vnica.Vide Spec.li.ij.par.j.tit.de cont.§. nũc dicamus.

¶*Ordo pœnarum pro contumacia infligendarum.*

Primò.

Iudex

Iudex poteſt incipere à quacunq; pœna voluerit. Benignius tamen fecerit ſi à miſsione in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ, vt lite non conteſta. ca. tuæ fraternitatis.

Qua prius recurrendum eſt ad res quàm ad perſonas.

Secundò.

Iudex non multum feſtinabit ad faciẽdum miſsionem, quod pulchrè notatur in gloſſa. c. contingit. extra de dolo & contuma. quia ſi reus probabit iuſtã abſentiæ cauſſam, reſtituetur. ff. de dam. infecto. l. ſi finita. §. ſi forte.

Summatim ergo iudex examinabit negotium antequã mittat alteram partium in poſſeſs. vt ſup. allega. c. quoniam frequenter. §. quod ſi. C. de bon. autho. iud. poſ. Authen. & qui iurat.

Tertiò.

Si iudex voluerit contumacem excommunicare, prius debet eum admonere vt adhuc obediat comparendo intra certum terminum competentem, & ſuam contumaciam expurget.

Iſta enim monitio iudicis ſeu narratio contumaciæ in monitorio nihil probat, vt not. in cle. vnica. extra de proba. & ideo debet redigi in actis.

Quartò.

Monitio debet habere competentia temporum interualla & aliquando ponitur in monitorio vt infra duodecim dies, quorũ quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor pro tertio & peremptorio, ac peremptorio termino ac monitiõe canonica, de sent. excom. constitutionem. lib. vj.

Quintò.

Si est episcopus, primò debet ei ab ingressu ecclesiæ interdici. Secundò crescente contumacia suspendi, & tertio excommunicari, si non resipiscat.

Sextò.

Si excommunicatus perseuerat in cõtumacia, iudex procedat ad aggrauationem sententiæ excõmunicationis, quia crescente contumacia debet pœna crescere. c. quoniã frequẽter. in fi. extra vt lite non conte.

Septimò.

Si adhuc nõ curat parere iuri & petere absolutionẽ, dirigatur illi aliud mandatũ, quo inhibeas ne quisquam secum cõmunicet, emẽdo, vendendo, ignem, aquam administrãdo.

Octauò.

Si nec sic potest reuocari à sua contumacia, solet ĩterdici à diuinis, quàm diu præsens fuerit excommunicatus.

Et hanc pœnam quoq; præcedere debet ad moni-

monitio, quæ omnem vindictam regulariter præcedere debet. xij. q. ij. c. indignè.

Nonò.

Si per annum in ea excommunicatione perstiterit, inducit suspicionem hæresis, & pro ea suspicione tanquam talis & hęreticus, dicitur excommunicari denuo.

Decimò.

Si iterum in tali excommunicatiõe lata pro huiusmodi suspiciõe perseuerarit per annũ, censebitur hæreticus. xj. q. iij. c. rursus. &. c. quicunq;.

Vtrum autem Iudex posit in præiudicium partis, contumaci parcere, not. extra de offi. deleg. c. consuluit. vbi vide glo. in verbo grauifecerit.

¶DE PRIMI ET SECVNDI *Decreti interpositione.*

Quoniam supra inter quinq; contumaciæ pœnas, enarrata est quarta, missio. s. in pos. ex primo decreto. Idcirco operæprecium facere arbitramur, si aliqua dicam⁹ ad pleniorem informationem de primo & secundo decreto, idq; hoc ordine.

¶*Tractandorum ordo.*

De primo decreto & quot modis dicatur. 1
Quando & qualiter debeat interponi. 2
In quibus rebus vel actionibus interponatur. 3

A qui-

4 A quibus iudicib⁹ ſoleat & debeat interponi.
5 Quis ſit effectus primi decreti.

¶Decretum multis modis accipitur.

1 Pro edicto citatorio.ff.de re iudi.l.decreto.
2 Pro ſententia interlocutoria.ff. de aſſeſ. l.j.
3 Pro ſtatuto, quod ſummus pontifex de cõſilio Cardinalium nulla facta conſultatione, id eſt ad nullius conſultationem, ſtatuit,& in ſcriptis redegit,extra de electio.c. licet cano. lib. vj. xx.diſtinct.c. ſi decreta.&.c.ſequenti.
4 Pro conſenſu eligentium in ſcriptis redacto.ij.q.j.c.legum extra de elect. c. innotuit.
5 Pro eo quod eſt capitulũ,vel ordo, vel vniuerſitas,vel quod maior pars ordinat.ff.de decre.ab or.facien.per totum. ff. quod cuiuſq; vniuerſita.l.planè.& quaſi per totum.
6 Pro iudicis authoritate in alienationibus rerum, pręcipuè minorum interpoſita. C.de pręd.mino.l.inter omnes minores.& fere per totum.
7 Pro authoritate principis in reſcriptis beneficialibus interpoſita.de reſcri.c.gratia. li. vj.
8 Pro iuſſu Iudicis.

Et ſic hic accipitur,quo iudex mandat bona alicuius propter eius contumaciam poſsideri in pœnam contumaciæ, cum actum eſt actione perſonali vel reali,vt.ſup. nonnihil attigimus.

¶Et

¶Et diuiditur in primum & secundum.

Dicitur autem primum quaſi primus Iudicis iuſſus.

Et licet alioqui primum dicatur reſpectu ſecundi.ff.de rebus dub.l.qui duos. nõ tamẽ ſemper, vt extra de verbo. ſigni. c. Ioſeph. qa quandoq; interponitur primum decretum & non ſecundum. Vide Speculat.

¶Diffinitur primum decretum, quod ſit prima à Iudice iubente in poſſeſsionem facta miſsio.

¶Primum decretum eſt primus iuſſus Iudicis, quo mandat bona propter contumaciam in pœnam contumacis obtineri.

¶Pariformiter diffinit ſecũdum, niſi quod ſecundam miſsionem loco primæ addas.

Quandoq; tamen interponitur primum & non ſecundum, eo quod in aliquibus nõ eſt opus ſecundo, quod breuiter in.c.quoniã frequenter.§.in alijs vero in gl. verbi conſtituetur.extra vt lite non conteſt.

Vide & bonam glo.in.l.ſi finita.§.ſi plures. in verb.prius.ff.de damno infect.

¶Quomodo & qualiter ſit interponendum.

Primum decretum & ante lit.cõteſt.& poſt (.l.ij.C.qui potio.in pig.hab.)interponi poteſt quotienſcunq; aliquo exiſtente contumace, & actore inſtante, & rei contumaciam

accu-

accuſante,& adhuc ita non liquet de cauſſa, vt ſentẽtia diffinitiua terminari valeat, Iudex ad petitionem actoris,rei contumaciam accuſantis,facta ſibi fide de citatiõe, pnunciabit eum cõtumacem, & decernat miſsionem.

Quod vt propius intelligas, ſubijciam exemplum, quo pacto ad vtrunque decretum perueniatur.

Citatur aliquis peremptoriè, non venit nec mittit procuratorẽ vel reſponſalem: tũc actor petet à iudice ſe mitti in poſſeſ. bonorũ, licet aliter olim, & aliter hodie.

Et fit hæc miſsio, vt ille affectus veniat reſponſurus.ff.ex quibus cauſsis in poſſeſ.ca.l. cũ legati.&.ff. vt in poſ. leg. l. is cui. in princip.quo fit, vt hac miſsione ſolũ nanciſcatur poſ. cauſſa rei ſeruandæ,ſiue pignus prætorium, vt infra latius.

Ad ſecundum peruenit ita, Adueniẽte termino à iudice pro primo illo decreto dato, veniet actor & petet. Domine iudex miſiſti me in bo.poſſeſ.ex primo decreto, cuius iam tempus elapſum eſt, nec curauit debitor meus venire: ob id peto mitti ex ſecundo.

Et iudex contumacem illum adhuc debet citare.C.de iudi.authen.iubemus.

Vel ſi non inuenitur domi, debet denunciari vel vicino ſuo & pręconizari, an aliquis velit

velit eum defendere. ff. ex quibus cauſ. in poſ. ea. l. hęc autem.

Et ſi veniat, reſtituat expenſas & intereſſe aduerſario, & recipiat poſſeſsionem.

Si nullo modo venerit, interponitur ſecũdum decretum, per quod iuſtã cauſſam poſsidendi vel præſcribendi nanciſcetur, & aliquando dominium & licentiam vendendi bona, in quæ miſſus eſt: de quibus ſuo loco latius & plenius.

¶ Sed vt vnde digreſsi ſumus, reuertamur, Primum decretum fit ſub hac diſtinctione, quia aut agitur actione reali vel perſonali, vt ſup. diximus, vbi vide qualiter contra contumacem proceditur.

Formulas autem huius primi decreti interpoſitionis, vide apud Spec. lib. ij. parte. j. tit. de primo decreto. §. ſequitur videre quomodo & qualiter.

¶ In quibus rebus uel actionibus interponatur primum decretum.

Propter legata. ff. vt in poſſeſ. legato. p totũ.

Cauſſa damni infecti. l. ſi finita. §. fi. ff. de acqui. poſ. l. poſsideri. §. fi. ff. quorum lega. l. j.

Propter contumaciã conuenti in reali, vel perſonali actione, extra vt lit. non cõteſta. c. quoniã frequẽter. & extra de eo qui mit. in poſſeſ. cauſ. rei ſeruandæ, per totum. C. de bon.

bon.auto.iudi.poſ.per totum qui omnes nõ poſsident ſed detinent, præterquam in conuento actione reali,in quo diſſentiunt an poſſideat primum annum,vide Spe.

¶*Annotatio Prima.*

¶Aduertẽdum hic, quod cum agitur actione perſonali.Primò mittet̃ actor in poſſe.mobilium ſi extent alioquin immobiliũ. Poſtremo etiam nominum, ſicut fit in executione rei iudicatæ.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.§.in venditione.extra vt lit.non conteſta.ca. quoniã.§.fi.in fi.

Niſi ſint ſerui aut boues aratores, qui non capiuntur quamdiu alia ſuperſunt.C.quę res pig,oblig.poſſ.l.executores.&.l.ſequen.

¶*Annotatio Secunda.*

Inſuper notandum,quod miſſus in poſſeſſ. ex primo decreto, non vtetur bonis illis vel fructib⁹ in quorum poſſeſsionem miſſus eſt.ff.ex qui.cau. in poſ.l. Fulcinius. in prin. &.l. prætor. in prin. immo eos reſtituet infra annum cum ipſa re extra de ſequeſtr.poſ. c.ij.

Niſi miſsus ſpecialiter impetret propter nimiam contumaciam ipſius debitoris,vt in.d.l.Fulcinius.§.fi.

Quæ ſit nimia contumacia,variæ ſunt opiniones,tu vide Spe.

Verun-

Veruntamen ſunt caſus, in quibus miſſus vtitur fructibus, vt ſi mulier ventris nomine miſſa fuerit in poſſeſ. niſi per calumniã miſſa fuerit, vt.ff. ſi mulier vent. nomine.l.j. &.ij.

Alius caſus, quando ſcilicet miſſus eſt cõiuncta perſona.ff.vt in poſ.lega.l.quæ legatorum.

Tertius, cũ filius mittitur in poſ.ex edicto Carboniano.C.de Carbo.edic.l.ij.Verum in allegatis caſibus non fit miſsio propter contumaciam ſimpliciter, ſed etiam propter fauorem.

¶*Annotatio Tertia.*

¶Præterea ne hoc quidem prętermittendũ eſt, quod ſi conuentus, qui alieno nomine poſsidet, id denuntiet domino, fit miſsio in poſſeſsionem rei petitæ, niſi dominus venerit in termino ad hoc à iudice ſtatuto.

Sunt enim hi, qui dicuntur poſsidere nomino alieno. Depoſitarius, Commodatarius rei mobilis, Colonus & inquilinus, qui non habent ius in re: vide hic diligenter Spec.

¶*Annotatio Quarta.*

¶In ſumma notãdum eſt, quod vbi agitur perſonalibus actionibus pro temporalibus, non fiet miſsio in poſſeſsionem ſpiritualium pro menſura debiti declarati, vt probatur extra de iniurijs.c.j.lib.vj.

Sed vbi agitur perſonali actione pro ſpiritualibus, puta ex permutatione vel donatiõe rerum ſpiritualium, & huiuſmodi, tunc bene poteſt fieri miſsio in poſſeſ. bonorũ ſpiritualium, & etiam forte ſecũdum Spec. in poſſeſ. temporalium. præſertim ſi ſpiritualibus erãt temporales annexæ, vt not. extra de eo, qui mittitur in poſſeſsionem. c. j.

¶ Annotatio Quinta.

¶ Poſtremo nota, quod in realib⁹ & mixtis actionibus fit miſsio in poſſeſ. rei petitæ tantum, niſi quando latitat vel quando dolo deſijt poſsidere. ff. ex quib. cau. in poſſeſsio. eatur. l. Fulcinius. §. item videamus. &. §. ſequẽ. C. de præſcrip. xxx. anno. l. ſi quis. §. ſi.

In perſonalibus vero fit pro menſura debiti declarati, vt ſupra diximus.

¶ A quibus Iudicibus primum decretum poſtuletur.

Primum decretum poſtulari poteſt ab hiſce iudicibus: Maioribus ſcilicet, minoribus, municipalibus, delegatis.

Quod probatur. ff. de dam. infec. l. dies. §. j. extra de eo, qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſeruan. per totum.

¶ Annotatiuncula.

¶ Aduertẽdum eſt, quod iudex coram quo alterius iudicis ſubditis conuenitur ratione contra-

contractus vel domicilij, vel alia quauis caussa, vt extra de foro compet. c. fina. potest mittere actorem in bonorum posses. quæ reus habet in eo loco, in quo cõuenitur, & decernere misionem esse faciendam in bono. pos. quæ conuentus habet coram suo iudice, siue in loco sui ordinarij propter eius cõtumaciã.

Exemplum finge. N. quidam debitor est cuiusdam ciuis. N. potest. N. coram suo iudice. N. illum vel ratione domicilij, si etiã habeat, vel ratione contractus, si ibidem inierit, conuenire. Et si. N. ille contumax fuerit, poterit. N. Iudex suum subditum mittere in possessi. bo. quæ habet. N. ille. N. & præterea decernere bonorum pos. esse faciẽdam in bonis, quę cõuictus. N. habeat. Et. N. quidem iudex missionem illam decretam per iudicem. N. exequi debet, vide latius Spe,

¶*Quis sit effectus primi decreti.*

Ad perfectè cognoscendum effectus primi decreti, sic distingue, aut est actio personalis, aut realis.

Siquidem personalis, multiplex est huius primi decreti effectus:

Primus.

Quod per illud habet missus & custodiã & defensionem rerum, quod dicitur iudiciale & prætorium pignus: videtur em̃ sibi consti-

tutum postquam inductus est in possess. ff. de pigno.act.l.non est mirum. &.C. de præto. pig.l.fi.C. qui poti. in pig. habeã. lib.ij. & C.vt in pos.leg.l.si postquã.&. l. si legati.

Secundus.

Quod nisi debitor satis faciat creditori misso in possess.poterit ipse creditor sine libello petere à iudice bona vendi, in quorũ possessionem missus est, si debitor latitat, vt infra latius dicemus in secundo decreto.

Tertius.

Quod habet custodiam non tamen veram possessionem, sed detentat. ff. de acqui. possess.l.possideri.§.fi.ff.vti possi.l.si duo. §.creditores.ff.de dam.infect.l.si finita.§.Iulianus.

Est enim in possessione, sed non possidet. Nam longe aliud est possidere, quã in possessione esse.ff.de acquir.pos.l. si quis ante.

Et est ratio quare missus in personali non possidet, in reali vero sic, quia quando ago personali, ago contra illum qui mihi obligatus est ex contractu vel quasi, ex maleficio, vel quasi. Quare si mittor in possessioné pro mensura debiti declarati, quodam extraordinario iure mihi subuenitur: quia (vt ita dicã) mittendus essem in personę possessioné, quę obligata est.

Sed quia persona libera possideri non potest

test, ideo mihi succurritur in rebus, nõ vt eas posſideam ſed vt cuſtodiam donec tædio affectus contumax vel mihi ſoluat, vel ad iudicium veniat reſponſurus.

Quartus.

Quod pro illius poſſeſsionis defenſione cõpetit interdictum (vti poſsidetis) ex quo competit ei actio in factum quanta ea res erit.

Quintus.

Quod ſolum cuſtodit fructus, interdũ res vendit & pretium ſeruat, non vtitur, vt. ſup. notauimus.

Sextus.

Quod in quibuſdam caſibus miſsionis, vt ſunt in fauorem, quos. ſup. notauim9, miſſus vtitur fructibus.

Septimus.

Quod lucratus fuit fructus ſecũdum quoſdam vt in. l. Fulcinius. §. fi. ff. quibus ex cau. in poſ. &. ff. de leg. l. filiusfamilias. §. diui Seuer9 & An. in fi. Vide Spec.

Octauus.

Quod miſſus potior eſt alijs veniẽtibus poſtea, quia habet hypothecam, & etiam his qui poſtmodum ſimili iuſſu Iudicibus capiunt. Quia qui prior eſt tempore potior eſt iure. C. qui potio. in pig. hab. l. ſi decreto.

Quod intellige de his tãtum creditoribus, qui non ſunt eiuſdẽ tituli. Si em̃ eſſent eiuſdẽ

tituli omnes concurrerent eodẽ iure ſcilicet poſteriores cũ prioribus. ff. de priui. credi.l. priuilegia.ff.de bo. aut.iu.poſſ.l.fin. in prin.

Nonus.

Quod miſsio vni⁹ creditoris prodeſt omnibus eiuſdem tituli.d.l.fin.

Decimus.

Quod miſſus erit oneroſus debitori,propter cuius contumaciam miſſus eſt.

Quia ſi dominus intrabit cameram,& miſſus ſimiliter intrabit.Si intrabit cellam vinariam,& ille ſimiliter,& ſic erit ei oneroſus.

Non tamen miſſus poſsidet, nec dominus de poſſeſsione eijcitur.

In re autem mobili facit tædium, nã ſi eſt miſſus in poſſeſsionem libri, cũ dominus libri volet legere de treuga & pace. ille voluet folia ad titulũ de iniurijs, ſeruabit etiam fructus,& colet terram. Vide Specul.

¶Si uero realis, tunc etiam multiplex eſt effectus.

Primò.

Quia acquiritur miſſo actio ex illo edicto, ne fiat vis ei & cætera.

Nam hoc edictum pertinet ad omnes miſſos in poſſeſsiõem.ff.ne vis fiat ei, qui in poſ. l.j.§.j.

Secundò.

Quia ſtatim incipit poſsidere verè, non tamen incommutabiliter,quia ſi reus intra an-

num

nũ venerit, restituetur ei possessio, vt.c.quoniam.§.in alijs.extra vt lite non cõtest. &. C. de præscr.xxx.vel.xl.annorũ.l.si quis emptionis.§.pe.extra de eo, qui mit.in pos.caus. rei seruandæ.per to.

Tertiò.

Quia est eodem modo supra fructus, vt supra in personali.

Quia locat, percipit & custodit & quãdoq; vendit fructus, vt in personali actione iam sup.diximus. Vide Spe.

Sequuntur annotationes circa prædicta.

Prima.

Missus in possessionem ex primo decreto, quod si non admittitur ad possessionẽ iuxta mãdatum Iudicis, super hoc proditum est ei auxilium.scilicet Prætoris edictum.

Idq; siue missus sit in possessionem rei seruan.caus.siue ven.no.siue legatorũ. ff. ne vis fiat ei qui.C.l.j.§.est autẽ.&.§.hæc verba.

Ex hoc autem prætoris edicto quadruplex surgit auxilium.

Primum ipsum edictũ est prohibitorium, per quod prohibetur ne vis fiat ei, qui in possess.miss⁹ est.ff.eo.l.j.in prin.&.§. hęc verba.

Secundũ est Iudicis officium, cuius potestate induci debet in posses.seu p officiales, seu per milites ad hoc deputatos.ff. eod. l.si quis

missus.in prin.&.l.suo.& habet actor oppositionem, quod istorum beneficiorũ malit eligere.dic.l.si quis missus..&. ff.in pos.leg.l.i: cui.§.missus.

Tertium est actio in factũ ex eodem edicto procedens, quia fuit prohibitus, & datur missio in possessionẽ si expellatur, quia frustra in possessionẽ mittitur, nisi missus defendatur.

Quartum est interdictũ restitutoriũ, quod competit cum ipsa actiõe, vt scilicet per illud restituatur in possessionẽ di.l.si quis missus. §.cum prætor.

Vide Specul. qui & alia remedia his adnumerat.

Secunda.

Auxilia intra annum dantur ad interesse tãtum.ff.ne vis fiat ei.l.j.§.hanc actionem.

Actor tamen in factum duobus casibus perpetua est.

Primo quando hæres datus de legato præstando prohibuit legatarios.

Secundo, cum prohibitus ex causa damni infecti fuit missus in possessiõem.ff. de dam. infect.l.si quis missus.§.actio ista.

Tertia.

Si is qui passus est missionem venerit intra annũ corã Iudice, poterit recuperare possessionẽ satisfacto tamẽ actori prius de damnis &

& expēsis.ff.de bo.aut iudi.l.p̃tor ait.§.quod ait prætor.&.§.itaq;.& in sępę.d.c. quoniam frequēter.extra vt lit.non contest. Vide Speculatorem.

¶DE SECVNDO Decreto.

Hactenus veluti admonuisse sufficiat, quēadmodum & qualiter primum decretū dicatur, quando & qualiter debeat interponi, in quibus rebus vel actionibus, à quibus iudicibus, & quis effectus.

Restat nunc videre de secundo decreto, in quo hoc ordine rem tractabimus.

¶*Ordo dicendorum.*

Primò, Secundum decretum quid sit.

Secundò, qualiter interponatur.

Tetiò, quando & intra quod tempus.

Quartò, in q̄bus actionibus & quo iure postuletur interponi.

Quintò quis sit eius effectus.

¶*Quid sit secundum decretum.*

Est autem secundum decretum secundus iussus Iudicis, quo iubet bona alicuius propter contumaciā posideri, quæ pri⁹ à primo decreto detinebantur. vt ex sequētibus patebit, extra de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandę.cap.primo.&.ff.de dāno. infect.l. prętoris officiū.&.l.prętor ait.&.l.si

finita.§. Iulianus.C. vt in posses. legatorum.l. certa est forma.

¶ Qualiter interponatur secundum decretum.

Secundum decretum secundum quosdam tantum locum habet in actionibus personalibus, quia secundum Bartolum in glossa vltima. extra de eo, qui mittitur in pos.c.j. in realibus solus lapsus anni constituit missum ex primo decreto verum possessorem, nec est opus secundo.

Secundum alios tamē habet locum, tam in realibus quàm in personalibus.

De hoc plenè no. Barto. in. c. contingit. extra de dolo & cōtu. in glo. vlti. & infra, in quibus actionibus vel rebus locum habeat secundum decretum.

Quare secundum vtranq; opinionem Spe. aliquas formas subijcit, lib. ij. parte. j. tit. de secundo decreto. §. nunc dicamus. Et primò cú personali actum est actione.

Si quis igitur missus est in possessionem aliquarum rerum, pro mensura debiti declarati, nec veniat absens intra tempus debitum, de quo infra scilicet quando, & intra quod tépus, tunc veniet missus ad iudicem, & bona, in quæ missus est, petet sibi in solutum.

Ad quod hoc ordine proceditur.

¶ Ordo & forma secundi decreti in actione personali.

Pri-

Primò.

Iudex ad hoc eum citabit.ff. quod cuiusq; vniuersi.l.j.§.quod si nemo.C.de iud.authē. iubemus.Nam vtraq; parte pręsente debet interponi.ff. de dā.infect.l.dies.§.prętor ait:extra de eo, qui mittitur in posses. c.vide Spec.

Secundò.

Monebit eum iudex, quod caueat de iudicio sisti, quod si paruerit, cessat secūdum decretum.

Si autem parere noluerit, interponat iudex secundum decretū, quia contumacia pro pręsentia habetur:extra de dolo & contu.c. veritatis.ff.de re iudica.l.contumacia.

Quod autem iterum facienda sit monitio, vt iam diximus, probatur. C.de iudi.authen. iubemus.ff.de iud.l.post edictum.

Verum si reus non reperitur, debet denunciari in domo sua vel in vico, vt supra diximus.de cita.& in sæpe dicto.§.prętor ait.lege. dies.ff.de dam.infec.

Et si non venerit, vel si venerit & aliquid rationi consonum, quo minus decretum interponi debeat, nō proposuerit, iudex secundū decretum interponere debet. Vide Spec. quo modo autem actor petitionem suā formabit, vide eundem hic.

Iudex iuratos ad hoc ordinet, qui omnium

rerum inuentarium conficiant, & æstiment, æstimationem quoque in actis redigant, sicq; decernent illi secundum decretum in solutũ, cui ex primo decreto missio duntaxat decreta fuit caussa custodiæ.

Si autem non tanta bona ibi fuerint, vt satis fieri poterit, tunc iudex instantiam actori in futurum reseruet, iura in bonis debitorum, si quando ad pinguiorem fortunam venerit.

¶ *Annotatiunculæ.*

Illud autem circa secundi decreti interpositionem in personali actione annotandũ est, quòd interdum iudex decernat actori seu creditori decretum in solutum, quandoque verò decernat ad venditionem bonorum.

Quare quæ sit differentia inter decretũ in solutum, & inter decretum ad venditionem, sic habe.

Venditione decreta, & facta sententia diffinitiua, nunquàm reus auditur. C. de iudic. l. properandum. §. sin autem reus.

Verum decreto in solutum facto actori, auditur adhuc reus volens de iure suo probare.

Si verò non fuerit res creditori data, vel adiudicata, vel vendita, debitor potest recuperare rem suam in hac personali actione, vsq; ad xxx. annos, solutis actori impensis & interesse.

Et est ratio, quia creditor non verè possidedet, vt supra dictum fuit.

¶Forma secundi Decreti in Actione Reali.

Porro si reali actione actum est, secundum eos, qui secundum decretum necessarium esse dicunt etiam in actione reali, sic poterit iudex suam formare sententiam, vel conclusionem, præmissa tamen decenti actoris narratione & petitione. Ex isto die in antea ex secundo decreto constituo te rerum prædictarum authoritate nostra verum possessorem, vel quod ex nostro decreto posis vendere. Vide Spe.lib.ij. parte prima, tit. de secundo decreto.§.nunc dicamus. versicu.vnde ex secundo decreto.

¶Annotatio.

Venditio post misionem quatuor requirit vt teneat, scilicet.

Primum.

Quod misionem passus latitet, dicitur autem latitare, quando turpiter & fraudulenter se occultat vt euitet creditores. C.de bon. auto. iudi. posid. l. cum proponas. &. l. pro debito.

Secundum.

Quod fraudādi caussa latitet.ff.qui.ex cau. in possessio.l.Fulcinius.§.cum hæc.

Ter-

Tertium.

Quando de debito consſtet.

Quartum.

Quando tempus ſit præteritum. d. l. cum proponas. & ſi quid horũ defuerit, facta venditio non tenebit. argu. d. §. cũ hoc. vide Spe.

¶ *Quando & intra quod tempus ſit interponendum ſecundum decretum.*

Secundum decretum interponendum eſt, quando cõtumacia reſpondere vel cauere no lit. ff. de dam. infect. l. dies. §. ſi fortè. Idq́; poſt miſsionẽ in poſ. id eſt, poſt primũ decretum interponitur ſecundum, de re danda in ſolutum, ſeu de venditione bono. fienda anno elapſo à tempore primi decreti.

Quia & hoc tempus ſtatutum eſt ad recipiendam poſſeſsionẽ in reali. C. de præſcript. xxx. vel xl. anno. l. ſi quis emptionis. §. penul. extra de eo qui mitti. in poſ. cau. rei ſeruan. per totum: extra de officio ord. c. paſtoralis. in fi. & extra vt lit. non cõteſt. c. quoniam frequenter in fi. §. in alijs.

Et hoc cõmuniter doctores tenẽt, licet aliqui aliter ſentiant, vide Specu.

Quod ſi reus poſt primam miſsionẽ veniat reſponſurus ante venditionem ſiue dationẽ in ſolutum, reſtituenda eſt ei poſſeſsio, reſtitutis tamen primo aduerſario litis expenſis &

& dãnis, quę ꝓpter eius contumaciã pertulit, ſacraméto eius declarãdis. C. de iud. l. ſancimus. C. qũo & quando iudex. authen. qui ſemel. ff. ſi ſeruitus vẽdice. l. is cuius. facta tamẽ à iudice taxatione, in authen. de iudi. §. oportet. collatione. vj. Vide Specula.

Verum ſi redeat poſt venditionẽ factã, vel dationem in ſolutũ, referens quęſtionem de ipſo debito, & petat reſtitui in integrũ, quia fuit abſens & indefenſus omnino, vel ex alia iuſta cauſſa, audiri debet. ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. poſtea.

Secus ſi fuerit pręſens vel abſens ex volũtaria cauſſa, vel ſi abſens redierit iudice adhuc ſedẽte ꝓ tribunali. ff. de in integrũ reſti. l. diuus. &. ij. q. vj. c. biduum. verſicu. palam.

Si autem vocatus ſimpliciter dicat, non ſatiſdabo, & ita efficitur verè cõtumax, nullum eſt tempus expectandũ ad interponendũ ſecundũ decretum, cũ in certis nõ ſit locus cõiecturæ. ff. de verbo obliga. l. continuus.

¶Et in ſumma aduerte hic, quod ſecundũ decretum propter contumaciam rei interponitur, quandoq; ante litis conteſta. quãdoq; poſtea. Nam cũ petij rem aliquam, quam dico ad me iure dominij ſpectare, aut lis eſt cõteſtata, aut quaſi conteſtata, vel nullo modo conteſtata.

Item

Item aut liquet de caufsa, aut nō liquet, nec liquere poteſt.

¶In quibus actionibus uel rebus locum habeat ſecundum Decretum.

Primò.

Regulariter in omnibus actionibus perſonalibus locum habet ſecūdum decretum. C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem. ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. j. extra vt lit. nō conteſt. c. quoniam frequenter. §. ſi.

Sed fallit in conditionalibus. Nam licet in eis primum decretum locum habeat, ſcilicet vt mittaris in poſſeſ. ſi ille cauere non vult. ff. de acti. & oblig. l. is cui. ſecundum tamen interuenire non poteſt, quia nihil debetur, ſed ſpes eſt debitum iri.

Et hæc etiam in ſtipulationibus conditionalibus, inſtit. de ver. obli. §. ex cōuentionali ſtipulatione.

Item locum habet in cauſſá damni infecti, in qua ſi quis nolit cauere, ſit miſsio in poſ. bonorum ex primo decreto. ff. de dam. infec. l. prætoris officio. & l. ſi finita. §. Iulianus. & §. pe. C. vt in poſ. lega. l. certa. ff. vt in poſ. leg. l. ij. & ff. vt leg. no. cau. l. j.

Et ſi plures ſint, omnes mittentur. d. l. ſi finita. §. cum autem. Vide Spe.

Secundò.

In duplicibus iudicijs vel actionibus. ſ. famil.herciſ.communi diui.fi.reg. Si aduerſarius ad diuiſionem venire detrectat, ſimiliter præſens mittetur in poſ.non obſtãtibus opinionibus contrarijs,quarum duæ ſunt.

Prima quòd fiat miſsio in his pro ea parte, qua præſens iurauerit ſuam eſſe pro diuiſo & non pro indiuiſo. Abſurdum em̃ eſſet,quod plus ei quàm petit aſsignaretur. Vnde cum ſolum partem petat,non ſibi aſsignabitur tota res pro indiuiſo ſed ſolum pars.vide Spe.

Secunda quæ frequentior eſt, quod actor debet mitti in poſſ.totius rei communis pro indiuiſo,& miſsus medietatem fructus percipiet in re ſua,alia vero medietas ſeruabit̃ pro arbitrio iudicantis.

Non enim videtur,quòd iudex poſsit diuidere in præiudicium abſentis. C. famil. herciſ.l.cohæredibus.

Pręterea alia ratione videtur,quod non debet Iudex diuidere. Nam per diuiſionem vel adiudicationem transfert dominium,inſt.de offi.iudi.in fi.& quia ſic feret ſententiam diffinitiuam,lite non conteſta.quod non debet fieri.Vide Spec.

Tertiò.

In ſeruitutibus vrbanis vel ruſticis interponitur ſecundum decretum, ſi reus à,quo ſer-

uitus petitur, vocatus non veniat nec defendatur.

Sed hac diſtinctione, quia actor vel agit cõfeſſoria vel negatoria.

Confeſſoria, in quaſi poſſeſsione illius ſeruitutis.

Negatoria, quia dicitur non deberi ſeruitutem in illa re, & is qui ſibi deberi aſſerit non comparet nec defenditur: iudex pronunciabit interponendo ſecundum decretũ, nõ diffinitiuè, cum lis ſit conteſtata, illũ non debere ſeruitutem, donec quæſtio terminetur. ff. de non plus pe. nunc. l. ſi priuſquam. ff. de dam. infe. l. à quo. ff. ſi ſeruitus vendi. l. is cui familia. ff. de aqua quotid. æſti. l. ſi de via.

Vel melius dici poteſt ſecundum Speculat. quod non fit miſsio in poſſeſsio. quia non poteſt, ſed cauebit de non moleſtando, vt not. extra de eo qui mit. in poſ. ca. j.

Quod autem ſit officiũ iudicis, in feren. ſententiam diffini. ſuper ſeruitutem & qualiter eam formabit, colligitur. ff. ſi ſerui. vẽdicetur. l. harum. & . l. ei. Vide Spec.

¶ *Annotationes circa hanc materiam.*

Prima.

In perſonalibus actionibus lapſus anni, non facit miſſum poſſeſſorẽ ſine ſecũdo decreto.

Imo etiam poſt annum audietur reus ſuper poſſeſ-

possessione.d.l.si diffinita.§.si quis autem.& §.Iulianus scribit.&.ff.de rebus eorũ, qui sub tuto.vel cura.sunt lege.tertia.

Et dicunt quidam, quòd si conuenio debitorem meũ personali actiõe, aut probo quod latitat nec vult venire, quod tunc bona eius debeãt vendi & mihi satisfieri.C.de bo.auth.iud.pos.l.cum proponas.& authen.ibi posita.Si non probo, ero in possessione.

In realibus authen. vt in rei vendicatione, & alijs interponitur secundum decretum, qa solus transitus vnius anni sine sentẽtia facit aliquem verũ.i.incommutabilem possessoré, computato illo anno à tẽpore interpositiõis primi decreti.extra de dolo & contu.c.cõtingit.de offi.ordi.c. pastoralis. in fi. & in di. c. quoniam.§.in alijs.C.de præscri.xxx. vel.xl. ann.l.si quis emptionis. §.fi. extra de eo, qui mit.in posses.rei seruan.per totum.

Præterea agens reali dicit se dominum, nec intendit ad dominium, quia quod suum est amplius suum fieri non potest.ff.de verb.obli.l.nemo rem suam.

Sed intendit solum ad possessionem seu restitutionem.ff.de re iud.l.officium.&.l.restituere.C.de alie.iud.mutan.cau.fact.lib.j. vide Spec.

Secunda.

Ratio tamen diuersitatis, quare secundum decretũ interponitur in personalibus, & nõ realibus secundum quosdam (vt sup. diximus) hæc est, quod agens personali, petit sibi dari aliquid quod suum nõ est. insti. de actionibus. §. appellamus. & in principio tituli. §. nanque.

Et dare, est accipientis facere. ff. de verbo. obli. l. vbi autem. §. fi.

Si igitur non det, vtile est interponi secundum decretum, per quod sit missus domin⁹, vel saltem acquirit causam vsucapiendi.

At is, qui agit rei vendicatione, non petit rem sibi dari, sed eam seu eius poss. sibi restitui, vt sup. quia se rei dominũ dicit, vnde cũ per primi decreti interpositionem nanciscatur possesſionem vt sup. diximus, iam adimpletum est eius desiderium per primum decretum, & habet quod petit, nec secũdum interponitur, quia hoc tunc superfluum esset. Vide Spec.

¶ *A quibus Iudicibus, & quo iure postuletur secundum Decretum.*

Secundum decretum potest interponere is Iudex, qui & primum potest interponere: extra de eo qui mitti. in pos. cau. rei seruan. per to. de offi. deleg. c. ex literis.

Qui autem sint iudices qui primum interpone

ponere possunt, vide. sup. Sunt tamen, qui cõtendant solum posse interponi ab his, qui merum vel mixtum imperium habẽt, vt sunt ordinarij, prętores, ptæsides, & huiusmodi alij. arg. in authen. de exhib. & introducen. reis. §. si vero. ff. ad municipa. l. eam quæ. ff. de dam. infe. l. dies cautioni. §. si forte. Nam mittere in possessionem magis est imperij quàm iurisdictionis. ff. de iuris. omnium iudi. l. iubere.

Porro secundum Spec. actor postulabit secundum decretum interponi per actionem in factum. argu. ff. de dam. infec. l. inquilino. quia non est expressum de nomine actionis, vt. ff. de præscrip. verbis. l. quo. Alij autem dicunt, vt Roff. & cæteri, quod Iudicis officio (quod datur loco actionis deficientis) quod magis placet. argu. de iuris. omn. iud. l. j. Et expone in. d. l. inquilino.

Actio. i. ius quo cautio petitur. Simile de actio. & obli. i. actionis verbo. & arg. ff. de successo. edict. l. j. §. decretales.

¶ Secundum decretum tres habet effectus.

Primus.

Et is quidem vehemẽs & magnus, quia per illud aliquãdo dominiũ acquiritur, & contumacis superbia & dura ceruix refrenatur. extra vt lit. non conte. quoniã in fine. & de eo qui mit. in pos. caus. rei seruan. c. j. Vide Spec.

Secundus.

Per hoc habet creditor, cui res in solutũ data est, iustam caussã possidendi & prescribendi, siue debitor fuerit dominus rei possessę siue non, et vsucapit etiam sciens rem datam in solutum fuisse alienã. ff. de publ. l. sunt & alieni fi. ff. de noxa. acti. l. & generaliter. & not. extra de re iud. c. abbate. li. vj.

Et est ratio quia iustè possidet, qui pretore authore possidet. ff. de acqui. pos. l. iustè.

Tertius.

Per hoc venduntur quandoq; bona vt. sup. notauimus. Vide Spe.

¶De comparitione in termino.

Supra de contumacibus, & qualiter contra eos procedatur, quantum iuris tyronibus sufficiat, satis dixisse videmur.

Sed quia vocati plerunq; obediẽtes sese exhibent & comparẽt. Ideo nũc rectè de tali cõparitione ponemus, idq; hoc ordine.

¶Dicendorum ordo.

Primò, quæ communia sunt actori cũ reo.

Secundò, qualiter vel actor vel reus per se compareat.

Tertiò, qualiter vterque per procuratorem.

Quartò, ordo à iudice in comparendo tenendus.

¶Tria actori in reo communia in comparendo.

Pri-

Primum.

Eſt regulare, quod tam actoris quàm rei fiat pręſentatio. Siquidem actor non cõparens in termino, iacturam facit & termini illius & expenſarum, maximè reo comparente.

Si vero reus non compareat & contẽpſerit iudicem, proceditur contra eum vt ſupra.

Præterea ſi actor non compareat, neq; reus, & iudex reum citatum condemnet in expenſis: poteſt reus poſtea dicere ſe iniuſtè eſſe cõdemnatum, quod nec actor in termino apparuiſſet, vt not. extra de dolo & contu. c. actor. lib. vj.

Secundum.

Talis præſentatio & cõparitio & rei & actoris redigatur in ſcriptis, quia ſi non ſcriberetur, ſic appareret actoris comparitio, & reus propter ſuam contumaciam cõdemnaretur, talis ſententia eſſet retractanda.

Quia iudici non creditur, niſi quatenus cõſtet legitimis documentis, extra de probationibus. c. quoniam contra.

Tertium.

Nullus comparẽtium, ſiue reus ſiue actor, recedat ſine licentia iudicis, alioquin contumax reputaretur. xj. q. iij. c. certum.

¶Qualiter actor uel reus per ſe comparere debeat.

Comparens per ſe ſi eſt actor, tunc cum

literis & instrumento citationis in tetmino, iudice pro tribunali sedente, aduersarij cõtumaciam & absentiam, si absens & contumax est, accuset. C. de iudi. l. properandum. §. & si quidẽ. & petat eum reputari per iudicem contumacem, vt supra contumacia. Quæ singula curet redigi in actis.

Verum si reus compareat, actionẽ suam iudici proponat, & inuigilet, iudicemq; solicitet instanter super suo negocio.

Instantia enim mater est artium, & eruditionis nouerca negligentia. lxxxiij. dist. c. nihil.

Insuper videat vel suus aduocatus, quod iudicium non sit delusorium: vtpote non constans ex tribus, scilicet, iudice, actore & reo. iiij. q. iiij. c. j.

¶Si vero reus, procedatur hoc modo. Non statim consentiat in iudicem, sed protestetur quod in eum aliter non consentiat, quàm de iure teneatur.

Protestetur, quod compareat saluis omnibus exceptionibus dilatorijs & peremptorijs sibi competentibus & competituris, extra de dila. c. fi.

Si est iudex delegatus, petat sibi copiam fieri suę iurisdictionis. extra de offi. delega. cum in iure. Quæ sibi fieri debet cum die & consule. Et si denegata fuerit, poterit appellare.

re.Data autem, iam commiſsionẽ impugnet ſi poteſt,vt ſup.oſtendimus.de reſcrip. c.im pugnatione.

Petat terminum pro aduocato quęrendo, ſi eum nõ habeat vel duxerit,quẽ ſi iudex dene gauerit, appellet, vel terminum deliberandi.

In termino ſibi præfixo libellum ſibi porri gi petat.iij.q.iij.c.induciæ.§.offerat.extra de libel.obl.ca.j. Quod niſi fiat,appellet, niſi ſit talis caſus,in quo non ſit offerendus, vt infra dicemus de libelli oblatione.

¶Qualiter fiat comparitio per procuratorem.

Comparẽs procurator actoris, repræſentet procuratorium ſuum vel mãdatum, & faciat hoc in actis redigi.

Videat, ſi reus per procuratorem compareat,quod ſi ſic,inquirat de mandato.

¶Comparens vero procurator rei, petat & ipſe copiam procuratorij,procuratoris actoris.l.licet.C.de procuratoribus.

Petat inducias ad deliberandum,vel propo nendum exceptiones tam contra principalẽ, quàm contra procuratorem comparentem, & alios ſibi competentes contra quaſcunque perſonas alias pro actore comparituras, vt ad uocatos &c.

Verũ qualiter & qñ proponentur huiuſmo di exceptiones,infra de excep.dicemus.

Annotatiuncula.

Postquam vel actor vel reus, per se vel procuratorem cõparuerit, sine iudicis licẽtia non recedat. extra de iud. c. j. xj. q. iij. c. certum.

Officium iudicis in arduis negotijs, & ordo ab eodem in comparitione tenendus.

Primò.

Post comparitionem per se vel per procuratores, procuratorijs siue mandatis exhibitis, iudex vtriq; parti præfigat terminum ad dicẽdum & dandum in scriptis, tam contra mandata, quàm contra procuratoria hincinde exhibita, seu contra partes, seu contra missionẽ si facta est.

Secundò.

Adueniente termino eisdem dato, & comprobatis & admissis mandatis, si libelli parati non sint, datur terminus ad dandum & recipiendum libellum.

Verum si libellus paratus sit, iudici offeratur & notario & notarius de mandato iudicis det copiam illius reo.

Tertiò.

Præfiget reo terminum ad deliberandum, vtrum velit cedere an contendere.

Quartò.

In termino deliberationis dato roget iudex ex reo, si velit cedere vel non.

Quintò.

Si vo-

Si voluerit contendere, tunc iudex compellet eum ad respondendum libello.

Et hoc verum, si nullam proponat actionem.

Sextò.

Si reus non habeat aliquam efficacem exceptionem, tunc det ei terminum ad proponendum omnes dilatorias & declinatorias actiones, de quibus infra suo loco.

Septimò.

Exhibitis exceptiõibus rei datur actori terminus ad replicandum.

Octauò.

Exhibitis replicationibns, datur alius terminus reo ad duplicandum, si arduum sit negocium.

Nonò.

Ex euidenti caussa datur interim alius terminus actori ad triplicandum.

Decimò.

Sic datis communiter exceptionibus & replicatiõibus, iudex dabit partibus terminum ad audiẽdam interlocutoriam, super ipsis exceptionibus & replicationibus.

Vndecimò.

Data interlocutoria pro actore, re⁹ compellitur litem contestari, & statim postea iurare de calumnia.

Duode-

Duodecimò.

Quo facto iudex statim vtrique parti dabit terminum ad proponendum.

Et si arduum est negocium, post illum dabit alium terminum peremptorium ad respondendum.

Decimotertiò.

In curia Ro. & plerisque alijs locis dantur positiones hinc inde, vt partes deliberare possint super responsionibus faciendis.

In multis tamen locis non datur positionũ copia parti ab aduersa parte, sed tantum aduocato partis aduersę ostenditur, vt videat si sit ibi aliqua contrarietas implicita vel impertinens, cui nõ debeat respondere, & pręfigitur terminus ad dandum articulos, siue (vt vocant) ad articulandum. Subinde debitis & distinctis terminis, & ad respondendum articulis, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum & dicendum contra declarata, ad renunciandum, ad concludendum, & ad audiẽdum Iudicis motiuum, vt sup. notauimus in prin. vbi decem terminos substantiales iuris expressimus,

¶DE LIBELLI OBLATIONE.

Viso qualiter vocatus debeat in termino comparere, videamus de libelli oblatione.

Quia vocato & citato comparente, ante omnia

omnia post citationem libellus est offerendus. iij. q. iij. c. inducię. §. offeratur.

Imò etiã si à reo non peteret, iudex ex officio suo facit eum dari. c. j. extra de libel. obla.

Et est iste vnus casuum, in quo iudex potest replere defectum.

Ratio autem, quare iudex hoc possit, duplex assignatur, vna ne sibi illudatur, quia aliter iudicium nullum esset & non teneret.

Altera, quia caussa, quę in libello inserenda est, fundamentum est litis. extra de lib. obl. c. fi. C. de eden. l. edita. & extra de verb. sig. c. forus. §. caussa.

Quia autem dictum est, ante omnia comparenti libellum fore offerẽdum, non excludi intellige quarundam curiarum laudabilem morem: quę scilicet in more habent, vt ante omnia factum verbo proponatur, extra de Iudic. cap. pastoralis. & de litis contestatio. c. vnico.

Quo facto, statim reus interrogatur super proposito facto, qui si confiteatur, statim ei pręcipitur vt satisfaciat.

Si verò negauerit, iubetur actor dare ipsi reo neganti libellum.

Per hunc inquã laudabilem morem possunt sumptus minui, & expensę vitari, Quod summoperè iudicibus adnitendum. extra de dolo

dolo & contu.c.finem.ff.si certum petatur.l., quidẽ.ff. de aqua pluuiali arcen.l.in summa

Actoris ergo aduocatus, reo se defendere volente, triplicatum libellum habere debet paratum, vt Specula. consulit.

¶ *Officium aduocati actoris circa libelli obla.*

Aduocati actoris officium circa libelli oblationem est, vt triplicatum habeat libellum. Primum sibi reseruet & legat, vt negocium ex eo dirigat.

Secundum offerat, quandoquidem sententiam ex eo formabit.

Tertium iudex vel notarius reo offerat.

¶ *Officium aduocati rei in libelli oblatione.*

Rei aduocatus, vel ipse reus, priusquàm libellum recipiat, curet & faciat per iudicem actorem cauere & satisdare: quod dic, vt infra de satisdatione dicturus sum.

Quo facto, libellum recipiat sub hac protestationis forma: Saluis omnibus exceptionibus, & defensionibus mihi competentibus, tam contra iudicem quàm cõtra partẽ, quàm cõtra libellum vel rescriptum, & quibusdam alijs dilatorijs & peremptorijs recipio, vt infra latius dicemus: Qualiter & quomodo, illicet libellum porrigatur.

Et hanc proteſtationem faciat in actis redigi ſi vult, ad maiorem cautelam, quandoquidem ad hanc neceſſario non tenetur, nam & ea neglecta vel omiſſa, nihilominus ꝓponere eas poterit. ff. de iudi. l. non videtur. & C. de proba. l. exceptionem.

¶Iudicis officium in libelli oblatione.

Libello recepto, iudex eum legi faciat præſente reo, vel eius procuratore. Et lecto, roget ex reo vtrum ſciat vel credat, quæ in libello continentur.

Et ſi reus confidit de iure ſuo, & vult vitare maiores expenſas, poteſt ſtatim litem conteſtari, & reſpondere cõfitendo vel negando.

Sed quia raro id contingit, nam ſibi ſæpe competunt defenſiones & excuſationes ante lit. conte. quare conſultius agit, quod petat terminum ad deliberandum, vt ſup. diximus: an ſ. velit cedere an contendere.

Quod ſi ſibi à Iudice denegetur, à iudice poterit appellare, vt infra de appel. latius dicemus.

Argumentum autem ſumus hoc ordine declaraturi.

¶Præſentis argumenti ordo.

Quid libellus, & vnde dicatur. 1

2 Quot ſpecies libellorum.
3 Quot modis accipiatur libellus.
4 Quid continere debeat.
5 An ſit de ſubſtantia iudicij.
6 An poſsit mutari vel emendari.
7 Quis ſit eius effectus.
8 In quibus cauſsis offeratur vel non.
9 A quo & cui.
10 Quando & vbi.
11 Qualiter concipiatur.
12 Qualiter porrigatur, recipiatur & impugnetur.
13 De cautelis circa libellum adhibendis.

¶ Quid ſit libellus.

Libellum multipliciter definiunt. Speculator ſic: Libellus eſt breuis membrana, actoris petitionem & eius cauſsam & actionem complectens.

Alij vero ſic: Libellꝰ eſt ſcriptura breuis, in tẽtionem, cauſſam, & petitionem actoris cõtinẽs, contra aduerſarium neceſſariò inferẽs & cõcludens, vt. l. ampliorẽ. C. de appel. §. j.

Et ideo Ioan. de lig. dicit, quòd libellus ſit iuriſconſultorum ſyllogiſmus. vt ſup. latius oſtendimus.

Et dicitur libellus à libro diminutiuè, quia breuis ſcriptura vel charta vel membrana, vt ſup.

Quot

¶ *Quod species libellorum.*

Duæ ſpecies libellorum, quandoquidem alius accuſatorius, alius conuentionalis.

Accuſatorius, qui inſcriptio nũcupatur. ij. q. j. c. legum &. q. viij. per totum.

Conuentionalis ſeu poſtulatorius, qui ciuilibus cauſsis porrigitur. extra de libel. obla. c. j. &. c. fi. & in authen. de litigio. colla. viij. §. ſi vero. & de exhib. & introdu. re. §. illud quoq;. colla. viij.

Et iſte libellus plerunque vocatur ſine addito.

Libellus quandoq; dicitur petitio, extra de lit. non cõteſt. c. j. & de elect. c. dudum. &. §. licet ante.

¶ *Quot modis accipiatur libellus.*

Libellus primò dicitur paruus liber vel codicillus. ff. de tab. exhib. l. j. in princi. & extra de ſum. trini. & fide catho. c. ij. in prin.

Secundò dicitur panis azymus ſeu ſubcinericius. C. de Epiſ. audien. l. iudices. Vbi tex. dicit quòd incarceratis debet dari libellus tribus aut duobus diurnis.

Tertiò, preces principi oblatæ. C. quando libel. prin. da. fact. lit. conteſt. l. j. &. ij. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum quidam.

Quartò, Iudicis delegatio. ff. de offi. ꝓcon. l. nec quicquam. §. vbi.

Quintò, ſcriptura demãdatoris. C. de prę̃d. & alijs reb. mino. l. minores.

Sextò, ſcriptura recuſationis. C. de iud. l. apertiſſ.

Septimò, ſcriptura, quam vir mittit vxori, quam repud. aut extra in prooemio decreta, &. xxxiiij. quæſti. ij. c. ne ſatis. in fin.

Octauò, ſcriptura appellatiõis. ff. de appel. l. j. §. fin. ij. q. vj. c. ſi quis libellum.

Nonò, ſcriptura, quam iudex dat appellanti, quã etiã cõmuniter appellamus apoſtolos. ff. de libel. dimiſ. l. j. extra de appel. c. cordi.

Decimò, ſcriptura infamatoria. v. q. vj. c. hi qui. & . c. ſi quis. & dicitur libellus famoſus. C. de libel. famo.

Vndecimò, libellus conuentionalis, vt hic. & inſti. de act. §. triplici. in authen. de litig. §. ſi vero. colla. para. & exhiben. & introd. reis. §. illud quoq;. extra de libel. obla. ca. ij.

Et de hoc libello hic tractabimus.

Quid continere debeat libellus.

Primò.

Nomen actoris, argu. de electi. c. querelam. ff. de pecu. l. ſi procuratore. ff. de iudi. l. in tribus.

Secundò.

Nomen rei. d. l. in tribus. &. C. de eden. l. fi.

Tertiò.

Nomen

Nomen iudicis. ij. q. viij. c. perſcripta. §. libellorum. vt ſciatur an ſit competens vel non.

Quartò.

Nomen actionis ſecundum aliquos, ſed dic vt. ſup. declarauimus de actione.

Quintò.

Res petitas, quæ exprimendæ ſunt in libello, extra de libelli obla. c. ij. ff. de rei ven. l. ſi rem. §. fi.

Vide Spec. lib. ij. parte. j. de actione ſeu petitione. §. ſequitur. vbi de quantitate petendi diſtinguit.

Sextò.

Locum vbi actum vel contractum eſt. ff. de cenſibus. l. for. ij. q. viij. c. perſcripta. §. libellorum.

Sed hoc hodie admodum non eſt in vſu.

Septimò.

Diem quo offerť, vt ſciatur an. xx. dies efflu xerint. authenti. de exhiben. & introduc. reis. §. ſuſcepto.

Octauò.

Annũ, menſem, & nomen principis, cui illa ꝓuincia ſubeſt. C. de iudi. l. properandũ. §. j.

¶ Annotatio.

Et generaliter libellus tria principaliter cõtinere debet, ſcilicet cauſam, obligationem, & actionem.

In qualibet enim actione hæc tria conueniunt

niunt, ſcilicet factum ſiue cauſſa, vt emere & vendere & ſimilia, hæc enim facti ſunt.

Item obligatio ex illo facto deſcendẽs. Quia obligatio eſt iuris vinculum. inſti. de obli. in prin.

Tertiò actio ipſa ab obligatione tanquam à matre deſcendens.

Nam actio eſt ius perſequendi : &c. inſtitu. de actio. in principio.

Formulas autem libellorũ vide varias apud Spe. li. iiij. parte. j. per totum.

¶ *Quare ſit offerendus.*

¶ Libellus eſt offerendus. Propter actorem, vt ius ſuum declaretur. Propter reum, vt deliberet an cedere, vel contendere velit. Propter iudicem, vt ſciat qualiter debeat formare ſententiam, quæ ſecundum petitionis formam eſt ferenda, extra de ſimo. c. licet heli. de quibus. ſup. diximus.

¶ *Quinq; opiniones, an libellus ſit de ſubſtantia iudicij, & an remitti poſſit, uel non.*

Prima.

Eſt Azonis, quod non ſit de ſubſtantia iudicij, vt colligi poteſt. xj. quomodo. j. c. ſuꝗs cum clerico. extra de dolo & cõtu. c. prout. & quod expreſſe remitti poſsit. C. de priuileg. ſchol. l. quoties lib. xij.

Secunda.

Eſt Inno. iiij. quod ſit de ſubſtãtia iudicij, & eo

eo omisso non valet quod fit. argu. extra de probatio.c.quoniam contra.C.de lit.cõtest. authen.offeratur extra de libel.obla.capi.j.

Tertia.

Est Vincen.& Accur.qui dicũt tacitè posse remitti sed expresse non, sicut & iuramẽtum de calumnia.C.de iura.calum.l.ij.§.sed quia.

Quarta.

Est Odoffre.qui dicit,quod expresse remitti potest,sed non tacitè.C.de senten.& interlocu.omnium.l. prolatum.

Quinta.

Est communis & melius sentientium,quod nec tacitè nec expresse remitti potest, & hæc est conformis secundæ,quæ est Innocen.

Quia nõ tacitè,ne videatur allegare aliquid per ignorantiam fuisse omisum,quã nemini prætẽdere licet ordine iuris omisso.in authẽ. in medio litis non fieri sa.§.fi.colla.vj.

Item neq; expresse.d.l.ij.C.de iura.calum. & arg.ff.de procu,l. filiusfa.§. veterani. extra de testa,c,tuis.

Vnde si actor omisit dare libellũ, & post litis contesta. petat illum offerri, non est audiendus.

¶ An actor potest à libelli prosecutione desistere.

Actor re integra indistinctè secũdum Spe. à libelli prosecutione desistere potest. C. vt nec in iu.age.vel accu.cog. per totum.

Nisi cum reus per iudicem vel executorem sit conuentus, quia tunc Reo instante vel postulante, necesse habet litem perficere. C. quo modo & quando iudex authen. qui semel.

Vide plenius Hostien. in summa in titu. de libelli obla. §. vtrum post.

Libellus autem accusatorius oblatus recusari potest, etiam post conuentioné sine pœna. ij. q. iij. c. si quem pœnituerit. c. si quis iratus. ff. ad turpil. l. quæsitum. ff. de in ius vocan. l. libertus.

Tenetur tamen libellum iniuriarum porrigens, quia infamauit eum, cui porrexit. ff. de iniur. l. item apud. §, si quis libello.

Et hoc ante inscriptionem. Nam post non potest pœnitere, nisi in casu. iij. q. ij. c. paulú. extra de accu. c. licet. C. de abol. l. fallaciter.

¶ An libellus possit mutari, uel emendari,

Libellus mutari, corrigi, emendari potest, tamen hac distinctione.

Ante lit. contesta. & post vsq; ad iuramentum de calum. mutari potest & emendari vel corrigi, siue sit de clausula saluo iure addendi vel minuendi siue non. C. de eden. l. edita. insti. de acti. si nimius. vt petij viginti nummos peto decem, vel econuerso.

Post iuramentum calum. si plus est petiturus, non potest mutari. Si minus, potest mutari,

ri, quia in maiori quantitate minor continetur. ff. de regu. iuris. nisi dolo ab initio quantitatem expressserim, tunc em̄ si petij & cautionem exegi, cado à caussa. C. de plus peti. l. vnica. extra eo. c. vnico. vide Specula.

¶*Quis sit effectus libelli.*

Quatuor primarij effectus libelli.

Secundum eius formam sententia eius dictatur à iudice. extra de accu. c. qualiter. & de simo. c. licet heli. 1

Perpetuat actionem annualem, quādo princeps ad illum rescribit. C. quando lib. princi. obl. l. prima & secunda. Secus si alij iudici offeratur. ff. de actio. & obl. l. constitutionibus. 2

Facit rem litigiosam secuta denuntiatione. C. de litigios. authenti. litigiosa. extra vt lite pendente. per totum. 3

Interrumpit præscriptionem, etiam si nullam caussam vel saltem vnā ex omnibus continet. C. de præscript. xxv. vel xl. anno. l. sicut in rem. C. de anna. except. l. si ex multis. 4

¶*In caussis offeratur libellus, uel non.*

Regulariter in omni caussa, & vbicunq;, vel coram quocunq; iudice offerendus est libellus, nisi in casibus hic sequentibus. 1

In omnibus caussis, in quibus non seruatur ordo iuris, de quibus in principio dedimus tabulam, quam vide. 2

3 Quando caussa est vilis, quia modicæ summæ. Caussa enim minor duobus aureis, est vilis. ff. de dolo. l. si quis oleum. & l. sequēti. vel est vilium personarum & inopum, quæ autē sint tales, vide. l. humilem. C. de incest. nupt.

4 Quando Episcopus cognoscit de caussa ciuili inter clericos sibi subiectos, in authenti. vt cleri. apud propri. Episc. con. in princip. colla. vj. ij. quæstio. j. c. si quis. Vide Spec.

5 Quando Episcopus audit accusationem iudicis fugiētis, ne reddat rationem, qui captus est. In authen. vt iud. siue quoq; suffrag. §. necessitatis. col. ij.

6 Quando agitur in modum inquisitiōis, aliquo denuntiante, extra de test. c. cum olim. Et hic casus comprehenditur inter istos. sup. in tabula, in quibus scilicet non seruetur ordo iudiciarius. Vide Spe.

7 Si agatur de beneficio authoritate apostolica obtinendo. Nam tunc litera apostolica potest esse loco libelli, nec iudex habet necesse alium libellum recipere, extra de præben. c. cū secundum apostolum. §. fi. & c. j. & ij. de rescrip. c. ad aures. Vide Spe.

8 Si agitur de minus canonicè obtentis sine diocœsani conscientia. 16. q. 7. c. nullus. extra de iudi. c. iij. Vel si agitur de diutina vocatione, vel alijs grauaminibus ecclesiarum, quæ dioce

diocœsanus ex officio suo habet corrigere, quando & ipse ex officio procedit. extra de ecc.benefi.c.vnico.

Vbicunq; de plano iudicis officium expeditur, secundum Accur. & Rost. 9

Si partes in hoc consenserunt & se arbitrio iudicis supponant. C. de priuil. schol. l. quoties. in fin. Sed si talis negotij sit vtilitas, lib. XII. vide glos. C. de Episc. & cle. authen. generaliter. Vide Spec. 10

Si in caussa matrimoniali ex officio proceditur, de quo. sup. circa. prin. in tabula. 11

Cum tutor accusat de falso pro interesse pupilli: idem de curatore. C. qui accu. pos. vel non. l. ij. 12

Cum miles colonus efficitur C. loca. l. fi. 13

In accusatione apostasiæ. C. de apost. l. apostatarum. quod tamẽ Speculatori non placet. 14

In accusatione falsæ chartæ & falsi testis coram iudice producti. Nã & ibi iudex sine accusatione punit. C. de proba. l. pe. C. de testi. l. nullum. 15

In notorijs quibusdam ex officio proceditur, extra de iureiur. c. ad nostram. de accu. c. euidentia. 16

In accusatione falsę monetę. C. de falsa. mone. lege prima. 17

 In cri-

18 In crimine suspecti tutoris.ff.de suspect.tu. l.ij.§.non tãtum. Et in omnibus criminibus, vbi quis sine accusatore damnatur, extra vt eccle.benefi.c.nostrũ.vt & in crimine lenocinij.ff.de adult.l.ij.§.si quis in publico. Vide Specu.

19 Vbicunq; mulier admittitur ad accusandũ. C.qui accu.non pos.l.crimine.

20 Si sit de consuetudine, quod non detur de certa re non dabitur.C.de priuileg.Schol.l.si na.libro.xij.in princ.lib.xij.

21 Quando duo æquè contendunt de possessione, & neuter vult libellare, tunc iudex interponat vices, ne ad arma curratur.ff.de vsu fru.l.æquissimum.Respon.j.Sine libello receptis testibus, adiudicabit possessionem clarius probanti, vetabitq; alium vim facere. Vide Specu.

22 Quando missus in possessionem authoritate iudicis, nõ admittitur ad eam, potest enim implorare officium Iudicis extraordinariè, vt militari manu in possessiõem inducatur.ff. ne vis fiat ei, qui in poss.miss.lega. iij. Respõ. j.vide Spe.de alijs remedijs.

23 Quando agitur contra ascriptitium fugitiuum.C.de agri.& censi.l.si coloni.li.xj.

24 Quando agitur actione in factum, quæ ex re iudicata descendit, de qua habetur. C.de reb.

reb.creditis.l.actori. Vide Speculator.

Quando de possessione litigatur quocunq; modo, & hoc propter sui vtilitatem.C.vnde vi.l.momentariæ. Vide Spe. 25

Cum Iudex dicit aliquem esse de sua iurisdictione, & debere sibi sicut alij subditi obedire, id enim ex officio sententiali expeditur.ff. ad municipales.l.de iure.in prin. 26

Cum quis edicto diui Adriani, vel ex constitutione Iustiniani, quæ est.C.de edicto diui Adria.tollen.l.fin. petit se mitti in possess. Neminem vocat in iudicium, sed à Iudice petit bonorũ poss.ff.de officio procon.l. nec quicquam. paragra.vbi decretum. Vide Spec. 27

Quando petitur testamentum aperiri. Hoc enim ex officio extra ordinem & sine dilatione expeditur.ff.de appel.recip.l.fi. 28

Quando petitur Carboniana bonorũ possessio, vel cum mulier nomine vẽtris, petit se in possessionem mitti. quia tũc nihil petitur ab alio vel dari vel fieri. Nullus etiam in iudicium vocatur argu. sępe allega.authen.offeratur.ff.de leg. præstã. de bonorum possess.contra tabu.pe.l. filium. §. si quis.verum si quis se opponat, necessariꝰ erit.ff. de Carbo.edict, l.iij,§.caussæ.&.§.duæ. 29

Quando agitur de eo, quod factum est in loco publico, qui est in ciuitate. Nam de illo 30 locum

locum non habet interdictum, Ne quid in loco publico fiat, vel vt quod factum est, tollatur. Et sic tunc non recurritur ad eius ordinarium, sed absq; libello expedietur. ff. ne qd in loco publico. l. prima. si quis neminem. Vide Speculatorem.

31 Cum postulatur cautio damni infecti, secundum quosdam, & hoc quia desiderat celeritatem. ff. de dam. infect. l. prima. & quia iudicis officio expeditur. ff.. eo. l. iiij. §. hoc autem iudicium.

32 In omnibus illis casibus secundum quosdam, in quibus summaria cognitio requiritur, qui plures & speciales sunt, quos prosequere, & dic vt no. Spec. de off. om. iud. §. postremo. versi. iij. & v.

33 Impetranda restitutione, qua impetrata cōpetit rescissoria secundum quosdam.

34 Cum agitur secundum quosdam in patrē & filium de patria potestate, super obsequijs pręstandis, vel inter patronum & libertum. ff. de offi. procon. l. nec quicquàm. §. planè. hęc enim iudicis officio expediuntur. Vide Speculato. & d. l.

35 Quando petitur dari tutor pupillo, vel curator minori. xxv. annis. Et quādo petitur interdici alicui prodigo bonorum suorum administratio. Vide Speculatorem.

Quan-

Quando officium iudicis, quod actioni de- 36
trahit, imploratur.

Cum vir intra.lx.vtiles accusat iure mariti. 37
C.de adulte.l.iure mariti.&.l.quamuis.

In criminalibus, quę per officiales denun- 38
ciantur.C.de accus.l.ea quæ.

In crimine abigeatus, l.vnica. C.de abige. 39

In leuibus criminibus.ff.de accu.l.leuia. Le 40
uia autē crimina sunt, vt abigeatus, furta do-
mestica, furta modica, & secundum quosdam
leues iniurię verbo illatę.

Si Christianus accusatur cum Iudęa con- 41
traxisse, vel contra.C.de Iudæis.l.ne quis.

Quando aliquis de necessitate iuris, prose- 42
quitur accusationem.ff.de quibus vt indig.l.
tutorem. Sicut hęres, qui tenetur vindicare
necem defuncti. Vide Specula.

Quando quis petit possess. rerum petitarū, 43
vel etiam pro modo debiti declarati, propter
contumaciam aduersarij.

Vbi petitur declaratio seu interpretatio ali- 44
cuius clausulæ obscuræ vel ambiguę ex offi-
cio superioris.ext. de verb.sig. c.in his. &. c.
olim tibi.

In pręiudiciali quęstione quando agitur. 45
Vide Speculatorem.

Vbi petuntur expensę. Vide latius Spec. 46
qui aliquot alios ponit: in quibus tamen est

con-

contradictio, quare hic omittemns.

47 Et generaliter libellus non offertur in casibus, in quibus testes recipiuntur, lite non cótestata: quos habebis infra de testi. nec in illis, in quibus audientia denegatur, Vide Specu. de appellatio. §. in quibus. versiculo. xxij.

A quo, & cui offeratur libellus.

1 Libellus offeratur ab actore, tam in ciuili caussa quàm in criminali, extra de lib. obla. c. j. ff. de eden. l. j. §. j.

2 Offerri verò debet iudici. extra de libel. obla. c. j. In plerisque tamen curijs porrigit reo, vt clarè habet Authen. offeratur. C. de lit. contest.

3 Offertur reo etiam nó petenti, siue ab ipso actore, siue à iudice, pro loci consuetudine.

4 Offertur in iudicio, & vbi ius reddi consueuit, iudice sedéte. Et hoc generaliter quocunque coram Iudice, etiam arbitris. Quia arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta.

Quando & ubi offeratur.

Regulariter libellus offerendus est ante litis contestationem, cùm sit fundamentú caussæ, extra de probatio. c. quoniã. & tempore, quo iudicium exercetur.

Veruntamen in certis caussis, etiam die feriato potest offerri, quãdo iudicium non exercetur. ff. de adulte. l. miles. §. sexaginta. Idem in.

in.c.fina.extra de iudi. in vltima glossa.

Sed tunc datur solum iudici & non parti. Quando quidem reo non offertur nisi in iudicio, vt sup. dictum est.

¶Qualiter concipiatur libellus.

Verùm, cum libelli diuersimodè, & sub diuersis verbis, secundum varietatem regionũ concipiantur, nõ potest certa præscribi forma. Sed quilibet suæ curiæ seruet morem, cõsuetudinem & stylum. Nos consultò eam rẽ hic breuibus tractabimus. Poteris tamen videre Specu.lib.iiij.parte.j.titu.de libel. conceptione.§.iam nunc videndum. vbi aliquot formulas pręscribit.

¶Editor libelli tria potissimùm curet.

Interim tamen hęc generalia notabis.

Primum, quod pauca & non superflua ponat, cum plerunque in multiloquio error cõtingat, vt.xliij.dist.c.sit rector. Et melius est pauca vtiliter ostendere, quàm multis inutilibus aures hominũ prægrauare. C. de vet.iur. enucl.l.tantum.§.cõtrarium. Graue enim est probare, & ad probandi onera venire. ff. de rei vend. l.is qui destinauit. Probari siquidẽ debent, quæ in libello inseruntur. C. de proba.l.actor.

Secundum, quod ponat necessaria & vtilia, quæ scilicet probata, suam iuuent intentionem,

nem, extra de iudic.c.examinata.

Tertium, ponat generalia, vt in processu habeat plures vias, & plura diuerticula ad intétionem suam fulciendam, vide Spec.

¶Qualiter porrigendus sit libellus.

Libellus porrigatur personæ legitimæ, non minori, sine tutore vel curatore, non canonico regulari vel monacho absq; sui prælati licentia, extra de iudi.c.causam.

Et si tutori dandus sit, videat aduocatus an sit sufficiens.

¶Qualiter recipiendus.

Recipiatur cum protestatiõe, quod scilicet saluum sit sibi ius dicendi, tam contra form. libelli, quàm contra iudicem & contra actorem vt.sup.diximus.

Recipiatur quoq; coram suo iudice, & non alio. Et cautiõe præstita ab actore. Vide Spec.

¶Qualiter impugnetur libellus.

1 Si vnum illorum defuerit de quo.sup.quid continere debeat libellus.

2 Non valet, si actor indeterminatè petat. extra de lib.obla.c.ij.& de dila.c.literę.

3 Non valet si agitur criminaliter nec in eo se ad talionem obligat accusator. vt.ij.q.vij.c. quisquis.

4 Si non contineat nomen iudicis, actoris, rei, diem, mensem, locum, rem vt.sup.diximus.

mus, quæ libellus continere debeat.

Non valet coram iudice delegato oblatus, 5
si rescriptum sit surreptitium, vel ipse rescripti excedat limites, extra de rescrip. c. dilecti. c. super literis. ff. mandati. l. diligenter.

Si non sit subscriptus, extra de libel. obla. c. 6
j. ibi roboratam, id est subscriptam, & in authen. de exhiben. & introducen. re. §. sancimus.

Si contineat plura crimina, nisi sint sigilla 7
tim specificata.

Si post confirmatam electionem agit, quos 8
per modum exceptionis, nisi se obliget ad aliquam pœnam extraordinariam, extra de accu. c. super his.

Si agatur de crimine ciuiliter, non valet, ni-
si in libello ponatur iniuria facta, in quo lo- 9
co vel membro sit facta, vt iudex posit melius sententiam formare. insti. de iniur. §. atrox.

Non valet si contrarias contineat actiones, 10
si sit cõditionalis, si sit obscurus, vel nimium generalis, vt sic reus certificari nequeat, quo iure actor agere velit. ff. de eden. l. j. vide Speculatorem.

Si agatur nomine ecclesiæ per prælatũ vel
syndicum, vel actorem, nisi nomine ecclesiæ 11
formetur.

X Non

12 Non valet in actione reali, nisi res exprimatur, extra de libel. obla. c. ij.

13 Si agatur super fundo, qui proprium nomen non habet, nisi ad oculum ostendatur, vt etiam locus vbi est designetur, vel si nomen hebeat & illud non exprimatur.

14 Si petatur res & illa non exprimatur, an tota, vel pars, vel quota.

15 Si res mẽsurabilis petatur, nõ valet, nisi qualitas, & numerus mensurarũ exprimatur. ff. de rei ven. l. si in rem. ff. de peti. hæredi. l. j.

Et si actor sic incertum petat, & non specificet, reus absoluatur. ff. de acti. & obli. l. Arrianus. extra de proba. c. ex literis. vide Spe.

16 Non valet in personali, si non exprimatur causa in libello. ff. de exceptio. rei iud. l. & an eadem. §. actiones.

Alioqui non cogitur reus respõdere, vel recipere libellum. Si tamen sponte recipiat vel spondeat, valet.

17 Si non detur ante litis contestationem, extra de libelli obla. c. j. Nisi forte in causa recõuentionis, vide Spe. li. iiij. parte. ij. de libel. cõcep. §. iuxta propositionis ordinem.

¶ *De cautelis circa libellum adhibendis,*

1 Actoris aduocatus cautus debet esse, vt secundum regionis morem, in qua degit, libellos componat.

Nisi

Nisi valde sit peritus, semper in cōcipien- 2
do libello, in quo est quasi vis caussæ, deli-
beret.

Cautè agit, si ponat tempus oblatiōis pro- 3
pter interrumpendam pręscriptionem. C. de
pręscrip. xxx. vel. xl. anno. l. si quis.

Si poterit, potius agat sine libello quàm cū 4
libello.

Si viderit & consideret libellum benè fore 5
cōceptum, faciat eum redigi in actis, extra de
probatio. ca. quoniam. ne deinceps reus pos-
sit cauillari, eum fuisse mutatum.

Cautus sit actor, vt se nominet in libello do 6
minum rei, de qua agitur, puta canonicū vel
rectorem talis ecclesiæ, de qua agitur.

In nulla actione reali debet quis dicere, pe- 7
to mihi rem restitui, sed tantum peto rem
ipsam, vel ipsam hæreditatem.

Rationem vide apud Speculatorem.

Cautus sit reus vel eius aduocatus, si res vel 8
caussa, vt prædictum est, non declaretur in li-
bello, excipiat, non teneor respondere, qa res
vel caussa, ex qua petitur, non exprimitur.

Et si iudex hanc exceptionem nō admittat,
poterit appellare: extra de libel. obla. c. vide
Spec. §. ad huius. titu. prædicto.

¶ Protestationes generales libellorum.

Ad cautelam in libello protestetur sic. 1

 Saluo

Saluo iure addendi, minuendi, declarandi, & quolibet alio iuris beneficio.

Proteſtetur quoq; hac vel conſimili forma.
2 Non aſtringo me ad omnia & ſingula in libello contenta probanda, ſed ad ea ſolũ, quę ſufficiant ad victoriam cauſſæ meæ.

Poteſt & ſic proteſtari, proteſtor de expẽſis
3 faciendis & factis, vt in his quæ not. extra de dolo & contumacia. c. fiunt.

Proteſtetur reus ſic: Iſta ita reſpondeo, non
4 tamen animo conteſtandę litis, de qua proteſtatione not. extra de appel. c. ſolicitudinem.

Et addat, Saluo iure meo, & ſaluis omnibus exceptionibus mihi competentibus.

DE DILATIONIBVS.

Quia libello recepto datur dilatio ad deliberandũ, vt ſupra declarauimus. Ideo rectè hinc de dilationibus videndum eſt.

Ordo dicendorum.

1 Quid dilatio.
2 Quot ſint ſpecies dilationum.
3 Dilationis conditiones.
4 Quis ipſas dare debeat.
5 Quando.
6 Quibus & quoties.
7 Qualiter.

Quid dilatio.

Dilatio eſt temporis in cauſſa prorogatio, vel eſt

vel est tempus datum à lege vel iudice partibus, ad veniendum.

Ex hac descriptione duplex colligitur dilatio.

¶Dilatio duplex.

Prima datur ab homine vel iudice. Secunda à iure vel lege, vt patebit. inf. de ferijs.

¶Quod species dilationum.

Dilationum aliæ sunt iudiciales, aliæ non iudiciales:

¶Species dilationum iudicialium.

¶Experiundoriæ, de quibus extra qui ma. accu. pos. c. fi. &. l. diffamari. C. de ing. manu.

Dictę experiundorię, quia danť vt intra tempus experiatur litem, alioqui postea non audietur.

• Experiri autem quandoq; ponitur pro respondere, seu defendere, quãdoq; pro agere.

¶Citatoriæ sunt, quę dãtur vocato ad caussam, ad veniendum ad iudicem ante litem cõtestatam, de quibus. ff. de iudi. l. ad peremptorium. & sequenti. vsq; ad. l. de qua re.

¶Repræsentatoriæ, de quibus extra de appel. c. personas. respon. j. &. c. sępe.

¶Sistoria est, quia si conuenit quo die stetur in iudicio, standum erit: si autem non conuenit, erit in arbitrio iudicis. ff. q̃ satisda. cog. l. de die. in prin.

¶Defensoria est, quia si quis nomine alteri us petat actionem sibi dari, debet satisdare de ipso defendendo in reconuentione, arbitrio boni viri. ff. de procu, l. seruum. §. ait prætor.

Et debet sibi dari dilatio, quæ est. C. de fide iussoribus. l. penul.

¶Denunciatoria est, qua petitur dilatio ad denuntiandum aduersario.

Quia debet dari ea, quæ est. C. vbi de crimi. agi oportet. Authentica qua in prouincia. &. C. vbi in rem actio. l. secunda.

¶Electoria est, quæ datur ad arbitros eligẽdos, & hæc est trium dierum, vt. C. de Iudic. l. apertissimi. &. l. finali.

¶Inquietoria est, si quis dicat iudici: Domi ne talis mihi intendit quæstionem, facere & mouere cum voluero, iter arripere recedẽdi. Vnde iubeas ei, si quicquam vult dicere, vt dicat intra certum tempus.

Et hæc dilatio non est à lege statuta, sed iudicis arbitrio committitur. C. de ing. manu. l. diffamari. & est similis experiundoriæ.

¶Inchoatoria est duorum mensium. C. de lit. contesta. authe. libellum.

¶Reuocatoriæ dantur ei, qui ius habet reuocãdi domum: extra de dil. c. fi. de foro cõ. c. fi.

Reuocatoria etiam alio modo dicitur, si q̃s responsionem factam positionibus velit reuocare.

Et

Et hæc eſt dilatio trium dierum ſecundum quoſdam. C. de erro. aduo. l. iij.

¶Vacatoriæ ſiue feriales ſunt, de quibus extra. &. C. de ferijs. &. xv. q. iiij. per to.

¶Reſtitutoriæ ſunt, quę danť ſpoliatis poſt reſtitutionem vt quieſcant, nec cogãtur ſpoliatoribus vel alijs ante reſtitutionem reſpondere, quæ ſunt ad minus ſex mẽſium, nec maiores anno. iij. q. ij. c. eiectis.

Vel dic, quòd ſunt arbitrarię. eadem. q. c. ſi Epiſcopus.

Hodie tamen his non vtimur in cauſſis, eſt tamen argumentum quod poſſemus eis vti, vt extra de reſti. ſpolia. c. frequens. lib. vj.

Vel ſaltem tanto tẽpore debet pacificè poſſidere, quanto ſtetit ſpoliatus priuſquam reſpondeat. eadem. q. c. prius. &. c. tamdiu. ij. q. ij. c. præceptum.

Sunt & aliæ reſtitutorię, quę quatuor annorum, quę. ſ. dantur ad petendam reſtitutionẽ. C. de tempo. in integ. reſtit. l. fi.

¶Exceptoriæ ſunt, quæ dantur ad proponendas & probandas exceptiones, extra de excep. c. paſtoralis. & extra de off. dele. c. prudẽtiam. §. ſexta. &. c. ſuſpiciõis. de appel. c. cum ſpeciali.

¶Deliberatoriæ ſunt, quæ dãtur ad deliberandum reis, vtrum velint cedere, an conten-

dere, & ſunt.xx.dierum. iij.q. iij.c. offeratur, &.C.de lit.conteſt.authent.offeratur.

¶Præparatoriç ſunt, quç dantur poſt lit.cõteſt.& etiam ante. v.q.ij.c.ſi primate volenti per teſtes inſtrumenta probare ad quçrendos teſtes, vel inſtrumenta præparanda, vel aduocatos inueniendos, vel conſilia amicorum petenda.

¶Dubitatoria eſt, ſi forte facta poſitione q̃s dicit ſe dubitare, & petit dilationem, & hoc committitur Iudicis arbitrio, cum non ſit lege diffinita.ff de interrogat.act.l.qui interrogatur.&.l.ſequenti.extra de offi. deleg. c. de cauſsis.

¶Probatoria eſt, quæ datur volenti probare de iure ſuo & eſt.ix.menſium.C. de dila.l. fin.iij.q.iij.c.induciæ.§.ſpacium.

¶Diffinitoria eſt, in criminali biẽnium. C. vt intra certum tem.l.fi. In pecuniaria trium annorum. C. de iudi. l. properandum. extra eo.c.pe.

¶Exequutoriæ ſunt, quæ dantur reis condemnatis in perſonali ad ſatisfaciẽdum, priuſquam ſententia executioni mãdetur. Et ſunt quatuor menſium.extra de offi.deleg.c.quærenti.C.de vſu rei iudic.l.ij. extra de re iudicata.cap.quod ad conſultationem.ff.de iudi. l.ſi debitori.

¶Sed

¶Sed hæc non habet locum in actione reali, in qua datur modicum tempus Iudicis arbitrio, ei qui condemnatus est, ad rei restitutionem, Insti. de offi. iudi. in prin. &. §. & si in rem. ij. q. j. c. sicut,

¶Appellatoriæ sunt, quæ dantur ad appellandum, & sunt decem dierum. ij. quęstione. vj. c. anteriorum. extra de elect. c. cum dilecti. in fine. de testibus. c. significauerunt. C. de appella. l. eos. in fine. & authen. ibi posita.

Et hæc non currunt ignoranti.

¶Persequutoriæ sunt, quæ dantur ad prosequendam appellationem, estque annus, vel ex iusta causa biennium, siue ante sententiã, siue post appelletur, extra de appel. c. cum sit Romana. ij. q. vj. c. ei qui.

Nisi iudex ex caussa tempus breuius moderetur. d. c. cum sit Romana.

¶Supplicatoria, & est decem dierum. C. de preci. impe. offer. Authen. quæ supplicatio.

¶Solutoria ẽ, quã. sup. exequutoriã dixim⁹.

¶Restitutoria, si quis condemnatus est mihi rem restituere, quam etiam. sup. exequutoriam diximus.

¶Dilationes non iudiciales.

¶Electoriæ. extra de conuer. cõiug. c. ex publico. ff. de optio. lega. l. mancipiorum. extra de electio. c. ne pro defectu,

¶Confirmatoria, qua electus à tempore cõsensus debet intra tres menses petere confirmationem, vt in constit. Greg. x. de elect. c. quam sit. lib. vj.
¶Aliæ, quę dantur electo ad consentiendũ. s. vnius mensis. d. c. quam sit.
Aliæ, quę dantur ad petendum consecrationem & pallium, quæ sint trium mẽsium. c. distinct. c. quoniam &. lxxv. dist. c. quoniam.
¶Expectatoriæ. extra de frigi. & malefi. c. laudab.
¶Ordinatoriæ, extra de electi. c. cum in cũctis. §. inferiora.
Præparatoriæ, de quibus habetur de appellationibus. c. præterea.
¶Pœnitentiales, quę arbitrarię sunt. xxvj. q. vj. c. tempora. extra de pœni. & remis. c. ij.
¶Constitutoria, scilicet, si constituisti te soluturum decem, vel speciem prę staturum, nõ adiecto die, statuit modicum tempus non minus. x. dierum. ff. de consti. pecu. l. promissor Stichi. §. j.
¶Emendatoria, scilicet damni infecti secũdum consuetudinem loci.
Si non sit consuetudo, committetur iudicis arbitrio. ff. de dam. infec. l. damni infecti. & l. si finita. in prin.
¶Excusatoria, scilicet cum is, qui datus est tutor

tutor, se potest excusare intra quinquaginta dies.instit. de excu.tut.vel cura.§.qui autem.

¶Inuentoria, quæ datur ad inuentorium faciendum. Et est.xl.dierum.si res sint præsentes, alioqui annus. C.de iure delibe. l. sancimus.§.sinautem.&.§.j.&.§.sinautem.

¶Auxiliatoria, quæ datur ei, qui petitur in vasallum ad quærendum aduocatum. ff. ex qui.cau.manu.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.

¶Alia datur ex bono & æquo. Et hæc in arbitrio iudicis.ff.de verborum obliga.l. continuus.ff.de iure delibe.l.prima.

Latius hic vide Spec.lib.ij.titu.de dilatio.& glos.bonam ponentem quinq; genera induciarum.iij.quæstio. ij.c. de inducijs in prin.

¶*De conditionibus Dilationum.*

Iudex potest exigere iuramentum à petente dilatióem, si bona fide vel ex malitia petat, caussa prolongandi litem. 1

Tales enim amputandæ sunt.C.de tempo. appella.l.ij.in princip.

Præsumentur autem peti bona fide in casibus à iure concessis.

Dilatio potest & debet dari tã actori quàm reo, ante litem contestatam & post, & hoc 2
iudice pro tribunali sedente, & caussa cognita & vtraque parte præsente.iij.q.iij.c. inducïæ.

eię.§. ſpacium.&.C.de iudic.l.à procedente.
Data dilatione,& aduenientetermino per-
3 emptorio aſsignato, Iudex non poteſt pro-
lógare, nec eo elapſo quis vltra audiédus eſt.
Aliàs enim nullus eſſet litium finis. xxiiij.
q.iij.capitulo de illicita.
Et peremptorius terminus vim habet in-
terlocutoriæ.ff.de arbi.l. qualem.
Si quis comparet in termino,& copiam nó
4 habet iudicis, proteſtetur quod cópareat co-
ram notario & diſcretis viris.
Sed ſi terminus ad deponendum, ſufficit in
ſcriptis depoſuiſſe.
Si iudex aſsignat ſimpliciter terminum ad
5 aliquid faciendum, tota dies termini cedit il-
li inſti.de obli.§. in diem.
Hoc iudex ſemper obſeruet, vt aduenientе
6 die termini, faciat legi termini aſsignationé,
vt ſciatur ſuper quo & ad quid fuerit pro-
cedendum.

¶Quis dilationes concedere debeat.

Induciæ & dilationes conceduntur à lege,
vel à ratione.
Et ſeruandę ſunt, nec à iudice abbreuiari
poſſunt, niſi iuſta cauſſa interueniat, quare
ſint abbreuiandę. Et tunc cómittitur arbitrio
iudicis.ff.de verbo.oblig.l.continuus.§.ij.vi-
de glo.in.c.cũ ſit Romana. extra de appella.
Ve

Veruntamen repręſentatorias & reuocatorias, & exceptorias, & quaſdam alias concedit iudex.

Et breuiter, omnes dilationes iudiciales, pręterquã appellatorię, arbitrarię ſunt, vt notatur in capi. cum ſit Romana.

Vide quod notatur de ſenten. excõmunicatio. c. ſolet. libro vj. in glo.

¶Quando concedantur dilationes.

Conceduntur dilationes, quando bona fide, & non cauſſa litis propagandę, petuntur, & iudice pro tribunali ſedente, vt ſupra prima & ſecunda conditionibus dilationis.

Vide Specu. latius lib. ij. parte. j. de dila. ibi quando concedantur dilationes.

¶Quibus & quoties dilationes dantur.

Dilationes dantur actori, reo & accuſatori, & accuſato.

Quot autem dentur actori, & quot reo in criminali cauſſa vel ciuili, vel ad teſtes producendos, & cui derogentur, & quando, bene determinat Specu. in ſumma eo. titu. §. & quibus.

Hoc tamen animaduertẽdum, quòd quotieſcunque opus eſt, & bona fide dilatio petitur, danda eſt: niſi triennium, quo & cauſſa ipſa perit, inſtet. C. de iudi. l. properãdum. §. & ſi quidem.

Reli-

Reliqua vide apud Specu.lib.ij.titu. de dilatio.§. videndum restat.

¶*Qualiter assignandæ dilationes.*

Qualiter autem assignentur dilationes ad probãdum. vide Spec.in prin.titu.de proba. Sed hoc interim diligenter animaduerte, quod quãdo procuratori assignatur terminus ad aliquid faciendũ, debet semper dici illa clausula. Et ad omnia alia, quę facienda occurrẽt.

Et nota, quod dentur cõmuniter Dilatiões tam actori quàm reo: puta, ad ponendum, vel ad iurandũ, vel testes producẽdum, & huiusmodi prius debet actor adimplere, & prius debet sibi terminus assignari, ar. C. de iuramen.calum.l.ij.in prin.&.iiij.q. iiij.c.j.ff. de iudi.l.qui prior.

Vnde seruatur, vt dicit Specul.quod prius datur terminus actori ad ponendum & dandum articulos, secũdò sibi pro secũdo, & reo pro primo, rursus detur secundus soli reo, tertiò datur vtriq; cõmuniter peremptorius.

Et sic vicissim quodammodo vel articulos dabunt: extra de accu.c.ij.de ordi. cog.c.ij.

Si enĩ vltimus terminus soli reo daretur, & aliquid nouum proponeret actor, cõtra illud defendere se nõ posset, nec aliqd dicere, peremptorio termino sibi obstante.xxiiij. q. iij. c.de illicita.extra de exceptio.c. pastoralis.

Ce-

Cætera de hac materia vide apud Spec. lib. ij. titu. de dilatio. §. videndum restat, quibus & quoties, hæc hic sufficiant.

¶DE FERIIS SIVE *feriarum petitione.*

Ferię secundum Azonem in Summa. C. eo. dicuntur à foro quasi forię, id est, extra forũ. Prębent enim immunitatem à foro iudiciali.

Sed verius à feriendis, id est, mactandis victimis, & à ferijs festi dies feriati dies dicti sunt: hoc est, in quibus ferię celebrantur.

Sic & fœciales à ferio dicti sunt, quod fœdus ferirent, de quibus vide Varronẽ latius.

¶Tria de ferijs dicenda.

Quot feriarum genera. 1
Quid in eis agi posśit vel non. 2
Quibus ferijs posśit renunciari. 3

¶Quot sunt feriarum genera.

Solennes sunt, quę ad Dei cultum & hono- 1
rem & Sanctorum reuerentiam introductæ sunt. c. fi. de reliq. & venera. sancto. li. vj. ff. de ferijs. l. pridie. C. eo. l. fi. &. omnes, vt sunt dies festi, sicut Natiuitas Domini &c.

Qui autem sint tales dies festi, vide hic Specul. lib. ij. eo. titu. in princip.

Et in his ferijs non valet citatio facta à iu-

dice

dice,nec processus iudicis in iudicio factus, nec sententiæ latæ.

2 Repentinæ dicuntur, quas solus princeps ob publicam gratulationem inducit: puta ob diem natalis sui,vel filij sui vel suę coronationis,vel quia vxorem duxit,vel quia cõtra hostes triumphauit.

De his habetur.C.eod.l.à nullo. ff.ex qbus cau.maio.in inte.resti.l.sed & si.§.si feriæ.

Sunt & aliæ repentinæ,quæ inducuntur ob honorem insignium ciuitatum:puta,Romæ, & Constantinopolis,scilicet dies natalitij earum.C.eo.l.omnes.

Dicuntur auté repentinę,quia incertę sunt, immo repentè & subito inducuntur.

3 Rusticæ sunt, quæ propter rem rusticam, seu propter publicam vtilitatem conceduntur,vt est pro messibus,& vindemijs colligendis.vide Spe.

¶Veruntamen ex historijs,quatuor feriarũ publicarum,reperiuntur genera.nempe.

Statiuæ, Conceptiuæ, Imperatiuæ, Nundinæ paganorum.

Statiuæ,quæ certis & constitutis diebus fiebant,in quibus præcipuè seruabantur.

Conceptiuę, quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur, vt sunt Agonalia, Carmentalia Lupercalia, Latinæ, Semen-

Sementinę, Paganalia, Compitalia.

De his vide Varronem & alios.

Imperatiuæ, quas consules vel prętores pro arbitrio indicebant.

Nundinæ paganorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.

Sed hæc ad longum vide apud Varronē de lingua latina. & de verbo. orig.

¶Erant præterea proprię familiarum ferię, quas quæq; familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruabat, vt Claudię feriæ & Aemilię.

Item singulorum, vt natalium dierum, quæ natalitię dicuntur.

Affirmabant autem pollui ferias, si in his opus aliquod fieret: ideo per præconem denunciabatur, ne quod opus fieret, & pręcepti negligens mulctabatur.

Sceuola tamen iureconsultus interrogatus, quid ferijs agere liceret, respondit, quod præ termissum noceret, vt si bos in foueam decidisset, non erat piaculum, patremfamilias illú adhibitis operis extrahere: nec ille ferias polluebat, qui trabem lecti fractam fulciendo ab imminente ruina liberasset.

¶*Quid in ferijs agi possit uel non.*

In supradictis ferijs agi non debent ea, quæ ad contentiosam spectant iurisdictionem: pu

ta, non debet quis ad caussā vocari, nec caussa tractari, nec sententia ferri.

Quod si fiat non valet, quod agitur. xv. quęstione tertia cap. primo & secūdo. C. eodem per to. extra de Iudi. cap̄. fin. ff. eodē. l. si feriatis. Vide latius Specu.

Potest tamen si necessitas vrgeat, & his diebus agi. vel si pietas suadeat.

Necessitas, vt si res sit tēpore vel morte peritura, extra de iudi. c. fi. C. eo. l. actus. quod exemplifica. ff. eo leg. j. ij. & . iij.

Pietas vero, si caussa sit debilium vel miserabilium personarum. Quia in operibus misericordiæ nō est habēda distinctio. argu. lxxvij. distin. c. vtinam. de conse. disti. v. c. nunquā.

Quæ vero ad voluntariam iurisdictionem spectant, quolibet tempore fieri possunt, vt adoptare, emancipare, manumittere, excommunicare, absoluere, vbi caussæ cognitio requiritur. C. eo. l. actus.

Ergo tutores & curatores dabuntur.

Item alimenta constituuntur.

Item nomine ventris vel legatorum, & caussa damni infecti possessio dabitur.

Item fiet cognitio exhibendi testamenta.

Item caussæ matrimoniales propter periculum adulterij, vel incestus, possunt tractari tēpore feriato, no. xxv. q. iiij. c. in summa.

Item

Item de matrimonio ſpirituali, ſcilicet cum agitur de electione Epiſcopi vel prælati propter periculum moræ:extra de appel.c. oblatæ.in fi.l.diſtinc.c.poſtquam.extra de elect. c.ne pro defectu.

¶Quibus ferijs renuntiari poſſit.

SOLENNIBVS ferijs in honorẽ dei & ſanctorum inductis renunciari non poteſt: extra eod.c.fi.Imo proceſſus tunc habitus non valet.

REPENTINIS etiam non poteſt. ff. de arbi.l.ſi feriatis.ff.de poſtu.l.quos prętor.ff.de iur.munici.l.ſemper.§.conductores.C. eo.l. omnes.prope fi.

RVSTICIS autem ſeu publicis renunciare poteſt.extra eo.c. fi.in fi. arg.extra de reg. c.ad apoſtolicam. extra de foro compe. c. ſi diligenti.

Sed ſi non renuncietur, ſententia nõ tenet, extra.c.fin.ff.eo.l.j.&.l.ſi feriatis.

De hac materia nota.extra de offic.deleg.c. de cauſsis.& de iudic.c.fi.& extra de ferijs. c. fina.Vide latius Spec.

¶DE RECVSATIONE.

In titulis ſupradictis de cõparitione tractatum eſt.Et quia cõparentes opc exceptiõis ſe defendere ſępe ſolent.ff.de excep.l.ij.Ideo recte ex ordine de exceptionibus dicendum.

Verum inter exceptiones iudicis recusatiō primò proponenda est, vt extra de proba.c. quoniam contra.in glos. verbi exceptiones. Ideo de recusatione præmittemus hoc ordine.

¶Dicendorum ordo.

1 Quid recusatio.
2 Ex qbus caussis, & quæ caussæ recusatiōis.
3 Quis possit recusari.
4 Quando.
5 Qualiter.
6 Quis effectus recusationis.

¶Quid recusatio.

Recusatio est iurisdictionis, vel audientiæ, caussa suspicionis proposita declinatio.C. de iudi.l.apertissimi.iij.q.v.c.quod suspecti.extra de offi.deleg.c.suspicionis.quod vide.

Caussa autem recusationis est vnica, scilicet suspicio.Hęc tamen surgit ex multis & varijs caussis, quarum aliquas not.glo.c.ij.vt lit.nō contest.in antiquis.& ibi Abbas in verbo sub esse.

¶Causæ recusationis.

Pater, patronus, corruptus, minimè fauens, si prius fuit iudex in eadē caussa, aduocatus, procurator, laborat simili caussa. consanguineus aduersarij, cōmensalis aduersarij, & qa imperitus, & habet assessorem suspectū, familiaris

liaris aduerſarij.c.inſinuãte. extra de of.dele. Hoſtienſis tamen.xviij.ponit in ſumma de offic.dele.in.§.quæ ſint iuſtæ cauſſę.

¶Quis poſſit recuſari.

Recuſari poteſt quilibet Iudex vtpote, vel ordinarius, vel Delegatus, vel ſubdelegatus, vel auditor ſecundum canones: cum diſcrimine tamen, vt hic tabula ſequitur.

ORDINARIVS. ex cauſa ſuſpicionis coram eodem proponenda, ſed probãda eſt coram arbitris. extra de appel, c. cum ſpeciali. fallit aũt in officiali. Quia in tali cauſa ſuſpicionis veniet probãda coram ipſo, vel coram eo cuius eſt officialis. tex. eſt de offi. dele. c. ſi cõtra vnum. lib. vj. vide.

Quod autem ordinarius poſsit recuſari, patet extra de offic. dele. c. ſi quis contra. Vide Spe. lib. j. tit. de recuſa.

DELEGATVS ſolus vel cum alijs. Solꝰ aut eſt à principe datus, & tunc cauſſa ſuſpiciõis probetur coram arbitris. extra de offi. deleg. c. ſuſpi. & C. de iudi. l. apertiſsimi. & l. cũ ſpecia. aut ab alio, vt ẽpo & tunc probetur coram Epiſcopo. tex. in. c. ſi contra vnum de officio dele. l. vj.

Cum alijs, & hoc vel ſolus ille vnus vel oẽs alij recuſantur. Dati cum clauſula, quod ſi ambo vel non oẽs intereſſe poteritis: tunc probe

tur caussa suspicionis caussa coram cõiudice. i.nõ recusato, vel nõ recusatis. Tex. est in. d.c. si cõtra vnum. Si vero omnes recusentur, probetur causa suspicionis coram arbitris.

SVBDELEGATVS. vel ex toto commisit vices suas, & tunc coram arbitris est suspitionis caussa probanda. c. iudex. de offic. deleg. lib. vj.

Vel ad partem sibi reseruauit, id est non in totum subdelegauit vel commisit, & tũc caussa suspitionis coram delegato probetur. Tex. est in. c. super questionum. §. eius ergo. extra de offi. deleg.

AVDITOR, & tunc causa suspicionis probetur coram eo, qui talem dedit. Text. est extra de offic. deleg. c. super questionum. §. iij. & v.

Nisi datus sit de consensu partium, quoniã tunc recusari non potest. d.c. super quæstionum. & §. ij. & v. Item de assessore. l. fi.

Merus autem exequutor non recusatur, extra de appel. ca. nouit. prope fi. glos. in verbo debuisset. Vide Spe.

¶*Quando fieri debeat recusatio.*

Ante litẽ contestatã debet fieri recusatio regulariter, quia post litis contestati. non est locus deliberationi, quæ est. xx. dierum post vocationem & libelli oblationem. C. litis contestatio.

ſtatio. Authen. offeratur. Igitur nec recuſatio ni. l. apertiſsimè. C. de iudi.

Nec tamen ſemper dantur. xx. dies. quando quidem poſſunt abbreuiari, vel prolongari à iudice, extra de procu. c. dilectus. &. c. cum ſit Ro. de appel. ex.

Et ſecundum canones ante lit. conteſta. tantum fit recuſatio & non poſt, cum ſit dilatoria. c. inter monaſterium, extra de re iudi. c. niſi ex noua poſt lit. conteſta. ſuſpicionis cauſſa oriatur. c. inſinuante. extra de offic. deleg. &. ff. de arbit. Vide latius spec. dicto titu. de recuſatio.

¶Qualiter fieri debeat recuſatio.

Sufficiens ſuſpicionis cauſsa in ſcriptis facienda eſt, & iudici proponẽda, extra de probatio. c. quoniam contra &. C. de iu. l. apertiſſimi. ibi libello recuſationis porrecto. 1

In libello recuſationis contineatur, quis, quẽ in qua cauſsa, & quare recuſat. Et cauſſa probata debet ſufficiens reputari, extra de appel. c. ſuper eo. & de foro competen. c. licet. 2

Si vult etiam imponatur nomẽ arbitri, quẽ elegit. 3

Cauſſa recuſationis ſiue ſuſpicionis probetur coram arbitro, & non coram recuſato, ne prouocatus noceat. de off. delega. c. ſuſpicionis. vide Spe. d. ti. de recuſa. 4

¶Annotatiunculæ.

Aduerte, quod ſi arbitri grauēt, eſſe ab ipſis ſedem apoſtolicam appellādum text. in. c. ab arbit. de offi. deleg. lib. vj.

¶Præterea nota, quod iudex à ſede apoſtolica datus, quamuis recuſari ſoleat vt ſuſpect⁹, poteſt licitè vices ſuas cōmittere, antequam recuſatio contra ipſum proponatur.

Et ſi in totum commiſit, commiſsio expugnari nequibit. Secus ſi iuriſdictionis aliquid ſibi reſeruauit.

Verum poſt recuſationem præpoſitam, nō poteſt committere niſi de partium conſenſu.

¶Item qui vult recuſare iudicem, nullū debet coram eo proceſſum facere: qa per hoc videretur ipſum approbare. c. inter monaſterium, extra de ſententia & re iudica.

¶Quis ſit recuſationis effectus.

Duo principales effectus recuſatiōis ſunt. Primus, eo ipſo, quod iuſta cauſſa ſuſpicionis proponitur, eius iuriſdictio eſt ſuſpenſa. Secundus, probata ſuſpicionis cauſsa, nō debet recuſatus amodo in cauſsa procedere, ſed ſuperſedere, de appel. c. ſuper eo. vide latius Spec. d. tit. de recuſa.

¶DE EXCEPTIONE.

Reis plerunq; in iudicio ope exceptionum ſubuenitur, ſicut & actoribus ope replicationum.

num.Ideo recte de exceptionibus, & deinde de replicatione ſequitur.

¶Quid ſit exceptio.

Eſt autem exceptio actionis vel intentiõis excluſio, ſecundũ Panor.in rub.de exceptio. vt cum dico te mihi debere centum, excipis me tibi remiſiſſe.

Exceptionum autem variæ ſunt ſpecies, & varijs temporibus opponẽdæ, de quibus breuiter in ſubſcripta formula.

¶Exceptionum diuiſio.

Exceptionum aliæ ſunt peremptoriæ, aliæ dilatorię, alię medię, alię anomalæ.

PEREMPTORIAE ſiue rectius eliſorię dicuntur, quod elidant petitionem.inſti.eod.§. perpetuę.&.ff.eo.l.iij.& opponi poſſunt perpetuò.

Suntq́; duplices, ſcilicet ſimpliciter peremptoriæ, quę & perpetuę dicuntur, ſemperq́ue locum habent, nec euitari poſſunt, & ſemper obſtant agenti, etiamſi ceſſauerit agere per mille annos.

Dicitur autem actio perpetua, licet actio ſit temporalis, quia quæ annua ſunt ad agẽdum, perpetua ſunt ad excipiendum, vt ſunt Pactũ de non petendo, iuſiurandum de non agendo.Exceptio doli mali. Quod metus cauſa. Quod per errorem promiſſum.Nõ numeratę

pecuniæ, Rei iudicatæ si qua contra leges, senatuscon. facta esse dicentur.

DEFENSIONES, quæ ipso iure tollunt & perimunt omnem actionem, vt sunt, solutio, acceptilatio, quæ liberatio est per mutuam interrogationẽ, de qua. ff. eodem. l. j. renũciatio quæ est rei vel iuris spõtanea refutatio.

DILATORIAE sunt, quæ caussam differunt insti. eo. §. appellantur. iij. q. vj. c. si quis Episcoporum. §. exceptio. vbi bonam glo. vide. Et hæ sunt duplices. Alia nanq; est dilatoria solutionis, alia declinatoria iudicij.

DILATORIA solutionis debet ante lit. cõtesta. proponi, seu protestari, sed non tenetur probare nisi post lit. contest. fundata scilicet actoris intentione. C. de proba. l. exceptionũ. C. de excep. l. si quidem.

Huius exempla sunt. Pactum de non petendo vsq; ad certum tempus. ff. de excep. l. iij. §. j. Condemnatus in personali non tenetur soluere iudicatum vsq; ad quatuor menses. extra de offi. deleg. c. quærenti. & de re iudic. c. quod ad consultatio.

DECLINATORIA iudicij, & est in principio litis proponenda & probanda. extra de sen. & re iudi. inter monasterium. &. C. de excep. l. fi.

Hæc autem surgit ex multis caussis, scilicet per

per reſcriptum Iudicem, Arbitros, actorem, procuratoré, Aduocatum, libellũ, Teſtes, Interrogatoria, Inſtrumentũ, priuilegiũ, Teſtamentũ, poſitiones, Sentẽtiam, Appellationé.

MEDIAE ſiue mixtæ dicuntur, quæ in hoc habẽt ſimilitudinem cum perẽptorijs, quod poſſunt poſt litem conteſtatam obijci.

Sed in hoc habent diſsimilitudinem cum dilatoria, quia poſſunt quandocunq; ante ſententiam obijci, extra qui matri. accuſa. poſ. c. per tuas.

Sed in hoc habent ſimilitudinem cum dilatoria, quia ante litem conteſta. poſſunt obijci, extra de exceptio. c. exceptionem.

Exemplum, Si peto à te decẽ, quæ mihi promiſiſti, ita reſpondes, te non teneri, quia ſub conditione promiſiſti, ſcilicet ſi Titius oſtẽderit capitolium, dubium quidẽ eſt an ſit dilatoria vel peremptoria. Quia ſi nunquam, perẽptoria eſt, ſi vero oſtendat, dilatoria eſt, In dubio peremptoria iudicatur. Vide. l. ſuffi cit de condi. ind.

ANOMALAE ſunt, quæ non ſequũtur ſemper normas aliarum, quia poſſunt ante & poſt lit. conteſta. proponi, & de quibus dubitatur an ſint perpetuæ an temporales, vt ſunt, Exceptio Velleiani & Macedoniani, & armatæ militiæ, de quibus agitur ad Macedo.

ff. lege

ff.lege tametsi non. C. de iur. & fact. ign. l. j. Exceptio excõmunicationis. Exceptio, quã maritus habet, ne condemnetur vltra quam possit. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cum auté in actione. Exceptio, quæ datur ratione futuri facti, vel temporis, vel accidentię. Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis. De his enim dubitatur, an sint temporales aut perpetuæ. Vide Specu. Si quæ aliæ reperiuntur exceptionum diuisiones, sub prædictis comprehenduntur, vt illæ.

¶Exceptiones aliquę perpetuę sunt, aliquę temporales, perpetuæ sub peremptorijs, temporales sub dilatorijs comprehenduntur. insti. de exceptio. §. appellantur autem.

¶Item exceptionum aliæ personales, aliæ reales, Personales sub dilatorijs iudicij sunt. insti. de excep. §. præterea etiam. Similiter & reales, quę concernunt rem, vt rescriptum vel locum.

¶Item aliæ fauorabiles, aliæ odiosæ. Fauorabiles, vt exceptio Velęiani, & feriarum sub anomalis. Odiosæ verò, vt Macedoniani, etiã sub anomalis.

¶Inductæ sunt & aliæ, ad iuris rigorem seruandum. Aliæ verò propter naturalem ęquitatem.

¶Regula. Exce

Exceptiones peremptoriæ ante lit. cõtesta. locum non habent, sed post habent, ita vt litis contestationem impediant. Demptis tribus priuilegiatis, quæ ante li. contesta. proponi possunt, & litis contestationem impediũt. Et sunt exceptio rei iudicatæ, transactæ & finitæ. De his vide c. j. de lit. contest. li. vj. Item vide hic copiosissimè Ange. de are. instit. de except. qui singulas exceptiones benè & singulariter declarat.

¶ *Iudicis officium in exceptionibus propositis.*

Propositis exceptionibus, cautus sit iudex, 1
vt ꝓponentem iurare faciat, ne ex malitia excipiat, vt nota. inf. de iura. calum. §. j. ver. secundum est.

Consideret an exceptiones validæ sint, si 2
sint, eas admittat, si verò friuolæ & iure inualidę, nõ admittat. extra de appel. c. pastoralis. Porro si validæ fuerint, & Iudex eas non admittat, punitur. xxv. q. ij. c. decẽti. §. puniri.

Si aliquę friuolę, aliquæ legitimę fuerint, 3
per interlocutoriam validas admittat, & friuolas reijciat, extra de leg. c. primo. & fina. & de prębendis. capitu. dilectus.

Cautus sit iudex, vt proposita exceptione, 4
quasi non admitteretur pars, appellaret, dicat sic, vt viam pręcludat appellationi: Ego hanc exceptionem admitto, si probata fuerit, vnde

de ea non probata non poteſt pars appellare. Vel ſi appellet, appellatio non admittetur.

Hæc cautela dicitur, extra de excep. c. olim. Vide latius Specu. tit. de exceptio. lib. ij.

¶*Regula.*

Si iudex viderit ſe malè interlocutũ fuiſſe vel malè proceſsiſſe, poterit ſententiã interlocutoriam, vel id quod fecerit, reuocare: & facta reuocatione in cauſſa procedere, etiam nolente parte & appellante. extra de appel. c. cum ceſſante.

Et hoc poteſt facere parte grauata, præſente vel abſente. Vide formam reuocandi apud Speculato. ti. iam dicto.

Nec debent iudices in hoc verecundari, quia papæ iniuſtam ſuam ſententiam corrigunt. extra de in integrum reſti. c. cum ex literis. & xxxv. q. ix. c. veniam.

Et Imperator dicit: Non pudet nos noſtras leges corrigere. in authen. de nup. col. iiij. in prin.

Et Seneca eleganter inquit: non eſt turpe in melius mutare conſilium.

Item Augu. Magnæ ſapientiæ eſt, inquit, mutare hominem, quod malè locutus eſt.

¶DE REPLICATIONE.

Replicatio eſt exceptio competens actori, con-

contra exceptionem rei,& iſtam ſemper opponit actor,& cõtra replicationem datur duplicatio reo,& iterum actori contra duplicationem rei datur triplicatio.ff. de exceptio.l. ij.C.eo.l.non exceptionibus.inſti. de replic. Et contra triplicationem quadruplicatio, & ſic deinceps multiplicantur nomina vſq; ad infinitũ. Vide latius Specu.tit. de repli.li. ij.

¶DE SATISDATIONE.

Quoniam cautiones in iudicio oblatis libellis prȩſtantur,quæ ſatiſdatiões dicuntur,ideo nunc de illis.

¶*Satiſdatio quid ſit,& quotuplex.*

Satiſdatio eſt cautio fideiuſſoria, vel etiam iuratoria, & eſt multiplex.

Principaliũ.ſ.perſonarum, vt actoris & rei.

Pro alijs in iudicio interuenientium perſonarum,vt procuratoris actoris, procuratoris rei,procuratoris vel defenſoris & tutoris.

Extraiudicialium, vt ſequeſtrationis,Dãni infecti,Vſufructus,Legati, Noui operis.

De his per ordinem.

¶*Satiſdatio actoris conſiſtit in multis.*

Qui vult agere,libellum ſuæ petitionis debet porrigere.Antequã tamẽ libellum porrigat, ſatiſdabit idoneo fideiuſſore, quod vſque ad finem liſis perſeuerare velit in cauſſa,

quodq;

quodq́; cauſsam vel per ſe, vel per procurató rem ſum perficiet.

2 Quod ſi eum apparuerit, litem iniuſtè mouiſſe, dabit reo decimam partem litis in libello comprehenſæ.

3 Si autem conſtiterit per ipſius ſacramentũ, id eſt ſi dicat per iuramentum ſuum, quod fideiuſſorem non poſsit dare, remittitur ei datio fideiuſſoris, ſed iuratoriam exponat cautiõem, & in libello profiteri debet, ſe facturũ hęc omnia.

Et hęc quidem generaliter cautio pręſtanda eſt, niſi cauſsa moueatur ex cõſenſu vtriuſque partis apud arbitros.

Hæc omnia habes. C. de epiſ. & cle. Authẽ generaliter &. C. de aſſer. tol. l. j. §. ſuper peculio, ver. omnes. Vide Spec.

¶Satiſdatio rei, circa quam multa conſiderantur.

1 Quando reus recipit libellum, ſatiſdare debet, quod vſq; ad finem litis manebit. inſtitu. de ſatiſda. §. ſed hæc hodie.

2 Si poſsideat immobilia, ſufficit ei iuratoria cautio. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum.

3 Non tamen cauet de iudicato ſoluendo, inſti. eod. §. ab eius vero.

4 Iudices ſeculares conſueuerunt decimam partem litis ſuſcipere ſecundum diuerſorum lo-

ſorum locorum conſuetudines.

Prælati eccleſiaſtici decimam partem vel e- 5
tiam aliam recipere non poſsunt.extra de vi-
ta & honeſt.cleri.c.cum ab omni.

Tamen expenſas moderatas, & pro eis pi-
gnora accipere poſſunt.de reſcrip.c. ſtatutũ.
lib.vj.

Notabis quod ſatiſdationis receptio, ab ali 6
quibus iudicibus mox recipitur ab vtroque
tam actore quàm reo, & hoc verum ſecundũ
diuerſitatem locorum.

Hę cautiones ſiue ſatiſdationes poſſunt vel 7
ipſi iudici, vel notario fieri.De quo vide Spe
cu.de primo & ſecundo decreto.§. iam de ef-
ctu.

¶*Annotatio.*

¶Et aduerte, quod in iudicio ſiſtendi cauſ-
ſa datus, pro rei qualitate locuples eſſe debet.

Exceptis perſonis neceſſarijs, tunc eñ qua
libuſcunq; ſufficit.vt pro parente, pro patro
no & alijs. Text.eſt in. l.j. ij. & . iij . ff. in ius
vo.vt eant.

¶*Satiſdatio procuratoris actoris, in qua ſic diſtingue.*

Aut enim certum eſt eum habere manda-
tum, vel ex literis vel ex inſtrumento, vel te-
ſtibus, vel quia reus hoc confitetur, vel quia
apud acta conſtitutus eſt. C. de ſatiſdatio.l.

 vnica.

vnica.& institu.eo.§.sinautem.

Et tunc non debet cauere,ratum habiturum dominum.d.l.vnica.

Aut certum est eum non habere mãdatum. Et iterum distingue,quia aut est extranea persona,& tunc repellitur.extra de procuratoribus.c.j.etiam si velit satisdare.

Aut est coniuncta persona,quæ cum satisdatione admittitur. Vide latius Specu.

Aut dubitatur,& tunc quidam asserũt sem per hoc esse in electione rei,vt vel ille probet mandatum vel satisdet de rato,vtrum ipse reus maluerit.

Azo vero tenet contrarium.s.hoc esse in arbitrio procuratoris ipsius, an velit probare mandatum vel cauere de rato.

Nam cum quis tenetur alternatiuè ad alterum duorũ prestãdum, quod voluerit liberatur.ff.de iure dot.l.plerũq;.§.fi.C.de condic. indebi.l.si qs seruũ.extra de plus peti.c.vnico.

Vide Spe.lib.ij.par.j.tit.de satisdat.

¶ *Satisdatio procuratoris rei.*

Procurator rei repellitur,nisi ostendat mãdatum, de quo omnino constare debet, nec etiam admittitur si de mandato dubitetur,nisi velit cauere.

Verum siue habeat siue non, & quantumcunq; sit idoneus, debet tamen satisdare iudicatum

catum ſolui.C.de ſatiſd.leg.vnica in fin.ff.de procuratoribus.l. qui proprio. §. qui alium. l.minor.in fi.ff.eo.

Vide Speculatorem loco ſupra dicto.

¶Iudicatum ſolui conſtituit tres clauſulas.

De defendendo.ij.De dolo,id eſt quod dolum non adhibebit.iij.Quod iudicatum ſoluere promittat glo.eſt inſti. de ſatiſda. §.j. in verbo nullam ſatiſdationem,& tex.ff.de iud. ſol.l.iudicatum ſolui. 1

¶Satiſdationis extraordinalis quatuor ſpecies.

Sequeſtrationis rei mobilis, de qua controuerſia eſt,quæ res eſt penes perſonam ſuſpectam quod cum ea fugiat,& poſt illa perſona petit ſequeſtrari. 1

Debent enim primo ſatiſdare ſub forma, quam deſcribit Spec. in ti.de ſatiſda.extra de iudi.lib.ij.parte.j.

Damni infecti,vt ſi habes ædificium quod minetur ruinam domui meę vicinę, debes mihi cauere de damno infecto,id eſt nondũ quidem facto,ſed quod fieri probabiliter timetur,hoc eſt ſatisfaciendo mihi de omni dãno, quod incurrerem ex ruina ędificij, ſi corrueret.ff.de damno infecto.l.dies.&.l.prætor ait. Vide Specula. 2

Noui operis.Is enim cui nouum opus nunciatum eſt,nõ audet procedere in opere, niſi 3

præstita cautione demoliẽdi, id est quod amouebit, quicquid ædificatum apparuerit in solo alieno, extra de oper.no.nun.c. fi.&.ff.eo. l.prætor ait.

4 Vsufructus legati. Is enim, cui vsufructus legatus est, debet cauere hæredi p pignora & fideiussores, quod vtetur & fruetur, salua rerũ substantia ad arbitrium boni viri: extra de pigno.c.fin.ff.de vsufru.l.j.&.ff.de reb.quę vsu consu.per totum insti.de vsufruc.§.j. &.ij. Vide latius hic Spec.

¶DE INTERROGATIONE,

Olim quidem interrogationes fiebant propositis actionibus. Interrogabatur enim hæres in iure, id est apud iudicẽ, qua ex parte hæres sit, quoties aduersus eum actio instituitur.

Et erat tunc interrogatio necessaria, cum in personam, id est personali actione agebatur. Et compellebatur aduersarius respondere ad interrogationes, etiam ante litem cõtestatam.

Hodie autem talibus interrogatorijs nõ vtimur, quia nemo cogitur ante iudicium, id est litem contestatam, de suo iure aliquid respõdere, vt.ff. de interroga.actio.l.j.§.interrogatorijs, quam vide.

Potest tamen iudex interrogare, vbicunq; æquitas monet, & maximè post litem contestatam. Etiamsi in caussa esset conclusum, extra

tra de fide instrumen.capi.cum Ioannes.

Fiunt ergo etiam hodie hę interrogationes iudicis officio, nõ iure actionis. d.l. prima. Vide hic latius Specu.

¶DE CONVENTIONE.

Plerumq; præstitis cautionibus, & reus habet nonnihil aduersus actorem, quare & eum reconuenire intendit, fiũtq́; sic hincinde mutuæ petitiones. Rectè igitur de conuentione hinc sequitur, idq́; hoc ordine.

¶*Ordo dicendorum.*

¶*Reconuentionis conditiones requisitæ.*

1 Reconuentio fit apud quemlibet iudicem, apud quem & coram quo fit conuentio principalis. iij.q.vij.c.accusatores.§.cuius in agendo. extra de inuti.peti.c.j.&.ij. C. de senten. & interlocu.om.iudi.l.cum Papinianus.& authen.& frequenter.

2 Penes arbitrum non fit reconuentio, quia is non potest iudicare nisi de his, quæ in compromisso continentur, extra de arbitris. capitu.cum dilectus.ff.eodem.lege de his.

Quod intellige verum ſecundum Odoffre. de arbitro in genere, cum de vna ſola re compromiſſum eſt, coram illo autem, in quem de omnibus cõtrouerſijs cõpromiſsum, poteſt fieri reconuentio.

Dicunt tamen alij, quod verius ſit conuentio, quæ fiat ex virtute compromiſsi.

3 Iudex, qui non poteſt cognoſcere per modum conuentionis, nec cognoſcit in cauſa per modum reconuentionis.

4 Apud iudicem appellationis non habet locum reconuentio, ſecundum Spec.

5 Regulariter reconuentio poteſt fieri cor: ordinario & eorum delegato, quia authen. & conſequẽter loquitur tam de ordinario q: delegato, vide probationes Spec.

6 Ante litis conteſtationem & poſt eodem iudicio durante, antequã concluſum ſit in cauſa, poteſt fieri reconuentio, etiam nulla proteſtatione præmiſſa ante litis conteſtationem.

¶*De quibus cauſſis uel rebus non poteſt fieri reconuentio.*

1 In cauſsa criminali non poteſt fieri recõuentio. iij. q. xj. c. Neganda per totum. C. qui accuſa. non poſſunt. l. j. quia nõ retaliatione criminum, ſed innocentia reus purgatur. ff. de publi. iudi. l. is qui.

2 In præiudicialibus actiõibus, quia licet reo viciſ-

vicissim proponantur, tamen cum petitione actoris tractari non possunt. C. de ordine cogni. l. j. ij. & iij. extra de ordi. cogni. c. j. iij. quęstio. xj. ca. non est credendum. §. aliquando.

In spiritualibus, De quibus coram laico nō 2
habet locum reconuentio, quia de his laicus non potest cognoscere.

Vt sunt causę iuris patronat⁹, decimarum, 3
matrimoniales, & hisce similes, extra de iud. c. decernimus. &. c. quando. de decimis. c. tuæ. ij. q. ij. De iure patronatus. Verum an & de his incidenter cognoscere potest laicus, vide hic Specu.

In quæstione spoliationis, nisi de alia spolia 4
tione reconueniatur capitu. super spoliatiōe. extra de ordi. cogni.

In momentanea possessione. C. qui legiti. 5
pers. stan. hab. in iudi. l. fi.

Si laicus iniurietur clerico, & ipse vocatus 6
à clerico coram ipsius loci iudice, possit clericum reconuenire, hæc fraus non debet ei prodesse.

In causa depositi, extra de deposito. c. bo- 7
na fides.

Excommunicatus reconuenire non potest, 8
extra de excep. c. cum inter,

¶ *Annotatiunculæ.*

¶ In quinta causa iam dicta posita est mo-

mentanea poſſeſsio, hæc(ne ignores quæ ſit) eſt, quando agitur de poſſeſsione vel retinenda per interdictum. Quorum bonorum vel legatorum, vel recuperanda per interdictum, vnde vi.

¶Diciturq́; momentanea poſseſsio, quod apta ſit durare per momentum penes eum, qui vicit.

Si enim ille, qui ſuccumbit incõtinenti probat de proprietate, ſtatim eam recuperabit per ſententiam.

¶Quando ſit reconuentio facienda.

Reconuentio generaliter poteſt fieri anteq̃ in petitione actor ſit litem cõteſtatus, poſtea vero nunquam, ſecundum aliquos, niſi libellus reconuentionis ſit antea porrectus, vel niſi proteſtatus fuerit de reconuentione facienda. Et allegat extra de inuti. peti. per totum. C. de ſenten. & interlocu. omnium iudi. authen. Et conſequenter.

Sed omiſsis opinionibus tenet Spec. quod ſemper & ante & poſt litem conteſtatam, eodem durante iudicio, id eſt, inſtantia iudicij, ſcilicet quouſq; concluſum ſit in cauſa, reconuenire liceat.

¶Qualiter in reconuentione procedatur.

Ab actore libello oblato, ſi reus vult eum reconuenire, porrigat ſimiliter ante litem conteſta-

teſtatam libellum reconuentionis, imo & po ſtea id fieri poteſt, ſicut iam dictum eſt.

Et deliberatione ſuper vtroq; hincinde habita, fiat primò litis conteſtatio ſuper libello actoris & conſequenter ſuper libello reconuentionis.

Et poteſt iudex cogere actorem reſpõdere ſuper libello recõuentoinis.

Poſtea vero lite conteſtata ſuper vtroq; libello, vbi fit ante litem cõteſt. Iudex viciſsim vtrãq; partem audiat, ſic quod primò fiat litis conteſtatio ſuper primo, poſt ſuper ſecundo. Conueniens primò iuret, ſecundò reconueniens, & primò ponat poſtea etiã reus, primò item producat teſtes, ſecundò reconueniens.

Sic alij actus viciſsim expediantur, ita quod eadem die vtraq; quęſtio, quaſi vna ſententia vel iudicio terminetur, prius tamen pronuntiando ſuper petitione actoris.

Probantur hæc extra de inuti. peti. c. j. & de cauſs. poſſe. & proprieta. c. cum eccleſia. &. c. cum dilectus. Vide Spec.

¶Regula.

Hoc quoq; notandum eſt, quòd cauſsa cõuentionis & reconuentionis pari iure cenſentur, vnde ſi nõ poteſt appellari ſuper illa, nec ſuper iſta. Tex. eſt extra. de inuti. peti. c. ij.

Et ſi actor non vult reo reſpõdere, nec ipſe

respondebit actori,& iudex denegabit illi audientiā in causa sua. extra de iuramento calū. c.fi.§.pœna. C.de cōpensa. l. neq; scriptura.

¶DE INCIDENTIBVS *quæstionibus,& de ordine cognitionum.*

Plerunq; in iudicijs plures quęstiōes emergunt:vt dubitari possit,cuius cognitio debeat præcedere,hinc de incidenti.quęstio. & ordi.cogni.dicendum est.

¶Quęstiones in iudicio propositæ,aut ambæ principales sunt, & sunt ambæ vel ciuiles vel criminales.Si ciuiles,tūnc quæ prius proponitur,primò tractabitur,& vna sentētia terminatur,licet sint æquales , dummodo se nō contingant,extra de ord.cogni.c.ij. §.nos autem.Et dū sit talis quæstio , de qua ille iudex possit alias cognoscere.

Criminales vero si sint & inæquales,tūc maior minori pręponetur.Vna vero criminalis, & altera ciuilis.de criminali prius agetur.

Aut vna principalis & altera incidens, tunc de principali prius cognoscendum & pronūciandum est.ff.de libe.cau.l. ordinata. Instit. de act.§.præiudiciales extra de ordi.cog. c.j. C.de ordi.cog.l.j.

Vide Speculatorem lib.ij.§.j.titu.de incidēti.quæstionibus.

¶DE

¶DE PETITORIO ET *possessorio, & spoliatione.*

Quia certo ordine caussas tum possessiõis, tum proprietatis, tumq́; alias incidentes in iudicio tractari debere. sup. visum est, & quia caussa restitutionis possessoria est, posset dubitari an spoliatus indistinctè restituẽdus sit. Ideo sequitur nunc de petitorio, & possessorio, & deinde de spoliatione.

Sciendum, quod petens se restitui, non potest reconueniri, nisi de alia spoliatione, extra de ordi. cogni. cap. fi. Nec sibi potest de proprietate referri quęstio sup eo, quod repetit, nisi prius fuerit restitutus. extra de restit. spolia. c. in literis. &. c. sequen. ac. c. ex conquestione.

¶Duæ quæstiones possessoriæ principaliter ꝓpositę à diuersis & de diuersis rebꝰ, tanq̃ mutuæ petitiões, simul & vicissim sunt tractãdæ. extra de ord. cogni. c. ij. nos autem.

¶Si vtraq; possessoria quęstio sit super eadem re, iudex vltimò factam violẽtiam prius purgabit. ff. de vi & vi arma. l. colonus. & . l. cũ fundus.

¶Nota, quod vbi duo, vnus cum petitoria actione, alter cũ possessoria actione, scilicet stipulationis concurrunt simul adinuicem, vter

prius

prius agat, ſorte diuiditur. ff. de iudi. l. ſed cũ ambo. Vide Speculatorem.

¶Si vnus agit primo petitorio, & reus ſecũdo de poſſeſſorio, conquerens de ſpoliatiõe: diſtingue, aut ambæ quæſtiones ſunt circa eandem rem, aut circa diuerſas.

Si circa eandem rem, dicunt Ioann. Innoc. iiij. & Vincentius, quod paratur præiudiciũ petitorio prius propoſito, per poſſeſſorium ſecundo, etiam in modum cõuentionis propoſitum, & quod ſuper poſſeſſorio prius cognoſcetur, & pronunciabitur, petitorio prius propoſito ſuſpenſo, vt in prædict. decreta. ex conqueſtione. extra de reſtitutio. ſpolia. & eodem tit. c. literas. & c. ſequen. extra vt lite non conteſt. c. accedens. ij. in fi.

Secus ſi ſint ſuper diuerſis. Vide Spec.

¶Petitorium & poſſeſſorium, ſi ſint circa diuerſa, ſubdiſtingue. Nam aut ſpoliatio proponitur in modum actionis, aut in modum exceptionis.

Si primum, puta, quia reus directè petit reſtitui, tunc ſunt duæ mutuæ petitiões, & ſunt ſimul & viciſsim tractandæ, & vna ſententia determinandæ: & poſtea petitorium examinabitur.

Si verò ſpoliatio in modum exceptionis proponitur, tunc tractabitur exceptio ſpoliationis

ationis suspenso petitorio, vt in prædict. decre. de ordi.cog.ca.ij.

Plura de hac materia, vide apud Spec.li.ij. par.j.ti.de petito. & posses. & spolia.

¶Notatio.

In summa, nota secundum Bald. quod vbi duo contẽdunt de possessione, & quilibet dicit se insolidum possidere, & vnus turbat aliũ in possessione, nec vult vnus de alio cõqueri, nec vult vnus alteri libellum dare, quasi susti neat partes rei, & cõmodo possessionis fungatur: tunc iudex potest ex officio suo eos citare, & cogere suam petitionem offerre: vel potest illud iudicium possessorium sine libel lo determinare, recipiendo probationes vtriusque partis: vt sciat, quis illorum subire debeat onera petitoris, & quis vtatur cõmodo possessionis. arg. ff. de libe. cau. l. liberis etiam. §. si quis ex seruitu.

¶Regula.

Regula est: Spoliatum ante omnia restituendum, quæ tamen multas habet limitatiões.

¶Limitationes uigintiquinq; ad prædictam regulam.

Cum spoliatio fit à iudice, in figura iudicij. ij. quæsti. j. c. notum. 1

Secus si non in figura iudicij, vel si ab alio quocunque fiat. Nam tunc fiet restitutio, extra de restit. spolia. c. in literis, & seq.

Intru-

2 Intruſio in Romanam ſedem.iij.q.j. c. Deus.§.patet.xxiij.diſtinct.c. in nomine. & eſt ſpeciale in Romana eccleſia.d.§.patet.

3 Dilapidationis ſuſpicio iij.q.ij.ca. quia ea. Sed hodie non ſpoliatur quis,niſi dilapidatione probata.extra de ſimo.c.licet heli.§.quia verò.

4 Criminis enormitas.ij. queſtione quinta. cap.ſuper cauſſ.

5 Infamia publica. ij. q. v. c. presbyter.

6 Criminis euidentia. ij.q.j. c. de manifeſta. &.c.ſcelus.& extra de accu.c.euidentia.

7 Simõia.extra de diuor. c. ſignificaſti. & de ſimonia.c.accuſatum.& c.tanta.

8 Contumacia.iij.q.ix.c.decernimus.

9 Scandalum.iij.q.vj.c. hæc quippe.

10 Abſentia iuſta de cauſſa malitioſa,extra de offic. deleg.c. conſultationibus.

11 Continuata deiectio. iij. q.j.c. Deus. §. ii. extra de reſti.ſpo.c. olim.

12 In modum exceptionis probata ſpoliatio. extra de ordi.cogn.c.cum dilectus.

13 Rei iudicatę exceptio,à qua nõ eſt appellatum.ij.q.vj.c.ei qui appellat. §. diffinitiua.

14 Pacti vel iuriſiuran.exceptio ſecundũ quoſdam.extra de reſtit.ſpolia.c.accepta.

15 Si quis ſub conditione poſsidet. extra de reſti.ſpolia.c.olim.

Si

Si ex gratia vel precario posſidet. x. quæ- 16
ſtio. iij.capi.quia cognouimus. extra de ex-
ceſsib.præla.c.cum ad quorundam.

Si posſidet vt colonus. ff. de vi & vi armata. 17
l.cum fundum.

Cum à malefidei poſſeſſore res peruenit ad 18
verum dominum, extra de ordi. cogni. c. ij.
verſic.verum.&.C.de præſcript. xxx. vel xl.
anno.l.ſi quis emptionis.§. ſi autem.

Cum prædo ſpoliatus & verus dominus rei 19
concurrunt eodem tempore in rei repetitio-
ne.ff.depoſiti.l.bona fides.extra de reſti. ſpo
lia.c.in literis.

Excommunicatio,extra de iudic.c. intelle- 20
ximus. & de excep. c. cum inter. xx. q. iij.c.
rurſus.

Vbi autem quis eſt iniuſtè excõmunicatus
vel ſuſpenſus,ante omnia reſtituendus eſt, ſi
petat, vt notatur ij.q.ij.c.nullus.

In omnibus illis caſibus,in quibus audien- 21
tia denegatur, vt notatur in verſicu. ſi quis
contra.xxiij.diſtinc.capi. primo.

Hæres,extra de hæred.capitu.excommuni 22
camus.§. credentes.

Si ſpoliatus renunciauit quæſtioni ſpolia- 23
tionis,extra de reſti.ſpo.c.j.

Si ſpoliator non eſt ſoluendo.de reſtitutio. 24
ſpoliato.capitu.olim.

Cum

Cum ſpoliatus non habuit veram poſſeſſioné,ſed ſolũ detentationé,de reſti.ſpoliato. c.olim.Hi ſunt caſus,q reſtitutionem impediunt,ſiue quibus reſtitutio denegatur.

Præterea in cauſsis matrimonialibus certi ſunt caſus,in quibus viro reſtitutio vxoris denegatur:vt notatur extra vt lit.non conteſt.c. j.qui caſibus ſequentibus continentur.

¶Octauò caſus matrimoniales,in quibus non habet locum reſtitutio.

1 Si nõ continuit, extra de diuortio.capitulo,ſignificaſti.

2 Si mox probat impedimentum, extra de reſti.ſpolia.c.literas.§. nos autem.

3 Sitq; vir auſterus eo.lib.c. ex tranſmiſſa. & de ſpon.c.cum locum.

4 Moſi ſit lege relicta,extra de diuor.capi.gaudemus.§.qui autem.

5 Si virgo fuerit & corrumpi timeatur, extra de proba.c.cauſſam matrimonij.

6 Si non poſsedit iuſtè,extra de reſti. ſpoliato.cap.ex parte. (tra de ſponſa.

7 Vel ſi violenter,dicto capit.cum locum.ex-
Caſibus his ſeptem domine nõ reſtituãtur.

8 Et octauus.Si vir ſit excommunicatus, vel contra extra de adulte.ca.penul.

Primæ partis ordinis ſeu proceſſus Iudiciarij, quæ diſpoſitiua dicitur.

FINIS.

SECVNDA PARS PROCESSVS IVDICIARII, QVAE DIFFInitiua appellatur.

¶DE LITIS CONTEstatione.

SVPRA in prima huius process⁹ iudiciarij parte, quæ præparatoria sunt ad iudicium, & quæ ſępe ante principalem cauſsæ ingreſſum in cauſsis vertuntur, explicauimus, quare nunc diuertēdum eſt ad ſecundam partem, in qua ipſa iudicia diffiniuntur, id eſt, principales cauſſæ aguntur.

Quæ quidem ſecunda pars à lit.conteſta.iudicij exordio incipiat, extra de ver. ſig. c.ex parte.&.xj.q.c.quicunq;.ff.de iuriſdi.om.iudi.lege & quia.

Duratq́; hęc ſecunda pars vſq; ad ſententiā diffinitiuam.

Porro principio in litis conteſtatione hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

Primò, quid ſit litis conteſtatio.

Secundò, qualiter conteſtetur.

Tertiò, per quos.
Quartò, vbi.
Quintò, Quando.
Sextò, Quis ſit effectus eius.

¶ Quid ſit litis conteſtatio.

Eſt autem litis conteſtatio, principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam ſecuta reſponſio. extra de lit. conteſt. c. vnico. quod vide. & de elec. c. dudum. & in verbo præpoſitam. C. de Iudi. l. rem non nouam. §. patroni.

¶ Qualiter fiat litis conteſtatio.

1 Adueniente termino ad reſpondendum libello, iudex faciat legi terminum. Quod ſemper debet facere quotieſcunq; partes corã eo comparẽt: vt ſciatur ſup quo ſit procedendũ.

2 Surgat aduocatus (id eſt procurator actoris) & libellum actoris legat, cuius copiam reus habeat, quo lecto petat à iudice, vt eum cogat reſpondere.

3 Reus cautus ſit, vt inſpiciat an copia libelli concordet cum originali, & facta collatione diligenti, ſi non concordat, corriget.

4 Si concordat, inſpiciat aduocatus rei, an cõtineat aliqua ambigua, vel obſcura, & priuſq̃ reſpondeat, faciat ea obſcura & ambigua declarari, extra de libelli. obla. c. ſi.

5 Omnibus his expeditis, vt. ſup. dictum eſt de lib.

de lib.obla.actor dicat,Domine iudex postulo,vt facias litem cõtestari super libello meo.

6 Dicat iudex & quærat ab actore:petis sicut lectum est,& credis te iustè ita petere?Si dicat sic,tunc iudex reo præcipiat vt litem contestetur.Et interroget reum an sciat vel credat esse vera,quæ in libello ab actore petita sunt. Respondeatque reus sic, vel non,secundum quod causa vel res expostulat.

7 Tandem litem contestetur sic,sub his vel similibus verbis,Litem contestando, non credo in libello posita esse vera,vel,nego me teneri ad ea,quę in libello petuntur: vel dicat, nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere.

Cùm hoc sic protestando, si velit saluis omnibus iuribus,defensionibus,mihi competentibus,& beneficio reconuentionis saluo, vide.Spec.libro.ij.par.j.de lit.contest.

¶*Duo requiruntur ad litis contestationem.*

1 Animus litem contestandi, qui ex verbis aptis propositis ad litẽ contestandam præsumitur,quia humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris sonant. c. humanæ aures. xxij.q.v.

Quo fit,vt si quis apertè protestetur, se dicere & respondere animo non contestandi litem, licet postmodum vlterius responsione

procedat, vel in narratione facti: non tamē fit litis contestatio, argumen. ff. de lega. primo. l. si mihi. §. interdū. & lege si ita sit scriptum.

Protestatio enim debet aliquid operari, extra de cōst. c. cum. M. & ibi glo. in verbo præiudicio. Vide hic latius Spe.

2 Verba apta. i. per quę posſit intelligi vel prę sumi li. contestatio. c. ista sufficiunt. per. d. c. humanæ aures, extra de sponsa. c. tuæ.

¶ Per quos fiat litis contestatio, nempe per.

Principales personas, si sint tales, quæ possunt in iudicio esse.

Procuratores legitimos principalium personarum.

Tutores & curatores.

Syndicos vel actores. C. de iud. l. rē non nouam. §. patroni. &. C. de procu. l. procuratoribus. & l. neq;. ff. de procu.

Sed etiam ex his. ff. de iudic. l. licet extra de dolo & contu. c. prout. & de iura. cal. c. cum caussam.

¶ Vbi fiat litis contestatio.

Coram iudice suo, extra de elec. c. dudum. ibi per petitionem in iure, id est coram iudice, & de lite contest. c. vnico ibi in iure, ibi per petitionem in iure.

Coram arbitro quoq;. ff. de excep. l. j.

¶ Quando fiat litis contestatio.

Porre-

Porrecto libello,& datis indicijs ad delibe- 1
randum.iij.q.iij.c.offeratur.

Et ideo volunt quidam, quod non valeat li
tis conteſtatio,niſi prius libellus fuerit porre
ctus,vel partium conſenſu remiſsus, niſi con
traria ſit conſuetudo.

In multis enim locis de more libellus non
datur,& tamen valet, quod agitur in iudicijs.
Vide Speculatorem.

Antequam iuretur de calumnia vel de veri 2
tate dicenda,& priuſquam fiant poſitiones.

Super omnibus exceptionibus dilatorijs,& 3
iuramentum de calumnia præſtari debet.

Tamen ſi negligenter omiſsa fuerit litis cō-
teſt.nihilominus valebit proceſsus.ff.de iure-
iur.l.iuſiurandum.§. qui iuſiurandum. extra
de offi.delega.c. prudentiam.§.ſexta. in ver-
bo ex confeſsione.

Ex quo loco ſatis colligitur, quod ſuper ex
ceptione debet lis conteſtari inter partes &
iurari de calumnia . Vide gloſ.in.d. verbo ex
confeſsione.

Et not.hic quod in breuibus litibus non fit
lit.conteſtatio.Vide Speculatorem.

¶Quis ſit litis conteſtationis effectus.

Quod lite conteſtata iudex non recuſatur.

Per eam omnis perſonalis actio perpetua- 1
tur,id eſt facit vt vſq; ad. xl.ann. extendatur,

 & poſtea

& postea trāsit ad hæredes. C. de pręscriptio. triginta vel. xl. anno. l. Sępe.

Sed excipitur actio de dolo, quę non perpetuatur per litis contest. C. de dolo. l. vlti.

3 Interrumpit quamlibet præscriptionem. xxvj. quomodo. iij. c. potest, etiam si facta sit coram arbitro. C. de arbit. l. penul.

4 Post eā nulla exceptio dilatoria obijcitur. extra de re iudi. c. inter monasterium.

5 Post eam non potest reuocari mandatū procuratoris, nisi in certis caussis. ff. de procur. l. post litem. & l. sequen.

6 Post eam procurator & tutor tanquam domini litis, procuratores constituere possunt. C. eo. l. neq;.

7 Post eam delegatus ab alio quàm à principe, potest alij caussam committere. extra de re iud. ca. cum Bartoldus.

8 Post eam iuratur & probationes recipiuntur, quod ante non fit regulariter. extra vt lite non conte. per totum.

9 Post eam clauditur via multis malitijs & reus iudici subijcitur & obligatur actori.

¶ *De iuramento calumniæ.*

QVoniam statim facta litis contestatiōe iurandum est de calumnia, rectè igitur sequitur de iuramento calumniæ, pro cuius decla-

declaratione hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

Quando iurandum ſit. 1
Quibus cauſsis. 2
A quibus. 3
Qualiter. 4
Quæ ſit pœna iurare nolentis. 5

Eſt autem iuramentum de calumnia, cum quis iurat ſe bona fide,&non animo calũniandi agere vel reſpondere,egiſſe vel reſpondiſſe,& quod ſibi lis,quam agit iuſta videtur, ſi ſit actor,ſi reus,quod ſibi iuſtè videatur ſe ad petita non obligari. extra de iuramento calumniæ.c.j.vbi & bonam gloſ. vide in verbo criminali.

¶In iuramnnto quinq; ſunt capita.

Quod credat ſe bonam cauſam habere. 1
Quod interrogatus non negabit, quod verum eſſe credit. 2
Quod non vtetur falſa probatione. 3
Quod dilationem in fraudem non petet. 4
Quod nec dedit,nec dabit nec pmiſit, nec promittet aliquid pro hac cauſsa niſi illis perſonis,quibus leges dare permittunt.C. eodẽ. l.ij.& authen.principales & in authen,vt litiga.iurent.in princi.col.ix.§.primo. 5

¶Quando iurandum ſit de calumnia.

Eſt autem iuramentum de calumnia præ-

ſtandum generaliter poſt litem conteſta. in continenti, extra eod. c. cauſsam. in fi. &.c. j.&.ij.& de elec.c.dudum.ij.ibi lite vero corã nobis legitimè cõteſt.prȩſtitoq; &.C.eodẽ.l. ij.C.de iud.l.rem nõ nouam. in medio legis.

Et ſi tacitè fuerit omiſsum ab initio, poterit peti in quacunque parte iudicij vt iuretur.

In caſibus tamen aliquibus etiam ante lit.cõteſta.iurari poteſt, puta cum propter rei contumaciam facienda eſt miſsio in poſſeſsionẽ, vt ſupra dictum eſt.de. j.&.ij.decreto

¶Et pro clariore notitia eſt aduertendum, quod multipliciter iuratur, vt ſcilicet partes à probationi. exonerentur. vt veritas cauſſæ manifeſtetur & calumnioſa petitio defenſione euitetur. C.eo.l. j. & in authen.de his qui ingred.ad appel.§.fi.col.v.

Præterea in exceptionibus iuratur ante lit. conteſt.ſed nõ de calumnia, verũ de malitia.

Item cauſsa appellationis. Et breuiter, vbicunq; non eſt neceſſaria litis conteſtatio.

Et pro huius clariore notitia aduertendum eſt, quadruplex eſse genus iuramenti.

¶Quatuor iuramentorum genera.

Deciſorium eſt, quãdo ſuper principali negotio iuratur, ſic ſcilicet eſſe vt petitum fuerat. De quo hic nihil tractamus, ſed inf. de iureiurando.

De hoc

De hoc habes extra de iureiu.c. fi.& de reb. cred.l.generaliter.C.eam vide.

De malitia, quod præſtatur ſuper exceptio- 2
nibus, vel cum aliquid loco exceptionis proponitur, & pręſtatur ante litis conteſtationē vel etiam poſt, in quacunque parte litis, vbi pręſumptio eſt cõtra aliquem, quod aliquid malitioſe proponat.ff.ad exhi.l.theſaurus.extra de elec.c.dilecti.

Et poteſt iudex hoc exigere, non obſtante quòd de veritate dicenda, & de calumnia ſit iuratum. Vide Speculatorem.

De calumnia, ſcilicet vitanda, ſicut in illo 3
Pauli, Habeat vnuſquiſq; ſuam propter fornicationem, ſcilicet vitandam vt.xiij. diſt. c. nerui teſticulorum. prope finem. De quo iuramento hic dicendum.

Et eſt hæc ei9 forma: Ego.N.iuro, q̄d ea quę peto, non calumnioſe peto, ſed credo & exiſtimo me illa iuſtè petere, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei euangelia.

De veritate dicenda. Et huius forma eſt ta- 4
lis: Iuro quod reſpõdebo & dicam veritatem, ſuper quibus interrogatus fuero & non negabo, & ſcienter nullam probationem ſeu teſtimonium ſeu falſum inſtrumentum producam. ſic me Deus adiuuet. de hoc habes. C. de teſti.l.iuſiurandum. Vide latius Spec.

Porro si qua alia iuramenta in iure reperiantur, facilè ad ista quatuor genera reducuntur, vide Speculatorem.

¶ In quibus caussis iurandum sit de calumnia, & in quibus non.

In omnibus causis, exceptis spiritualibus, in quibus non de calumnia sed veritate iuratur, extra eodem. capitu. literas.

Vide hic bonam glossam in verbo, reb' spiritualibus.

In criminalibus vt not. extra eod. c. & ibi vide glos. in verbo, criminali.

In mixtis, vt extra de procurato. capitu. tuę. & extra de accusa. c. super his. Et facit ad hoc. xj. quęstio. j. c. placuit. xvj. quęstio. j. c. frater noster. xiiij. quomodo. ij. ca. super prudentia.

In caussis appelletiõis, iuratur de calumnia si petatur. C. eodẽ. l. ij. in princ. & in authen. de his qui ingred. ad appel. §. illud. ff. de damno infecto. l. qui bona. §. fi. extra eo. ca. j.

In caussa iurispatronatus, dicunt quidam non iurari de calumnia, sed de veritate, cum scilicet sit annexa spiritualibus, extra de iure patro. c. ad aures.

In caussa modica dicunt etiam quidam nõ iurari, nã in ea & sentẽtia sine scriptis lata tenet, & alię solẽnitates, ꝓpter exiguitatẽ caussę omittuntur. C. de sentẽ. excom. bre. recit. authen. nisi. Vide Spe.

In

In inſtantia triennio finito iterum iuratur. Item ſi iudex in medio triennij mutetur.

In quæſtionibus incidentibus vel emergentibus non videtur iurãdum eſſe, cum in principali iuratum ſit & idem iuris ſit in principali & in acceſſorijs, vt extra de offi. delega. c. prudentiam. in fine. Et quia ſemel tantum iuratur. C. eo. authẽ. in iſto. Sed hoc verum eſt in eadem cauſſa.

In omnibus exceptionibus etiam declinatorijs eſt iurandum de calumnia. C. eod. l. j. & probatur, ff. qui ſatiſda. cogun. l. de die. §. fi.

In prætorijs ſtipulationibus iurabitur de calumnia. C. de iura. calumniæ. l. j. ff. de damno infecto. l. prætor. in princip. & l. qui bona. §. fina. Vide hic latius Speculator.

¶ *A quibus ſit iurandum de calumnia.*

Principales perſonæ debent iurare regulariter, & primo actor & poſtea reus. C. eo. l. ij. §. j. & ij. & authen. principales. extra eo. c. iij. & c. cæterum.

Tutor, curator, œconom⁹, Syndicus, Actor & procurator vniuerſitatis. C. eo. l. ij. & authẽ principales. inſti. de cura. §. fina.

Epiſcopi & Archiepiſcopi & orphanotrophi & omnes alij, qui legitimam habẽt adminiſtrationẽ, vel à lege, vel à iudicis authoritate. C. de Epiſcopis & clericis, lege orphanotrophos.

trophos, extra eodem. capitu. tertio & quarto, & capitu. cum caussam. ff. de conditio. & demonstrationi. lege municipibus. Vide Speculatorem.

Procurator non iurat de calumnia. C. eod. l. secunda. §. sin autem.

Qualiter sit iurandum de calumnia.

Statim lite contestata iudex actori sic proponit iuramentum. Tu iurabis, quod non calumniosè petes, sed quod credas te iustè petere. C. eo. l. ij. in prin. versi. & actor & authé. hoc sacramentum, insti. de pœn. temer. litig. §. item actores.

Respódebis super his veritatem, de quibus interrogatus fueris, & eam non negabis. C. eod. authen. in isto iuramento.

Non vteris scienter falsa probatione, siue in testibus, siue instrumentis, siue in alia specie probationis. Sed hoc potius de consuetudine quàm de iure fit. Nam de iure debet dici sic: Tu nullam probationem exiges, nisi quam pro veritate credes necessariam. vt in. d. authen. in isto sacramento. C. eo.

Iurabis, quòd non corrupisti iudicem neq; corrumpes, vel tabellionem, nec dedisti, nec dabis, nec promisisti, nec promittes aliquid per te vel per interpositam & mediam personam pro hac caussa, vt sententia feratur pro te,

te, nisi illis personis, quibus iura dare permittunt, scilicet notario, aduocato, & alijs. C. eo. l. ij. authen. principales.

Quòd dilationem non petet gratia litis differendæ. C. eo. l. ij. in prin. versi. reus.

¶De pœna nolentis iurare de calumnia.

Actor iurare nolens de calum. vel de veritate dicẽda, ab instituta cadit actione per sententiam.

Reus nolens iurare de calumnia vel veritate, patiatur condemnationem, quia pro confesso habetur. C. eod. l. ij. §. quod si actor. & §. si autem reus. extra eo. c. fina. in Authenti. vt litig. iur. §. primo. Vide hic latius Speculatorẽ.

¶De Positionibus.

QVoniam post iuramentum de calũnia, vel de veritate præstitum, probationes vtriusque partis sunt recipiendæ, & positiones inuentæ sunt, vt per eas partes releuentur ab onere probationũ, vt infra dicemus, præstito iuramento de calumnia, statim debet dari terminus ad faciendum positiones.

Et ideo rectè iam de positionibus dicemus, idq; hoc ordine, vt sequitur.

¶Ordo dicendorum.

Quid sit positio, & vnde originem traxerit. 1
Quare fiãt positiones, & de ipsarũ effectu. 2

In

3 In quo differant ab interrogationibus, & quis eas facere vel formare debeat.
4 Quando ſint faciendæ.
5 Qualiter ſint faciendæ.
6 De reſponſionibus ad eas.
7 Quibus modis poſitiones impugnentur, & de cautelis circa eas.
8 De effectu poſitionum.
9 De pœna non reſpondentis vel falſa reſpondentis.
10 De quibuſdam dubijs.

¶Quid ſit poſitio, & unde originem traxerit.

Poſitio eſt dictum loco interrogationis poſitum: Nam quod olim ſub forma interrogationis ponebatur, hodie de plano ponitur, verbi gratia.

Volebam te cõuenire nomine hęreditario, & dicebam ſic: Domine iudex interroges aduerſariũ meũ, an ipſe ſit hæres talis, & ex qua parte ſit hęres, vt ſup. de acti. interroga.

Hodie verò ſic dicitur: Pono talem. N. eſſe hæredem talis. Item pono ſecundò eum eſſe ex aſſe hæredem. argu. extra de lit. conte. c. vnico.

Vel ſic: Poſitio eſt breuis verborum formula, mentem ponentis continens, ad veritatem eliciendam concepta, vt iam infra dicemus.

Tra-

Traxit autem originem positio non solũ ex vsu hominum in caussis inolito, verum etiam ex lege antiqua, vt patet. ff. de leg. iij. l. Offidius. §. ex diuerso. ibi pone inquit in credito. etiam de iure nouo, vt extra de confess. c. statuimus. li. vj. extra de lit. contesta. c. vnico. ibi cũ non per positiones. de electio. c. dudum. & ibi factis positionibus.

Nota autem quòd articulus idem est quod positio. & dicitur pars intentionis, continens illud, quod actor probare intendit. Facit. c. veniens. & extra de testibus. libro. vj.

¶Quare fiant positiones, & de effectu.

Inductæ sunt positiones, vt ponens releuetur ab onere probationis, per confessioné aduersarij. extra de confessis. ca. statuimus. lib. vj. ff. de iureiuran. l. eum qui respon. j.

Prius debent poni positiones, quàm ad genus alterius probationis veniatur.

¶In quo differant positiones ab interrogationibus.

Primò differunt positiones ab interrogationibus forma tantùm, & non essentia. Nam quod hic simpliciter & assertiuè, ibi ponitur interrogatiuè.

Secundò interrogationes specialiter fiunt ante litis contestationem, & quandoq; à iudice, & quandoque à parte. ff. de interroga.

actio.

actio.l.si sine.§.interrogationes.

Possunt tamen etiã fieri generaliter,& quan do partes ponere non possunt. extra de fide instru.c.cum Ioannes.prope fi.

Positiones autem propriè fiunt post lit.cõtesta.& post iusiurandum.

¶*Quis positiones formare possit.*

Fiunt positiões ab vtraq; parte hinc & inde, extra de dolo & cõt.c.prout. & de lit. cõtest. c.vnico.& de elec.c.dudum.ij.circa medium.

Et ratio est,quia succedunt loco probationum,& reus quandoq; probatione oneratur, vtpote in exceptionibus, in quibus fit actor. ff,de excep.l.j.&.l.in exceptionibus.

Item patronus aduersarij potest ponere & interrogare.Item aduocatus.Item assesso potest interrogare.Item notarius interrogat, vel etiam alius, cui Iudex commisit.

Verum secundum communem consuetudinem formabit positiões seu interrogationes aduocatus, vel alius eius consilio, sicut etiam libellum format seu dictat.

Et ratio est, quia tangunt ius, & quicquid ius tangit,expediendum est per aduocatum. C.de aduo.diuer.iudi.l.aduocatus.

¶*Quando faciendæ sint positiones.*

Cum succedunt in locum probationum,& 1 eas imitari debent. Generaliter vbicunq; probatio

batio admittit fieri, positiones faciendæ ſunt.

Quod fit vt fiant ante lit.conteſta.ſuper exceptionibus dilatorijs.Quæ tunc habent probari.extra de lit.conteſta.c.vnico.

Veruntamen ſuper principali non fiunt ante lit.conteſt.regulariter, vt.ſup.dictum eſt.

Regulariter fiunt poſt lit.conteſt.& nõ ante in principali,vt & probationes.extra vt lit. non conteſta.c.quoniam frequenter.in prin.

Fiunt etiam poſt iuſiurandum in cauſa pręſtitum,quandoquidẽ & poſitiones & reſponſiones fiunt per iuramentum.

Poſsunt fieri & poſitiones & interrogationes ſuper quibuſlibet dubijs,vſquequo fuerit in cauſa concluſum,etiam publicatis atteſtationibus,ſicut fit in inſtrumentorum productione,vt extra de fide inſtr.c.cum dilectꝰ. reſpon.j.

Et eſt ratio, quia in inſtrumentis & poſitionibus non timetur ſubornatio,vt in teſtibus. Vide hic latius Speculatorem.

Veruntamen ſi ante cõcluſionem ſit datus terminus peremptorius ad exhibendum oẽs probationes,volunt aliqui,& forte bene, qđ poſt talem terminum non poſsint fieri poſitiones, cum ipſæ loco probationum ſuccedant.Et datur hæc regula.

¶*Regula.*

Quandocũq; aliquid intẽdis probare, prius quam terminum ad probandum recipias, facias positiões, per quarum responsiones te liberaberaberis ab onere alterius probationis, quod mente tenendum.

¶*Qualiter fieri debent positiones.*

1 In plerisq; locis non fiunt positiones, sed lite contestata præstitoq; iuramento, statim iudex super singulis articulis libellum reum interrogat.

Verum in Curia Romana, & fere vbiq; positiones formantur.

2 Quando fiunt ante lit. contestationem super exceptione excommunicationis sic proposita: Coram vobis. d. iudex dico. N. esse excommunicatum, quia percusit. N. clericum, quare in caus, aquam contra me agit non est audiendus.

Tũc si ille negat se esse excommunicatum, vel se percusisse talem, vel illum clericũ fuisse, excipiens sic formabit positiones.

¶*Pono, quod.*

Percusisti talem. N.
In tali parte corporis.
Baculo vel pugno.
Tali die.
In tali loco.

Tali

Talibus pręsentibus. N.&.N.
Turbatus ex tali causa.
Animo iniuriandi.
Ille erat tunc temporis clericus.
Sciebas eum esse.

Hæc si actor confiteatur, probata est excõmunicatio per suam confessionem, extra de offic.deleg.c.prudentiam.

¶Pro clariore tamẽ huius rei declaratione, accipe formam generalem positionum actionis realis, quæ talis est.

¶Forma positionum actionis realis.

Positiones & articulos infra scriptos, ac contenta & descripta in eis omnia & singula dat facit & exhibet coram vobis honorabili.d.N. officiali, &c.Procurator & nomine procuratorio talis actoris, &c.medio suo iuramento in tali caussa, &c. Quibus omnibus petit singulatim per talem reum responderi, per iuramentum suum sufficienter & clare, per verbum credit vel non credit, offerens se ad probandum negata, ad superfluam tamen probationem se non astringens. In primis ponit & probare intendit, quod anno tali. N.in campo talis loci, talem fundum, cuius confines infra specificantur, habuit ad eum pertinentem. Item ponit, quod idem. N.anno prædicto die tali, &cæt. fundum huiusmodi Titio

actori prædicto ementi vendidit pro.xx.flo.
Item ponit,quod ipse Titius precium præ-
ctum prædicto.N. venditori numerauerit.
Item ponit,quod.N.dictus eundem fundum
à tali tempore violenter iterum possidet,oc-
cupat &eum Titio restituere refragatur,in pe-
riculum animæ suæ.Item ponit,quod de præ-
missis omnibus& singulis fuit & est publi-
vox & fama.Dat etiam libellum pro parte su-
oblatum,pro positionibus & articulis ac pr-
ducta & producenda huiusmodi causa, i-
quantum sufficiunt pro parte sua & non
tra,necnon de notorijs,signis,&sigillis.Sal-
iure addendi,minuendi,declarandi, supple-
di vt moris est.

Ex hac forma licet prospicere, quo pa-
& in alijs sint formandæ positiones.Vide S-
cu.titu.de testi.lib.j.parte.iiij.§.nunc vide-
dum.& in tractatu libellorum , ibi quasi p-
singulos titulos in materijs formantur po-
sitiones.

Regulariter fiunt positiones,vt supra dic-
est,post lit.contest.super principali,ad qu-
hac via peruenitur.

Formans enim positiones habeat libell-
præ oculis,vt ex ipsius tenore positiones f-
met,& consideret diligenter,qui eum p-
re oporteat.Super omnibus,quæ probar-

bet, faciat positiones, & cauillose per quæcũque diuerticula poterit, reum trahat actor ad suam intentionem per positiones. ff. de verborum significa. l. natura cauillationis. & de regu. iur. l. ea est natura.

Sed hæc non scribimus, quod nostra doctrina te in dolo instruere velimus, sed vt fraudibus obuiare posis.

Positiones debent fieri super contentis in libello, vel ad ea pertinẽtibus ex parte actoris, quo ad fundandam eius intentionem. Ex parte vero rei, quo ad extenuãdam. iiij. q. iiij. c. j. 4

Item debẽt fieri sup facto aduersarij: aliàs nõ cogitur ad factum alterius respondere. ff. pro socio. l. fina. in fine. ff. si vsufruct. pe. l. vsufructus. ff. si pars hæred. peta. l. j.

Formatæ positiões iudici sunt in scriptis offerendæ extra de probati. c. quoniam contra. vt certus sit qui interrogatur, & super quo respondere debeat, cognoscat. ff. de confessis. l. certum. & vt tam pars quàm iudex videãt, an sint admittendæ vel reijciendæ. 5

Quare debet eas iudex examinare, an faciãt ad causam an sint possibiles, non captiosæ, non negatiuæ, & sic de alijs: idq; partibus præsentibus.

Et si videat eas recipiendas, priusquam respondeatur, faciat eas redigi in actis, ne ali-

qua variatio fiat. ff. de re iudic. l. acta.
6 Oblatis ab actore positionibus quærat iu-
dex à ponente: Ponis tu vel credis per iura-
mentum à te præstitum, quod in his positio-
nibus continetur. Et si respondeat quod sic,
tunc conuertat se ad eum, contra quem fiunt
positiones, & illlum adhortetur vt habita ani-
mæ salutis ratione nihil horum neget, quod
verum. Vide Spe.
7 Ponens non semper tenetur dicere quod
sciat, sed sufficit dicere, quod credat, vt puta
vbi iuratum est de calumnia.
8 Positiones sic formandæ sunt, vt fundent
intentionem ponentis, cõsiderata natura pro-
positæ actionis.
Si igitur agis de dominio, cõsidera quę sint
necessaria in probatione eius. C. de probat.
l. cum res. extra eo. c. licet. ff. de rei vendi. l. in
rem actio.

¶De responsionibus ad positiones.

1 Qui respondere debet ad positiones, dilig-
ter aduertat, an sint pertinentes illę positiões
an superfluæ, vel non.
2 Diuini iudicij illi qui respondere debet, fa-
cta intimatione, debet respondere.
3 Responsio est scribẽda, modo iudicium sit
in quo acta scribantur.
¶Est autem admodum vtile quod scriba-
respon-

responsio, vt de ipsa possit constare, & ne super eodem articulo respondens iterum interrogetur. Quod fieri non debet, siue prius negauerit, siue confessus fuerit. ff. nau. caupo. & stabul. l. licet. extra de iudi. c. atsi. insi. ibi cum suo sit functus officio.

Nisi nouum quid emergeret. extra de iura. calum. c. cæterum. vtputa, si acta priora essét perdita, vel aliquid simile.

Et si iterum iudex super eodem articulo eũ interroget, grauat ipsum & iniuriam facit, & quasi anceps periurium eum facit subire, ac vulgi infamiam incurrere.

Sit cautus ille, cõtra quem ponitur, vt saluo 4
sacramento iurisiurandi pronior sit ad negãdum, quàm ad confitendum: maximè vbi pẽdent positiones ex facto alterius, quia tunc potest habere credulitatem suam, ad sic vel non, & sic actori incumbit onus probandi. ff. de proba. l. ei qui dicit.

Non debet respondere ad ea, de quib. non 5
fuit in iuramento intellectum, vt de his quæ non sufficiunt ad causam. ff. de noxa. l. quoties. §. si. de iureiurando. l. qui iurasse. §. penu.

Responsio nanq; solum referri debet ad id, quod principaliter quęritur, & non ad id, qđ implicari potest.

Ad penitus incertum non tenetur quis re- 6

ſpondere.ff.de iureiurand. l. qui iuraſſe.§.ij.
nec ad impertinens vt dictum eſt.

¶Quibus modis poſitiones reprobentur, & & de cautelis circa eas.

Poſitioni ſuperfluæ non eſt reſpondendũ, vtpote quæ eadem eſt cum iam facta, vel cum iam conceſſa, ſiue cum iam negata, vel ſi ſit contraria iam factæ, vel iam negatis, vel cõfeſſis vt videatur poſitio contra poſitionẽ facta, quibus caſibus non eſt reſpondendum, extra de teſtib. cum tut. & de iureiurand. c. veniens. in fi. C. ſi aduerſus vendit. l. fi. ff. de peti. hęre. l. ſi quis libertatis. §. fi. vide Spe.

2 Poſitioni impertinenti ad negotium nõ eſt reſpondẽdum. Vide Speculatorem multa iura ad hoc adducentem. Nobis ſatis eſt tibi viã indicemq; exhibuiſſe.

3 Poſitioni obſcurę non cogeris reſpondere, niſi declaretur. Talis autem obſcura non protinus abijcienda.

4 Poſitioni ponenti aliquid, ad quod non tu ſed alius reſpondere debet, non cogeris reſpondere.

5 Poſitioni, ad cuius reſponſionem præiudicium fieret tibi reſpõdenti, quaſi ex quadam præcipitatione non compellere reſpondere. ff. de interro. act. l. qui interrogatur. &. l. ſeq. Vide Speculatorem

Poſitio

Positioni, quæ talis est, cui non sit respondé- 6
dum, nõ cogeris respõdere: vt si filius, qui se ab hæreditate paterna abstinuit, trahitur in iudicium quasi hæres, & trahens sic dicat, Pono te esse hæredem, certe non cogitur respõdere. ff. de interro. act. l. si filius.

Positioni negatiuę non est respondendum, 7
quia qui negat non ponit, sed remouet siue sit negatiua explicita siue implicita. Vide latius Specu.

Positioni generali in genere generalissimo 8
non est respondendum. Verbi gratia sic dico, Pono mihi fundũ dari debere. Vel sic. Pono, quod. N. mihi debet aliquid.

Quia talis est respuenda, præstando enim fundum vni9 digiti, vel festucam liberaretur is, contra quem fit.

Nimia enim generalitas parit obscuritatem, & oscuræ positioni respondendum non est, vt. sup. visum est.

Positioni captiosæ non est respondendum. 9
Verbi gratia: pater conuentus iurauit nihil esse in peculio, vt constat, tutus est exceptione iurisiurãdi, nisi pro rebus postea quęsitis, pro quibus cõueniri potest. Finge igiẽ quod post iusiurãdum aliqua res in peculio inueniatur, quæ tũ erat in veritate, & ponit aduersarius sic, Pono quod hæc res eo empore, quo iura

ſti erat in peculio. Certe non tenetur pater ad eam poſitionem reſpondere, propter inconueniens quod ſequeretur. Si enim confiteretur, periurum ſe faceret. Si vero negaret, deieraret, cum in veritate fuiſſet in peculio.

Et præterea ei nō prodeſſet exceptio iuriſiurandi, & poſset conueniri pro rebus pro quibus iurauit, quod eſt incōueniens. Vid. Spe.

10 Poſitioni multiplici ſed implicitæ, & implicanti in ſe plures articulos ſeu plura dicta, nō eſt reſpondēdum. de iure fiſci. l. ita fidei. Verbi gratia. Pono Titium filium Meuij, mihi debere centum. Iſta poſitio duo complectitur, quorum vnum poteſt eſſe verum, alterum falſum ſimul & ſemel.

11 Poſitioni, quæ eſt de iure nō reſpondendū. Verbi gratia, pono quod impubes non poſſit facere teſtamentum, vel pono talem legitimè vel ſecūdum iuris ordinem vel ritè proceſsiſſe, vel aliquid canonicè vel ritè vel iuſtè factum eſſe.

Certè his & ſimilibus poſitionibus non cogitur quis reſpondere. Nam nō cogitur quis probare ius ſcriptum, ſed factum, ex quo ius oritur. Vide Spec.

12 Poſitioni calumnioſæ non eſt ſimpliciter reſpondendum. ſed caute & cum deliberatione.

Eſt au-

Eſt autem poſitio calumnioſa, quæ per quã dam calliditatem & ſubtilem interrogationẽ inducit ad concedendum, quod iam negatũ eſt, vt ſi in prima poſitione aduerſarius meus negauit Lucium fuiſſe ſuum procuratorem. deinde ego pono, quod vendidit vina tua. Item quod culturam vinearum tuarum administrauit. Item, pono quod mandaſti ei vt quæ præmiſſa ſunt, vel aliquid ex eis faceret. Si enim hoc concedat, manifeſtè concluditur cõtrarium eius, quod prius negauerat. Vide Spec.

Poſitioni impoſsibili vel contra naturã aliquid ponenti non eſt reſpondendum, neq; talis admittenda eſt. puta, ſi ponat quis virginẽ peperiſse, præter diuam virginem Mariam. 13

Poſitioni quę eſt ſuper crimine tuo, non teneris reſpondere. Quia non cogitur quis ſe criminoſum reſpondere. Vide latius Spec.

Verùm ſi dubium ſit, an poſitio ſit imperti 14 nens debet reſponderi premiſsa ſolita proteſtatione, ſcilicet ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum &c. vide hic additiones Ioannis Andr. ſuper Spc. Et formam huius ſtatim ſubiungam.

¶De modo reſpondendi ad articulos, ſeu poſitiones.

Factis & oblatis poſitionibus, ſi ſint pertinentes

nentes, clarè & certè debet ad eas responderi, de testib. c. præsentium. lib. vj.

Imò si interrogatus super positionibus, & iussus nolit respondere, positiones habentur pro confessis, nisi legitima caussa recusanté excuset. c. ij. de confess. lib. vj. & ibi glo.

¶Exceptiones contra positiones.

In termino igitur prædicto, puta ad dicendum contra positiones & articulos, vel eis respondendum statuto, solent quandoque dari exceptiones contra positiones & articulos, sub hac forma vel simili.

¶Forma exceptionum contra positiones.

Contra positiones & articulos oblatos per talem Titium actorem, vel talem ipsius procuratorem in caussa talis fundi, procurator procuratorio nomine talis rei Titi, & cętera, proponit & dicit excipiendo, quòd huiusmodi prętensæ positiones & articuli sunt generales, nimis obscuri, incerti, informes, indeterminati, dubij, multiplices, indefiniti, iure captiosi, de facto alieno & impertinentes, & tales, quæ minimè releuarent actorem probati vel confessati, & eis, in quantum pro positionibus dantur, non est pro parte rei respondendum.

In quantum verò offeruntur vt articuli, nullatenus sunt admittendi, vt in eorum inspectione

ctione patet euidẽter, & latius, si fuerit opus, deducetur.

Quare prædictus procurator rei petit per vos pronunciari, decerni & declarari positiones & articulos pręassertos non esse admittendos, sed reijciendos fore, ac reijci & repelli: partem ream ab instantia iudicij absolui, & actorem sibi in expensis legitimis condẽnari: saluo iure addendi, diminuendi &c. vt sup. diximus in materia libellorum.

¶Forma responsionum ad positiones.

Procurator nomine procuratorio Ioannis rei, saluo iure impertinentium & non admittendarum positionum, & articulorum prætensorum Titij actoris, sic quod responsiões, quas forsitan ad impertinentes & indiuisibiles positiones huiusmodi fieri cõtingit: pro non factis habeãtur, dat, facit, exhibet, medio iuramento responsiones infra scriptas.

In primis enim procurator Ioannis prędicti, respondẽdo ad eam non credit &c. ad secundam &c. non credit. Tertia dependet à secũda negata, similiter & quarta. Ad quintam credit se fundum posside re, & eius restitutionem Titij, & assignationem iustè contradicere. Et finaliter credit de confessatis, & negat de negatis.

¶De effectu positionum.

Effe-

Effectus poſitionum is eſt, qui ponit aliqd eo ipſo quod ponit, videtur cõfiteri id quod ponit, nam non debet quis ponendo aſſerere, niſi id quod ſcit vel credit. Vide Speculat. qui latius hæc diſcutit.

¶De pœna non reſpondentis, uel falſò reſpondentis.

1 Falſò confitentis. ff. de interrogatoria actione. lege Si quis in iure interrogatus. &. l. de ætate. §. primo & ſecundo.

2 Falſo negantis, eo. ti. l. non alienum.

3 Tacentis. d. l. de ætate. §. qui tacuit. ſed limita, vt Speculator hic.

4 Non reſpondentis ad interrogata ea. l. §. quod autem. &. l. ſi defenſor. §. ij. in fi.

5 Obſcurè reſpondentis. d. l. de ętate, §. nihil.

6 Dolum cõmittentis circa rem, de qua agitur, eo. tit. l. ſi ſeruus non ſit. in fi.

Quilibet præmiſſorum tenetur, vel pro mendacio, vel pro contumacia, vel pro dolo. vide Spec.

¶De quibuſdam dubijs.

Multa occurrunt circa hoc poſitionum argumentum dubia, quæ apud Spec. tibi videnda relinquo. Nobis enim hic ſufficit, viam ſaltem indicaſſe tyronibus.

¶De confeſsionibus.

Factis poſitionibus, reus quandoque confitetur,

tetur, quare post positiones rectè de confessionibus dicendum venit.

¶Annotatiuncula.

Illud tamen prius aduerte, quod factis responsionibus, ponens siue positiones faciẽs, diligenter considerare debet, vtrum respondens confessus fuerit omnes positiones.

Quod si factum fuerit, instet ponens apud iudicem, vt pronunciet, quia in confitentem nullæ sunt partes iudicis, nisi vt pronunciet, extra de trãsa.c. prgeterea.ff.ad.l.Aquil.l.prouidetur.§.fi.

Si verò negatæ fuerint omnes, petat terminum ad probationes faciendas.

Si verò aliquæ negatæ fuerint, & aliquę cõfessę, videat ponens, an per cõfessas sua intentio satis probetur, quo casu similiter sententiam petat, vt supra dictum est: alioquin negatas positiones redigat in formam articulorũ, & dilationem postulet ad probandum.

¶Quid & quotuplex sit confessio.

Pœnitentialis, de qua hic non loquemur.

Iudicialis, est certa & clara assertio, id est, responsio eius, de quo quęritur in iure, coram legitimo iudice facta.

Et fit in iure tripliciter, scilicet ore, facti euidentia, & interpretatiuè: quę interpretatio sumitũ ex cõtumacia.c.nullus dubitet.de p̃sumptione.

Quis

¶Quis sit effectus confessionis.

a Quod confitens habetur pro confesso. C. de confessi. l. vnica.

b Quod confitens se sua quodammodo sententia damnat. ff. de cõfes. l. j. in fi. iuxta illud, ore tuo te iudico. arg. xxj. dist. c. nunc autem. v. q. v. qui quid nouerit.

c Si certum confessus est, non restat nisi vt cõfessum soluat. ff. de confes. l. certum. §. fi. idq; in tempore à lege dato, quod currit à die confessionis. ff. de iud. l. si debitori. extra de offi. delega. c. quærenti. & extra de re iudi. c. quod ad consulationem.

Nec est necessaria sententia, & hoc est verũ si non petijt libellum, sed incontinenti confessus fuit, dicens se nolle litigare.

Si vero libellum petijt & recepit, & lite cõtestata confessus est in forma iudicij: tũc sententialiter à iudice condemnandus est. ff. de confes. l. qui stichum. & lege Iulianus.

Procedunt autem prædicta in caussa ciuili. In criminali vero videtur, quod confessus nõ sit condemnãdus, nisi aliter contra eum probetur, quia nõ habetur pro explorato facinore vt. ff. de quæstio. l. j. §. diuus. & §. si quis vltro. & §. quæstioni.

Sed illud locũ habet in confessione per torturam extorta, in qua confitens non perseuerauit.

Si vero perſeuerarit, vel ſine tortura confeſſus ſit, tunc eſt condemnandus, vt ibi. &. ff. de exhiben. & cuſto. reo. l. lxj. confeſſus.

Sed vide de his latius Speculatorem.

¶ *Qualiter confeſsio impugnetur, & quando non ualeat.*

A pupillo facta confeſsio non valet, quia ipſo iure tutus eſt. xxij. q. v. c. paruuli. 1

Verum pubes minor. xxv. anno. benè obligatur ex confeſsione, ſed reſtituitur, ſi læſus fuerit. ff. de confeſsis. l. certum. §. penul. ff. de mino. l. ſi ex cauſsa iudicari. §. ſecundo.

In ſpiritualibus autem tenet ſententia lata contra minorem, vt extra de reſtitutio. ſpoliatorum. capit. ex parte.

Non valet confeſsio facta metu mortis, vt extra quod metus cauſa. c. j. vel etiam cruciatus cauſsa. xxxj. quomodo. ij. c. Lotarius. Vel tormentorum, niſi perſeueret in confeſsióe. 2

Non valet, ſi fit par errorem facti, vnde reuocatur quandocunq; ante ſententiã errore probato. extra de confeſsio. c. finali. ff. eo. l. non fatetur. C. de iur. & fact. ig. l. error facti. 3

Non tenet pro ſe. iij. quæſtio. capitulo ſi teſtes. §. Item nullus. Sed contra ſe benè tenet, & præiudicat. 4

Si fiat non coram ſuo iudice, extra de iudi. capi. at ſi clerici. 5

6 Si fit extra iudicium, vt infra dicemus. capitulo proximo.

7 Si fiat absente aduersario vel procuratore eius. ff. eod. l. certum. §. antepe. extra eo. c. ij.

8 Si sit incerta. Debet enim esse certa, pura, & de certa re, vel quantitate. ff. eodem. lege certum. in principio.

9 Si sit contra naturam.

10 Si sit contra rem fauorabilem. Vnde si ingenuus se confiteatur seruum coram iudice, nó tamen in iudicio liberalis causę, non valet. ff. de libe. cau. l. interrogatam. Vide Spec.

11 Si sit super re non litigiosa. ff. de interro. actio. l. cõfessioni, vel si fiat in lite, quæ nó potest procedere, puta inter patrẽ & filiũ, dominum & seruũ. ff. de iud. l. secunda. vel si impubes, vel genitalibus carẽs & de adulterio accusatus, hoc confitetur, tunc non valet, quãdoquidẽ hoc committere nequit, extra de frigi. & malefi. c. quod sedẽ. ff. de adulte. l. si minor.

12 Si sit super eo, quod ius non admittit. ff. de interrog. actio. l. is cui. §. fina. vt quod iudęus habet Christianum mancipium. liiij. distinctio. c. mancipia. extra de iudæ. capit. Et ideo si Iudæus confiteatur se cum Christiana matrimonium contraxisse, non præiudicat sibi quia iura non admittunt tale matrimonium. xxxvij. quęstio. j. c. caue.

Si

Si facta ſit à furioſo.ff.de reg.iur.l.in nego- 13
tijs.ff.de codicil.l. ſecunda. §. furioſus. extra de ſucceſsi.ab inteſta.c.fina.

Si fit à non domino, nõ obeſt domino. Vn- 14
de confeſsio procuratoris, tutoris, vel curatoris abſente domino non poteſt obeſſe. ff. de cõfeſsio.l.certum.§.ſi quis abſente.verſi. Sed an ipſos.

In præiudicium ſuperioris facta, extra de ar 15
bi. c.cum tempore.

Non præiudicat confeſsio ſuper dote, vel 16
ſuper pecunia non numerata. C. de non nume.pecu.l.in contractibus.quam vide.

Quò fit, vt licet quis in inſtrumento confiteatur, ſe dotem ab vxore accepiſſe, tamẽ talis confeſsio ſibi non præiudicat, immo vxor eam repetens probare habet, ſe eam numeraſſe.C.de dote cau.non nume.l.prima.

¶ Quæ & quando confeſſio præiudicet, uel non. In quo ſic diſtinguendum.

¶ Confeſsio fit vel in iudicio vel extra iudicium. In iudicio, & ſubdiſtingue, quia aut fit in cauſa ciuili vel ſpirituali. Et iterum diſtingue, quia vel quis confitetur certum.

Et non eſt ſententia neceſſaria, vt. ſup. diximus. Vel confitetur factum.

Et ſiquidem tale eſt factum, quod confitetur, cui⁹ noĩe cum alio poteſt eſſe actio, actio

nem, quę cum alio eſſe poterat in me propria confeſsione transfero.ff.de interro.act.l. cõfeſsioni,&.l.ſi is cuius. Si autem cum alio actio eſse non poterat,non tenetur.ff. de interro.actio.l.ſi ante. §.mortuo.Et breuiter ſic accipe.Confeſsio in iudicio facta præiudicat, dummodo facta ſit legitimè.extra eo.c.ij.&.iij.C.eo.l.vnica.

Aut fit in cauſsa criminali.& ſi per errorem quis confeſsus eſt,nó nocet neq; præiudicat, & poteſt corrigere errorem ſuum. Si auté nó admittatur ad probandum errorem ſuum,poterit appellare ſiue cauſsa ſit criminalis,ſiue ciuilis.ff.de confeſ.l.cum fideicommiſſum.

¶Quando autem fit extra iudicium,iterum diſtingue,nam fit vel ſuper crimine:&iterum diſtingue,confitetur enim vel coram.

Non ſuo iudice & non nocet.extra de Iudi.capi.at ſi.Quia nullus puniendus eſt, niſi per viam iuris,quæ triplex eſt , ſcilicet accuſationis,denunciationis,& inquiſitionis , extra de accuſationibus.c.ſuper.& qualiter.Et confeſſio facta coram non ſuo iudice non præiudicat,niſi crimen aliàs ſit notorium,extra de accu.c.euidentia.

Vel fit coram ſuo iudice, & præiudicat. Vide Speculatorem.

Vel fit ſuper cauſsa pecuniaria. Et aut fit cõfeſsio

fesſio inter viuos,& hoc aut ſuper contractu, & hoc, vel ad obligandum ſe. Et cauſsa eſt expreſsa, quia confitetur ſe quis Titio debere cẽtum ex cauſsa depoſiti vel commodati, & teſtes ſunt ſoléniter adhibiti, ſtatim eſt cõfitens obligatus, niſi probet ſe indebitum confeſsũ. Excipiuntur tamen hic duo caſus, ſcilicet ex mutuo, & de doti.

Vel ad liberandum alium à ſe, tunc ſi teſtes ſunt adhibiti ſolenniter poſt triginta dies, intra quos competit exceptio nõ numeratę pecuniæ, præiudicat talis confeſsio & non ante. C. de non nu. pecu. l. in contractibus. §. ſuper cæteris. Vide Spec.

Aut fit inter viuos ſuper proprietate, vt ſup dominio ſi fiat confeſsio falſa cauſsa adiecta: vt quia confitetur rem non eſſe ſuam, ſiue in iudicio ſiue extra iudicium, ſiue coram teſtibus non præiudicat. Nam ſi quis bona patris confiteatur eſſe matris, non præiudicat nec tenet confeſsio.

Aut fit ſuper poſſeſsione, puta quia quis dicit ſe non poſsidere, ſtatim perdit poſſeſsionem, quæ etiam ſolo animo amittitur. ff. eod. lege poſsideri. parag. in amittenda.

Fit etiam confeſsio cauſſa pecuniaria in vltima voluntate. Et ſic confitetur quis.

Aut ad obligandum ſe alteri, & non capaci.

puta ei cui nihil legari poteſt, cõfeſsio nõ valet. Vide Spec.

Si vero confitetur debere ſe capaci, valet, etiamſi nihil debuerit, & hæres tenetur id ſoluere. ff. de leg. iij. l. cum quis decedens.

Aut ad alium obligandum ſibi dicendo. cõfiteor quod talis debet mihi centum, hoc nõ prodeſt ſibi. C. de probatiõibus. l. rationem. & l. exemplo. aut confitetur.

Aut ad aliũ liberãdum valet. ff. de donatio. l. ex hac ſcriptura. Vnde ſi teſtator confiteatur ſolutum eſſe, præiudicat hæredi, niſi probet teſtatorem erraſſe. Sed hæc omnia vide latius clariusq; apud Specul.

¶ Quando & quæ confeſsio reuocari poſsit.

¶ Cõfeſsio an reuocari poſsit ſic diſtingue. Quia aut fit in iudicio, & fit ve.

ANTE LIT. conteſtatio. & tunc iuſta cauſſa poteſt reuocari. Vide hic latius Spec. tit. de interroga. ante lit. conteſt. fact. §. fin. Vel poſt lit. conteſt. & tunc fit. Vel per.

ADVOCATVM. & ſiquidem ſciẽte vel præſente clientulo & intelligente, perinde eſt ac ſi per ipſum clientulum fieret. C. de erro. aduoca. l. prima. Vnde ſi tacet ſibi prȩiudicat, niſi eam reuocet. extra de cenſi. c. olim. Vel per

PROCVRATOREM, & præiudicat, niſi eam reuocet, quod poteſt facere, quandocunque

que ante ſententiam errore probato, extra de offi.deleg.c.cum olim prope fi.extra de confeſ.c.fi.Quod autem procuratoris confeſsio noceat domino,probatur extra de poſtulan. c.j.prope fi.§.verum.Vel fit per.

TVTOREM,vel procuratorem. Quomodo autem tutoris vel curatoris confeſsio noceat pupillo vel adulto.no.ff.eodem. l. certũ. §.ij.Vel per

PRINCIPALEM perſonam, quæ quidem ſi fit legitimè,vt ſupra dictum eſt, ſtatur ea & nocet.C.de confeſſ. l. vnica. extra eodem.c. ij.Nec reuocari poteſt niſi errore probato. Vide Specu.

∴ Et in ſumma nota quod error facti negotio nondum ſequuto nemini nocet.C.de iur. & fact.ignor.l. error. Secus autem ſi errauerit in iure.Nã tunc ſtatim habetur pro iudicato. C.eodem.l.prima.Vide Spec.aut fit

¶EXTRA IVDICIVM,& dic vt.ſup.proxima pagina.

¶*De probationibus.*

IN ſuperioribus dixim', quid iuris ſit cum quis actoris intentionem confitetur,nunc dicendũ reſtat,quid iuris ſit cum negat, tunc enim actori incumbit probatio eius, ſcilicet quod dicit.ff.de probatio.l.ſecunda.ij.q.vltima.c.actor.Item de probationibus rectè ſequitur.

Si ergo per responsionem ad positiones nõ est ponentis probata intentio, debet iudex partibus terminum statuere ad probandum.
Quæ autem forma in hac re sit seruanda & quas quoq; dilationes iudex dare posit. Vide Spec.lib.ij.§.j.de probatio.

¶Probatio quid.

Est autẽ probatio rei dubię in iudicio legitimè facta declaratio. Sed Azo sic definiuit, Probatio est rei dubiæ per argumẽta ostẽsio. Sed hæc definito magis conuenit ijs, quæ per disputationem fiunt, quàm quæ in iudicio. Et est in genere triplex.

¶Probationis diuisio generalis.

1 Euidentissima, quæ fit per priuilegia & instrumẽta indubitata, sicut in simili dicit tex. in.c.pia.de excep.lib.vj.
2 Euidens & clara, quæ fit per testes vel facti euidẽtiam, de cohabi.cle.& mulierum.c.tua. ij.quæstione j.c.scelus.
3 Minus euidens, quæ fit per coniecturas, vt. c.afferte.de pręsum. Plures tamen sunt in specie, de quibus infra dicemus.

¶Ordo dicendorum.

1 Quis & qualiter debeat probare.
2 Quid & quando debeat probari.
3 Quot sint probationum species.

¶Qui & qualiter debeant probare.

Actor

Actor & accusator dicens quippiam, quod 1
reus neget, probare tenetur. Nam actore non probante reus, & si nihil prestiterit, absoluet. C. de edendo. l. qui accusare. De iure. c. fi.

Non ergo reus negans probare debet rationem, Multipliciter autem negatiuã, vide hic apud Speculatorem.

Veruntamen in certis casibus onus probandi transfertur ad reum, quorum quẽdam hic catalogum subiecimus.

¶ *Casus, in quibus probatio transfertur ad reum.*

Exceptio, vtpote peto à te. x. tu excipis qđ 1
soluisti. Vel peto fundum, quem probo meum, tu excipis præscriptionem. Quia excęceptiones debes probare.

Nec mirum. nã reus in exceptione fit actor. ff. de exceptio. l. j. & de pbatio. l. in exceptio. extra eo. c. ex literis. in fi.

Et hoc verum, cum reus excipiendo aliquid asseuerat, secus est si excipiendo aliquid neget, vt patet in exceptione non numeratæ pecu. l. de non nume. l. si ex cautione.

Pręsumptio, & hoc, quando est pro actore, 2
vt cũ frater petit à fratre partem prędij, quod fuit patris eorum communis: quamuis alter frater reus, neget illud pertinere ad fratrem actorem, tamen probare debet qualiter ad se tantum pertineat, aliàs in causa succumbit.

C.de probatio.l.siue possidetis. Vide Speculatorem.

3 Spontanea probationis assumptio. Si enim reus opus probandi subire vellet, mos ei gerendus est.ff.de proba.l.circa extra de restit. spol.c.j.

4 Iuramenti delatio. Nam si iudex reo deferat iuramentũ, suscipere debet ipsum, quod prestitum loco probatiõis habetur, extra de probatio.c.sicut consuetudo. & de iureiuran.c. fi.ff.de iureiur.l.iusiurandum.&.l.manifeste.

5 Actoris priuilegium. Nam qui repetit tanquam indebitũ, quod iam soluit, regulariter debet probare indebitum, tamen si repetens sit priuilegiata persona, puta pupillus, vel minor, vel miles, vel agricola, reus debet probare se debitum recepisse.

6 Ob delictum inficiationis. Si reus à quo indebitum solutum repetitur, negat se ab actore recepisse pecuniam, certè actore solutionem probãte reus necesse habet probare postea sibi debitum fuisse.

7 Hos duos casus habes extra de solutio. cap. fin.&.ff.de probatio.l.cum de indebito.circa principium.&.§.sinautem.

8 In communibus iudicijs vtriusque partis probationes admittuntur, extra de probatio. c.ex literis.ff.de iud.l.in his tribus.

Cum vterq; afferit se possidere, vterq; pro- 9
bat.l.in his tribus. & extra de proba. c. licet.

In crimine falsi, vtriusq; testes audiuntur. 10
C.de falsis.l.vbi.vide Spec.

Item in crimine læsę maiestatis, & in sacramentis desertis.& in proditione patriæ, & in crimine peculatus.C.de abolitio.l. fallaciter. in fi.

Negatiua, habens in se implicitam affirma- 11
tionem, à reo probari debet. Vide latius Spe. loco supra dicto, vbi de negatiuis satis prolixè agit.

¶Quid & quando debeat probari.

Id quod deductum est in iudicium, & super 1
quod lis mota est, siue directè, siue per modũ exceptionis, vel replicationis, si enim probatur per testes, vel instrumenta, aliud quàm deductum est in iudicium, vel si testes producũtur super vno articulo, & dicunt super alio, nõ valet dictum eorum.extra de testib.&. C. de proba.l.ad probationem.

Illud solum quod prodest probanti. 2

Id quod verisimile est, extra de præsũptio. 3
c.quia verisimile.vide Spec.

¶Cautelæ actoris in probando.

Si publicatis testibus & attestationibus, vi-
des te probasse intentioné tuam, tũc destrue 1
& discorda testes alterius partis.

Si alte-

2 Si altera pars plenè ꝓbauit contrariũ eius, quod tu probasti per tuos, recurre ad ea, quæ habes. ff. de testi. l. ob crimen. in fi. & ibi bonam glo. in verbo, asſiſtit. & . C. de contrahen stipu. l. penul.

3 Si probauit exceptionem peremptoriam & ſic vtraque probatio poteſt eſſe vera, componet cum ea. ff. de probationi. l. in exceptio C. & . ff. de exceptioni. per totum.

4 Si videris te nihil probaſſe per tuos, recurre ad teſtes alterius partis, quia fortè per illos ꝓbaſti, fas eſt enim vel ab hoſte doceri, quia cõmune eſt dictum eorũ. xiiij. q. v. c. non ſanè.

5 Si totaliter defeciſti coram Deo & mundo tace.

¶ *De ſpeciebus probationum.*

1 Per teſtes. extra de probationi. capi. ij. & capitulo ex literis.

2 Per confeſsionem partium, extra de reſtiſpo. c. cum ad ſedem. ff. de interroga. actio. l. ſi ſine.

3 Per inſtrumenta, extra de fide inſtrumentorum. per totum.

4 Per euidentiam facti & aſpectum, extra de accuſati. cap. euidentia. & de iureiuran. c. ad noſtram. ff. de ven. inſpicien. l. j. ſic etiam in atroci iniuria, quæ per aſpectum cenſetur.

Per

Per præſumptionem, extra de præſum- 5
ptio.c.adferte.& per totum.

Per famam,cum alijs præſumptionibus.c. 6
tertio loco.extra eod.ſcilicet de præſumptio.
Et vicini fama probationem facit, extra de frigi.& malefi.c.vlti. & per famam cum vno teſte de probatio.c.ſicut. Quod tamen non ſufficit ad condemnandum de crimine,quia in crimine debent eſſe probationes apertiſſimæ,& meridiana luce clariores: ſecus in ciuili.C. de probatio.l.vltima.

Per iuramenti delationem factam à parte 7
pa[illegible].ff.de iureiuran.l.j.&. ij. &.l.manifeſtè. extra eo.c. fi.vel facta à iudice alicui litigantium, quia ſemiplenè probauit. C. de rebus credi. l. in bonæ fidei.extra de procur.c. ex inſinuatione.extra de proba.c.ij.Vide Spec.

Per libros antiquos,& per antiquas ſcriptu- 8
ras in lapidibus vel columnis ſculptas, extra de proba.c.cum cauſſam.ff.de proba.l.cēſus.

Per literas ſigillatas ſigillo Epiſcopi, extra 9
de proba.c.poſſeſsionē.Vide Spec.de ſigillis latè dicentem.

Per denunciationē publicarum perſonarū.

Per communem opinionem. 10

Per indicia indubitata,extra de hære.c.excō 11
municamus.in fi.j. C. de rei vendi.l.indicia. 12
ij.quæſtio.vij.c. ſciant.

Et

Et habent prædicta locum in probatione facti. Probatio verò iuris debet fieri per leges & canones & consuetudines, interdum directè, & interdum per argumenta.

¶ *Annotatiuncula.*

Probationes factæ in vno iudicio, vtpote attestationes, confeßiones, & huiusmodi, fidem quoque faciunt in alio, & factæ coram arbitro, fidẽ faciunt coram iudice. vide Spec.

¶ *Sex genera probationis sempiternæ.*

1 Per vnum testem. ff. de dote præleg. l. Theopompus. ff. quemadmodum testa. aper. l. j. §. fi. ff. de iureiurand. l. si duo.

2 Per collationem alterius scripturæ, ex qua non plenè, sed qualis qualis sumitur probatio, in authen. de instrumen. cau. & fide. §. si verò moriatur. §. sequen. colla. vj.

3 Per scripturam domesticam, quę non sola, sed cum alijs valet, & si semiplenam inducit probationem. C. de proba. l. instrumenta.

4 Per fugam in authen. de collatio. & de alijs capi. col. ix. §. super hoc. & §. si quis autẽ. extra de pręsumptio. c. nullus. iij. q. ix. c. decreuimus.

5 Quando quis se dicit in vrbe compulsum, quod quia non est verisimile, facit semiplenam probationem tantum. Vide latius Speculatorem.

Per

Per famam.C.de reb.cred.l.in bonefid.Sed vide hic Specu.qui optimè tractat.

¶Annotatio.

Verùm vtrum priuata scriptura fidem faciat.vide Panor.c. ij. de fide instrumen.Item an litera missiua, & libri rationum mercatorum fidem faciant.vide eundem.d. c.

¶De testium productione.

QVia supra titulo proximo de probationibus disseruimus,deq; earundẽ necessitate & speciebus,quę multæ sunt.Sed inter omnes species probationis efficacior est, quę fit per testes, cum fiat viua voce,extra de fide instr.c.cum Ioannes.& quę ibi notantur. loco primo de testium productione hic dicemus, & deinceps de alijs speciebus probationis.

¶Ordo dicendorum.

Quę possint contra testes opponi. 1
Quando & qualiter sint producendi seu recipiendi. 2
De iuramento ipsorum.
De articulis. 3
De interrogatorijs. 4
De testium examinatione. 5
De attestationum & dictorum testium publicatione. 6 7

De

8 De numero teſtium.
9 Quibus teſtibus magis fides adhibeatur.
10 De ipſorum compulſione.
11 De renunciatione productionis teſtium.
12 De rubricis.
13 De teſtium reprobatione.

¶Quæ poſſunt contra teſtes opponi.

1 Quod ſit inimicus vel cum inimicis habitet. C. eodem. l. ſi quis. ff. eodē. l. teſtium. extra de accuſa. c. repelluntur.

2 Quod ſit conſpirator vel cōiurator. iij. quæſtione quarta. c. conſpiratores, extra de accuſationibus. ca. cum oporteat.

3 Quod ſit parens, qui non poteſt teſtari contra filium vel pro eo: nec filius pro vel contra patrem, etiam ſi vterq; velit. C. eo. l. parentes ſed vide fallentias Speculatoris.

4 Quod ſit familiaris & domeſticus, id eſt de domo actoris, & repellitur. C. eo. l. ij. &. ff. eo. l. penul. extra eo. c. in literis. Vide iura & Spe.

5 Quod ſit fur, raptor, adulter manifeſtus, & huiuſmodi, extra eodem. cap. ex parte. c. ſuper. ff. de furtis. l. non poteſt.

6 Quod ſit infamis & leuis opinionis. extra eodem. c. teſtimonium. &. c. ex parte. ff. eodē. l. tertia. para. lege Iulia.

7 Quod ſit remotus ab aliqua dignitate propter turpitudinem. ff. de ſena. l. ij.

Quod

Quod ſit excommunicatus. extra de teſti. c. 8
veniens.ij.C.de hæreti.l.pe.

Quod ſit talis,cum quo non fit teſtificatio. 9
vt mulier,impubes,mut⁹,ſurdus,furioſus,cui bonis interdictum eſt, vel inteſtabilis in poteſtate teſtatoris, hæres in eo teſtamento ſcriptus,vel eſt.l.Iulia repetundarum dãnatus.

Quod ſit monachus,vel canonicus regula- 10
ris,vel conuerſus,vel alius religioſus ſub obedientia conſtitutus,qui non poteſt eſſe teſtis ſine licentia ſuperioris.extra ne cleri.vel monachi.c.non magnopere.ff.de re militari.l.iij. §.in libello. C.de epiſ. & cle. l.de nobis. & in authenti.de monach.§.illud. & paragra. ſi qs autem.

Quod ſit ſocius criminis ſiue in eodem cri 11
mine irretitus, extra eodem. capitu. veniens. C.de quæſtio.l.ſicuti.

Quod ſit libertus,qui nec volens quidẽ au- 12
ditur contra patronum,nec cogitur. C.eodẽ. l.Libertorum.

Quod ſit ſeruus.iij.q.v.c.nullus,inſtitu. de 13
teſta.§.teſtes.ff.eo.l.qui teſtamento.§.ſeruus. C.eodem authen.ſi teſtis productus.&.l.quoniam.

Quod precium receperit, vel recepturus ſit 14
pro teſtimonio vel dicendo vel tacendo, vel quod inſtructus fuerit.C.eo.l.ſi quis.in ſi.

15 Quod obſcurè vel confuſe dixerit, quare nó valet, niſi iterum deponat & dictum ſuum declaret, quod facere poteſt. extra eodem. c. cú clamor.

16 Quod non perhibeat teſtimonium de auditu & viſu ſuo, ſed tantum de credulitate. & nó de ſcientia. ſed Vide hic latius quæ Specula. dicit.

17 Quod ſit Iudæus vel infidelis, qui non poteſt contra Chriſtianum deponere. extra eo. c. j. & c. Iudæi. & c. licet. C. de hæreti. l. quoniam.

18 Quod ſit pauper. quia non habet quinquaginta aureos in bonis, contra quem præſumitur, in authen. de teſti. §. j. ver. ſancimus. Vide Specu.

19 Quod aſtruat negatiuam, extra de cauſ. proprieт. & poſ. c. cum eccleſia. §. nos igitur.

20 Quod ſuper alio depoſuit, quàm ſuper quo fur interrogatus & inductus.

21 Quod interrogatus non reddidit cauſam ſui dicti, extra eo. c. cum cauſam quæ.

22 Quod ſunt varij teſtes & in dictis ſuis vacillantes. extra de cauſ. poſ. & proprie. c. cum eccleſia.

23 Quod titubauit vacillauitq; in dicto ſuo, quia titubans pro ignorante habetur. C. de contrahen. dict. inde. l. fi. ff. de reg. iur. l. non debet. §. in re obſcura.

Præſu

Præſumitur enim contra teſtem, ſi nõ cum conſtantia ſed cum trepidatione deponat. ff. de quæſtio. l. de minore. §. plurimum quoq;.

Et poteſt iudex ſi talem viderit vacillãtem, pallidum, tormentis afficere, & timorem incutere. C. de teſti. l. nullum. in fi.

Quia vt ait Cicero in Topicis, Sæpe pallor vultus, rubor & titubatio faciunt, vt minus fidei alicui habeatur. Iuxta illud Ouidij, O quàm difficile eſt crimen non prodere vultu. Vide Spec.

Quod ſit verboſus, contra quem etiam præſumitur. 24

Quod habeat ſimilem cauſſam vel crimen. 25
extra eo. c. perſona. C. eo. l. quoniam.

Quod in alia cauſſa criminali contra me tulerit teſtimonium, quare nunc non debet admitti in iſta, quia præſumitur inimicus, extra de accuſatio. c. inimicus. & c. cum. P. ff. de teſti. l. product. quæ clarè hoc dicit. Vide. 26

Quod habeat cauſſam contra eum, contra quem ducitur. extra de purga. cano. c. cum in iuuentute. prope fi. Vide hic Specu. qui hæc ponit. 27

Quod fuerit in eadem cauſſa iudex, vel aduocatus, vel procurator, vel aſſeſſor, vel exequutor, vel actor vel arbiter. extra eodem. c. Romana. libro ſexto. ff. eodem. l. fin. 28

Quod rececept⁹ ſit poſt renunciationẽ, vel 29

publicationem, vel sufficientem productio-
nem.

Quod receptus sit ante lit. contesta. quod
30 non valet:extra vt lite non contest.c.j.&.ij.&
c.quoniam.sed hoc fallit certis casib⁹, de qui
bus.inf.c.proximo.

Quod sit gratios⁹, id est adulator. iij.q. v.c.
31 similiter &.c.accusatores.

Quod sit arenarius vel vilis persona, quæ si
32 ne tormentis non debet admitti. ff. eodem.l.
ob crimen. paragra.primo.

Quod testes idem dicunt in omnibus vel si
33 milia proferunt, quare subornati præsumen-
tur.ff.eo.l,testium.§.ideoq;.C.de pœnis.l.q
sententiã.iiij.q.iij.ca.Si testis.ver.in testibus.

34 Quod non nouerit personas litigantiũ nec
nomina dixit.extra eodẽ.capitu.licet ex qua
dam.in fine.C.de iure deliberandi. l. scimus.
§.si autem dubius in fine.

35 Quod sit huius rei inscius, ignotus, & con-
tra eum suspicio violenta.ff.de accusa.l.alij.

36 Quod testes discordent de loco, tempore,
& personis, extra eo.c.licet.

Quod crimen testi obiectum cõtingat caus
37 sam, de qua agitur.extra de excep.c.j.in fi.

38 Quod nõ fuerint singulatim & secretè exa
minati, vt infra dicem⁹ s de testi.exa.

39 Quod accusatus criminaliter, non admitta-
tur in

tur in testem contra alium, in caussa crimina li, nisi in exceptis criminibus, pendente accusatione sua. extra eo. c. fi. ff. eo. l. testium.

Quod amore, odio, vel cómodo, vel timore deposuerit. extra. c. quoties. & de testi. cogend. c. cum contra &. c. sequen. C. eo. l. eos. 40

Quod cohabitet inimicis eius, cótra quem producitur: extra de accusa. c. repellantur. &. c. cum oporteat. ff. de testib. l. finali. C. de in officio. l. quoniam liberi. in fine. 41

Quod homicida. iij. q. v. c. constituimus. 42

Quod concubinarius manifestus, vel incestuosus, qui contra accusatum non auditur. capitu. consanguineorum. 43

Quod hermophroditus. iiij. q. c. si testes. versi. hermophroditus. 44

Quod mulier. extra de verbo. signifi. c. forus. Verum secundum leges, mulier in caussa ciuili & criminali potest esse testis. ff. de testibus. l. ex eo. Vide Spec. 45

Quod sit laicus, qui non admittitur contra clericum in criminali caussa. c. veniens. j. extra eo, ij. q. vij. c. laicos. &. c. sequen. per totum. 46

Quod sit clericus, qui non admittitur contra laicum. xj. q. j. c. nullus. Sed intellige in criminali, vel coram iudice seculari 47

Quod non sit probatæ vitæ vel opinionis, 48

extra eo.c.testimonium.authẽ.eo.§.quia ita.
49 Quod publicè pœnitentes quodammodo sint infames,& per cõsequens repelli possint à testimonio. Vide hic latius Spe.
50 Quod non ieiunus tulerit testimonium.extra eod.c.primo. Sed hoc verum honestatis, non necessitatis caussa.
51 Quod aliquid de suo addendo mendacio testimonium decolorarit.iij.q.ix.c.puram.vide tamen hic Spe.qui hũc modũ moderatur.
52 Quod sit furiosus, indiscretus. Talis enim pro absente & ignorante habetur.ff. de acqu. ren.posses.l.j.sed furiosus.
53 Quod sit testis in re vel caussa sua. C. eod. l.omnibus.iiij.q.iij.c.si testes.§. item nullus. ff.eo.l.nullus.vide latius Spe.
54 Quod sit testis & accusator,qđ esse non potest,extra de verbo signi.c.forus. §. in omni.
55 Quod fuerit ob crimen famosum damnatus.iiij.quæstione.iij.capit.si testes.§. ob crimen.ff.eodem.l.ob crimen.
56 Quod sit publico iudicio, puta de calũnia damnatus.ff.l.quæsitum, vel de adulterio. ff. eo.l.scio,vel repetundarũ.ff.eo.l.repetũdarũ.
57 Quod olim fuerit criminosus,& adhuc præsumatur.C.ad legem Iuliam maiesta. l. quisquis.extra de pign.c.iij.in fine.
58 Quod falso vel variè testimonium dixerit, vel

vel vtriq; parti dictum ſuum prodiderit. d. c. ſi teſtes. iiij. q. iij. §. qui falſo. vel variè. C. eo. l, nullum. ff. eo. l. qui falſo. ff. ad l. Corne. de fal. l. eos.

Quod accuſatus, cõtra quem inducitur, eũ liberauerit, vel parens eius, vel quod teſtis publicis vinculis, ſeu cuſtodia detinetur, vel qđ ſe ad pugnandum cum beſtia dẽtata locauit, vel pecuniam ob teſtimonium dicendum acceperit. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. itẽ. l. Iulia. de vi. §. in teſtimonium. 59

Quod non fuerit rogatus à producente, vt in authen. de teſti. §. & licet. xiiij. quæſtio. ij. c. quanquam. & talis eſt caſus, in quo debuit rogari, qui plures ſunt, vt hic ſubiungam. 60

¶ Caſus, in quibus teſtes rogari debent.

Quando contractus fuit in ſcriptis, & debitor vult probare per teſtes ſolutionem, quam voluit facere, vel quam fecit, vel confeſsionẽ quam fecit creditor, videlicet ſibi ſolutũ fuiſſe, quæ ſolutio facta fuit in ſcriptis, oportet enim in hiſce, vt rogatus fuerit, & non tranſeũtes vel fortuitu. iij. q. ix. c. teſtes. §. de his. C. eo. l. teſtium. in authen. eo. §. Et licet. &. ff. de teſti. l. hæredes. §. fina. 1

In teſtamentis, vt in. d. §. Et licet. &. ff. de teſta. l. hæredes. §. fi. &. C. eo. l. hac conſultiſsima. Vide Spec. 2

3 In diuortio.ff.de diuor.l.nullum.Sed hunc casum aliqui non admittunt.

4 In matrimonio.xxx.q.v.c.nostrates.

5 Vbi quis vult cautè disponere sine scriptura tabellionis:vt in authenti. de instru. caute. & fide.§.si quis igitur.

6 Si depositarius vni ex hæredibus deponentis partem reddat pecuniæ depositæ. ff. de posi.l.j.§.si quis tabulas.&.§. pecuniam. Vide Spec.

7 Quod inuitè testimoniũ dixerit,quare non valet.ff.de testa.l.qui testamenta.in fi.

8 Quod artifex ignotus, vel nimis obscurus, vel ignobilis,non diues.Tamen quandoq; admittitur cum verberibus à iudice feriendus. Vide Spec.

Regula.Et regulariter quilibet potest esse testis,qui non prohibetur.ff.eo.l.j. Et generaliter secundum quosdam,quemcunq; reperies vitiosum eum potes de iuris rigore repellere.

¶Quando testes sint recipiendi.

Regulariter lite non contestata, non proceditur ad testium receptionem:& si ante recipiantur,non valet quod agitur, extra vt lit. non contest.ca.j,&.ij.&.c. quoniam. Sed in. xxxvj.casibus,qui hic sequuntur,fallit.

¶Casus,in quibus testes recipiuntur ante litis contest.

1 Vbi timetur de morte testis vel testium, vt quia

quia ſunt infirmi vel ſenio confecti, vel pro-cincti ſunt ad bella.

Si timetur de abſentia diuturna. 2

Si agatur de electione alicuius confirmanda vel caſſanda, extra de eo, qui mit.c.cũ qui. 3

Cum agitur de matrimonio carnali.& is qui conuenitur, malitioſe ſe abſentat & contumax eſt. 4

Si agatur de alicuius crimine per modũ inquiſitionis, extra de dolo & cont.c. veritatis. de iudic.capit.nouit. 5

Cum petuntur teſtes ad perpetuam rei memoriam publicari. Prædictos. vj. caſus habes in.d. decretali, quoniam extra vt lit. non conteſta. 6

In cauſsa appellationis à grauamine interpoſitæ, vel etiam in alia cauſsa appellatus contumax eſt, extra de appellationi.capitu.interpoſita.in fine.&.c.ſæpe.C.de præſcrip. xxx. vel xl.anno.l.cum notiſsimi.§.fina.&.C.de contempt.appellatio l.fi.§.fi. 7

Actore contumace & reo inſtante, teſtes recipi poſſunt & ſententia quoq; ferri, extra de dolo & cõtu.c.cauſsam quæ,&.C.quomodo & quando iudex authen.qui ſemel. 8

Cum actor nequit agere propter interpoſitum iuramentum, extra de iureiurand.c. ad noſtram. 9

20 Cum minor officio iudicis ab hæreditate se abstinet. C. si minor ab hære. se lege prima cũ authenti. ibi posita.

21 Cum caussa est merè spiritualis & sine cómodo alicui' temporalis, vt in crimine hæreseos argu. c. qui recedunt. cum duobus sequentibus. xxvj. quomodo. vj. extra de senten. excó. c. à nobis.

22 Vbicunq; publicum commodum offenditur. vt in malo officiali. C. de pœni. l. ne diu.

23 Secundum aliquos cum agitur de statu & libertate ecclesiæ, extra de testibus. cap. cum. olim. & de fideicommiss. liberta. l. in fideicommissarijs. & lege hæredum.

24 In caussa denunciationis. extra de dolo. c. veritatis. extra de iudi. c. nouit.

25 Cum restitutio in integrum incidenter postulatur officio iudicis. extra de offi. iud. ij. c.

26 Cum agitur finium regundorum. C. finium regundorum. l. iij.

27 In petione legati & fideicommissi. arg. C. de vsu & vsufruct. leg. l. ij,

28 In Trebellianica restitutióe. C. de Trebel. l. penulti. §. cum autem.

29 In caussa hæreseos. Post mortem enim quis punitur sine litis contestatione. xxiiij. q. ij. c. sanè. C. de hæreti. l. quarta.

Cum

Cum persona est incerta.v.quæstione pri- 20
ma.capitu.quidem.

Cum agitur de aliquo possessore beneficio 21
obtinẽdo.extra de eo,qui mittitur in posses-
sio.ca.cum qui.libro.v..

In dilapidatione argumen.ij.q.iij.cap.quia 22
ea.&.C.vbi de crimine agi opor. lege prima.
& Authenti.ibi posita.

In caussa purgationis.extra de purga.cano. 23
c.cum p.&.c.inter.

Cum quis est intra pubertatem & timetur 24
de eius variatione.ff.de Carboniano edicto.l.
iij.§.ij.

In caussa surreptionis.extra de re iudicata. 25
cap.cum olim.

In notorijs quando iudex in eis recipit te- 26
stes ad cautelam, extra de elect. c. bonæ. pri-
mo.§.licet.

Dum quis deficit in purgatione punitur, 27
lit.non contest.extra de simo.c.de hoc.&. c.
insinuationi. & de cohabi.cleric. & mulie.c.
tua.in fi.

In libertate secundum quosdam.C. de in- 28
ge.manu.l.diffamari.

Vbi aliquid ante lit. contest. incidenter 29
opponitur & probatur, extra de testi.c. ve-
niens.

Vbicũq; aliquid iudicis officio expeditur. 30

extra

extra de ſpon.c. præterea. & de offi. iud. c.j. C.finium regun. l.iij.ff.de mino. l.in cauſſa. §. cauſſa.

31 Secundum Azo.cùm is, qui non poſsidet, liti ſe offert, quia tunc lite non cõteſtata fertur ſententia.ff.de rei vendi.l.ſi autem.

32 In odioſis, in quibus terminus accuſatori præfigitur, in quo ſi non veniat, poſtea non audietur, extra qui matri. accu. poſ.l. cum in tua.C.qui accu.non poſ. per totum.

33 IN EXCEPTIONIBVS dilatorijs & declinatorijs fori:& etiã in quibuſdam peremptorijs.ſ.cũ excipitur de re iudicata vel tráſacta, extra de re iudi.c. inter monaſterium. & extra de lit.conteſta.c.exceptiones. lib.vj.

34 Secundum Azo. cùm impubes ax Carbo. edict.vel mulier nomine ventris petit ſe mitti in poſſeſsionem, vel cum abſente actor petit mitti in poſſeſ.bo.cau.rei ſeruan. vel cùm filius petit alimenta. Vide Specu.

35 Vbicunq; agitur de iuribus, licet ſuper his raro agi debeat, niſi iuſta cauſſa ſubſit.

36 In omnibus emergentibus ſecundũ quoſdam, & breuiter, vbicunque libellus non admittitur. Vide hic latius Speculatorem.

¶*Qualiter ſint teſtes producendi.*

1 Volens producere teſtes, faciat eos per iudicem vocari. Quandoquidem ſi non iuridicè vocati

vocati se ingerant, quodammodo suspecti sunt. ff. de procu. l. quæ omnia. C. de test. authen. rogati. Et sic quandoq; etiam inuiti ꝓducuntur, compellente iudice.

Iudex asignabit dilationem seu terminum, a intra quem producat quis suos testes, & cópetentem terminum, vt docetur. iij. q. iij. c. induciæ. §. spácium.

Is qui ꝓducturus est, colliget omnes, quos b poterit habere, & eos producat iudici pręsentando. Et sub vna dilatione aliquos pro prima productione producat, alios pro secunda, reliquos pro tertia, & quęlibet productio debet continere vnam vel plures dies, ad arbitrium iudicis. Vide Spec.

¶ *Annotatio.*

Et aduerte hic, quòd quarta productio vel dilatio non dabitur sine solénitate legali, quę talis est, quòd scilicet iuret, qui eam petit, quòd non fuit percunctatus dicta testium per se, vel per alium, vtpote aduocatum vel procuratorem, & quòd non petet quartam productionem dolo, machinatione, vel iniqua arte, sed quia nequit vti testibus, quos ꝓducere intendebat. Quibus casibus iudex cócedat petenti quartam productionem, etiam postquā renunciauit, & etiam postquā aduersarius didicit testificata, sed non ipse.

Pro-

4 Producendi ſunt teſtes ſumptibus producentis. C. eo. l. quoniam.

5 Recipi debent altera parte pręſente, vel ſe contumaciter abſentãte, extra eo. c. ij. C. eo. l. ſi quoniã. in authen. eo. §. ſancimus. &. §. pe.

6 A iudice dandus eſt teſtibus ſaluus conductus & ſecuritas. iij. q. ix. c. hortamur.

7 Iudex debet effrenatam teſtium multitudinem refrenare. ff. de teſti. l. j. vt. inf. latius dicemus.

8 Producẽdi ſunt teſtes de prouincia in prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem, ſi iudex id proſpexit expedire.

Si autem videretur ei non expedire, ſcribat iudici, ſub quo degunt teſtes, vt eos recipiat ſecundum formam & ſtylum loci.

Sed vide latius Speculatorem ponentẽ formam cõmiſsionis, receptionis teſtium.

¶De teſtium iuramento.

Teſtis cùm depoſiturus eſt, Iudex ei iuramẽtum ſub hac forma proponet. Tu iurabis, quod dices mihi vel notario illi, cui hoc cõmiſero inquirendum, totam plenã & meram veritatem, quam credas vel ſcias ſuper hac quæſtione, quæ vertitur inter, N. & N.

Hæc forma, quia multos habet articulos, à me hic longius non tractabitur. Tu tamen Speculatorẽ videas, cõſulo, in titu. de teſtium iura-

iuramen.lib.j.par.iiij.Præterea formam iuramenti teſtium habes clarè extra de teſt. in vlti.gloſ.c.fraternitatis.

¶*Articulorum exhibitio.*

Qui teſtes producit,debet ſuam intentionẽ 1
ex petitione ſua elicitam, dare in ſcriptis, ſuper qua teſtes examinantur.

Et vocatur illa ſcriptura quandoq; articuli, extra de teſti.cog.c.fi.& extra.eo.c.præſentium.§.teſtes.lib.vj. Quandoq; verò capituli. extra eo.c.cauſſa quæ.&.c.per tuas.&.c. fraternitas.Et apud pleroſque dicitur intentio, quandoq; & aſſertiones.vj.q.vlt.c.actor.

Fiunt autem articuli eodem modo,ſicut & 2
poſitiones eo ſaluo,quod in poſitionibus dicitur:Item ponit talis vel talis, & hic dicitur loco articulorum,talis vel talis probare intẽdit.Sed qui volunt ſe breuius expedire,ſemel faciunt poſitiones,& articulos,ſic dicẽtes vel ſcribentes:Ponit talis vel talis,& probare intendit,ſic poſitiones negatas dant pro articulis.Vide Speculatorem.

Per articulos ſpecificatur,quod eſt in poſi- 3
tionibus in genere poſitum.

Formatis articulis ab actore & reo,detur ar
ticulorum copia partibus,ſi talis eſt loci con- 4
ſuetudo,vel Iudici, vel notario.

Quotieſcunq; mutatur genus articulorũ, 5
toties

toties illa verba repetantur. Item intendit probare.

6 Articuli debent fieri per verba affirmatiua & non negatiua, quibus potest aticulator declarare, colorare, specificare, & ampliare, quę in petitione continentur, eius tamen substantia non.

7 Articuli non sunt sub disiunctione formandi, nisi forte agatͣ de alieno facto, in quo probabilis est ignorantia. ff. de iur. & fact. igno. l. regula. tunc enim possunt sub cõditione formari articuli. extra de in integrum resti. c. cõstitutus.

Veruntamẽ si non dentur articuli, vbi non est de consuetudine, nõ vitiat processum. Vide Specu. hæc diffuse tractantem, & articulorum formam ponentem.

¶De interrogatione seu de interrogatorijs.

Interrogatoria dicuntur quæstiones, quas pars fieri vult super negotij circunstantijs, testibus contra se inductis, extra eo. c. præsentium. §. testes. lib. vj.

Interrogationum copia non detur parti, testes producenti, propter periculum subornationis.

¶Interrogatoria qualiter & quibus danda.

8 Dantur tales quæstiones seu interrogatoria ad instructionem examinatorum, quę si in-

terro.

terrogauerit ſuper alio quàm debet, nullum ex hoc partibus generatur præiudicium, arg. ff. de interroga. actio. l. fi.

Secretè dabuntur iudici, & iudex per ſe vel aſſeſſorem corrigat eas, & ſuperfluas reſecet, & ſi quæ deſint, officio ſuo ſuppleat. arg. C. quæ deſint aduoca. par, iu. ſup. l. vnica. 2

Datis articulis vt ſupra is, contra quem teſtes ſuper illis articulis debent examinari, petat terminum addenda interrogatoria. Et talis dilatio ei danda eſt, quandoquidem ſic ex conſuetudine eſt introductũ, quæ eſt optima legum interpres. ff. d. legi. leg. Si de interpretatione. vide hic diligenter Spe. 3

¶ Breuis forma interrogatoriorum.

Interrogatoria infra ſcripta, dat, facit, & exhibet procurator procuratorio nomine talis. N. ſecundum quæ omnia & ſingula petit ſingulos teſtes partis aduerſæ interrogari, & interrogationes huiuſmodi, cum reſponſionibus teſtium, in actis redigi & conſcribi, alioquin de inualidatiõe depoſitionum, & quod ſibi non præiudicent, proteſtatur, prout eſt moris.

Et deinde ſequuntur articuli, ſuper quibus examinandi, ſuper quorum circunſtantijs diligenter quærendi & interrogandi ſunt. Vide Spec.

¶De testium examinatione.

In testium examinatione sic procedendum est postquam testes iurauerunt, iudex super articulis datis secretè & singulatim examinabit exemplo Danielis.xiij. Præmonitione ad testes facta, nempe quàm periculosum sit falsum dicere testimonium & veritatem celare, prout latè hic describit Spe.

Potest etiam recipere Notarium, qui eorum dicta diligenter scribat. Nec in caussa criminali, iudex examinationis officium alij committat, sed per seipsum examinet, cautissimè singula in scriptis redigendo.

In ciuilibus tamen negotijs, raro ipsi iudices per se examinant, sed notarijs committunt super quo queritur.

Hostien. vt scribit Ioan. And. in. c. præsentium de testibns. lib. vj. super glo. interrogatoria, quam vide. De hoc item conqueritur Spe. cu. titu. de testific. §. nunc tractandum, versi. licet autem dixerim. lib. j. parte. iiij.

Potius itaque deberent iudices alia committere, quàm testium examinationem, quia in probatione, quę ex testibus habetur, totum ius caussæ pendet.

Et vbi omnino committere velint, deberent probatis, idoneis & doctis notarijs, vel commissarijs delegare: extra de testi. c. si quitestium,

ſtiũ, de teſti.cog.c.j.de cõſangui.& affini.c.j.

Quia quãdo teſtes ſunt priuilegiati, vel honeſtæ perſonæ, vel ſenes, vel infirmi, & ſic qđ iudex, vel commiſſarius eos ſequi debet, tali caſu licet committere vel delegare, vt dicta iura ſatis oſtendunt. vt cætera omnia, optimè tractat & proſequitur.

¶De atteſtationum publicatione.

Teſtibus productis & examinatis, ſi hoc factum eſt in prima dilatione, & ſufficiẽs facta eſt productio, proceditur ad publicationem atteſtationum.

Si non eſt ſufficiens, & producens petat ſecundã vel tertiam dilatio. & ſi iuſta cauſſa ſub eſt, dabitur cum cauſſæ cognitione, ſecunda vel tertia vt. ſup. dictum not. de dilatio. c. ſecun. de teſtibus. c. in cauſſis.

Quarta autem dilatio non datur, niſi cũ ſolennitate legali vt. ſup. diximus. Quæ & qualis ſit illa ſolennitas, habetur in. c. vltra tertiã. extra de teſtibus.

Teſtibus igitur ſic productis & examinatis, partes pronuncient teſtium productionem, & poſtuletur atteſtationes publicari, vel ſaltẽ pars producens id petat.

Iudex volens atteſtationes publicare, partes vocabit per edictũ citatoriũ, quia eis non vocatis, nõ debet apire vel publicare, extra de

re iud.ca.fi.de mino.l.in causæ.§.[illegible]

3 Detur partibus citatis terminus ad [illegible] dum copiā attestationū, & ad dicendum [illegible] tra testes & dicta eorum, si qua habeat.

Publicatione facta, si transacto termino [illegible] hil detur contra eos, dari cōsueuit terminus ad producendum omnia instrumenta, & [illegible] munimenta.

De Rubricis.

Publicatis attestationibus, rubricæ [illegible]
8 do sunt faciendæ, iudex assignabit termin[illegible] partibus, intra quem attestationum cop[illegible] recipiant, & illud facere tenetur, extra de [illegible] batio.c.quoniam contra. C.vt lit. pend[illegible] cun.& super eis disputetur.

Originalia autem maneant apud iudic[illegible] notarium, ne possit fabricari falsum, ex[illegible] proba.c.fi.&.c.quoniam.ff.de tabu.exhi[illegible] l.fina. Vide latius Spec.

a Dabit iudex ad requisitionem partium [illegible] terminum, ad disputandum super dictis [illegible] stium, intra quem aduocatus cuiuslibet [illegible] tis iuxta morem Curiæ Ro. faciat super [illegible] ctis testium suas rubricas, vt tam ipse q[illegible] iudices facilius ad indaginem peruenian[illegible] ritatis.

Ad quod hac via peruenitur. Habita [illegible] attestationum copia, vtriusq; partis adu[illegible]

tus suorum testium depositiones animaduertat, an intentio vel exceptio sit plenè probata, seu articulus datus, vel semiplenè.

Deinde aduocatus, qui testes induxit, signet per crucem vel per literā, vel per aliud signū, in margine factum, quemlibet articulum per suos testes probatū, & concordantias testiū, ita videlicet quod super articulo ponat crucem, vel literam, vel simile signum, vel literam ponat in omnibus locis attestationum, quæ faciunt ad probationem, vel concordantiam illius articuli. Quod si plures & diuersi sunt articuli, diuersificet etiam signa sua, vt per singulorum diuersitatem appareat, qui articuli sint probati, & in quibus testes concordent, & studeat eos concordare, si poterit.

Contrà quoque aduocatus, contra quem testes producuntur, & audiat discordantias & & contrarietates testium, per eadem signa vel similia denotet, vt tempore disputationis, & cum opus fuerit, habeat eas in promptu, arg. ad præmissa: extra de probatio. c. licet & de Simo. c. per tuas. & vt sic testes valeat clarius impugnare.

Sed vterque aduocatus genera articulorum diligenter notet & distinguat, vt ea facilius & prōptius valeat reperire, faciendo super primo articulo primi generis in principio. §. &

 scriben

ſcribẽdo in margine. A. Item ſuper primo a-
ticulo ſecundi generis, itidem in princip
faciendo. §. & ſcribendo in margine B. & ſi
de alijs.

3 ADVENIENTE TERMINO, diſputent
per dictis teſtium, & producens teſtes e
ſtudeat concordare, vt iam diximus. Is a
tem, contra quem producuntur, contrari
faciet.

Vide ad hanc rem notabiles cautelas apu
Specula.

¶De teſtium reprobatione.

Quoniam plerunq; teſtes reprobari ſole
maximè ſi non legitimi de facto recipiuntu
Ideo rectè qualiter reprobẽtur recepti teſte
videre reſtat.

Super quo eſt animaduertendum, quod
ante teſtium publicationem, & poſt tam d
cta teſtium, quã perſonæ ipſæ poſſent p alio
legitimos teſtes reprobari, dũmodo id ant
ſentẽtiã fiat, extra de teſt. c. pręſentiũ. lib. vj.
c. ſeries. de teſt. de except. c. j. de. pb. c. licet.

Hac tamen diſtinctione ſeruata, vt qui po
publicatas atteſtationes perſonas voluerit
probare, ſine diſtinctiõe audiri debeat, ſi h
ante publicatiõem proteſtatus fuerit ſub h
vel ſimili forma: Ego. N. pteſtor, quod
ſemper habere volo obijciendi tam con
perſo-

perſonas, quàm dicta teſtium producendorũ contra me in hac cauſa. N. quæ vertitur inter me &. N. coram tali vel tali iudice, & ante pulicationem & aperturam, & poſt &c. vide latius formas exceptionum & reprobationũ apud Spec.

¶De numero teſtium.

Quod regulare eſt in qualibet cauſa duos 1
teſtes ſufficere, niſi expreſſe dicatur in lege vel canone, plures in aliqua cauſa eſſe neceſſarios. Text⁹ eſt. ff. de teſtib⁹. l. vbi quam vide. extra eodem. c. in omni. &. c. licet vniuerſis.

In quibuſdam tamen caſibus plures quàm duo requirũtur, ſed quia tales caſus ſunt plures, & Spec. optimè eos declarat in ti. de teſt. §. de numero teſtium. lib. j. par. iiij. Ideo ad eũ locum te remitto.

Quod cauſa nulla vnius teſtimonio termi 2
natur, quia vox vnius vox nulli⁹, vt in prouerbio eſt. xxxiij. q. ii. c. admonere.

Hoc tamen etiam fallit in quibuſdam caſibus, in quibus creditur dicto vnius, & ſunt circiter. xxx. quos vide apud Spec.

Quod ad iudicem ſpectet, multitudinem te 3
ſtium refrenare. ff. de teſti. l. j.

¶Quibus teſtibus maior fides adhibeatur.

¶Ex una tantum parte.

SI VNVS teſtes ſibijpſi cõtradicit, vt quia

dicit sibi cõtraria, vel aduersa, vel varia, vel v[...]
rum in vno & falsum in alio, repellitur. iiij. q.
iij. c. si testes. versi. q falsæ vel variæ. ff. de reg.
iur. l. vbi repugnantia. extra de probationi[...]
c. licet. circa fi. C. de libe. cau. l. cum precium
SI DVO, & alter alteri cõtradicit, neut[...]
tur. Nam quilibet est in dicto suo singulari[...]
extra de Proba. c. licet.
SI VNVS PLVRIBVS contradicit, tun[...]
vox vnius, vox nullius, vt. sup. nisi ipse script[...]
sit cum eis in aliquo instrumento. ff. quem[...]
modum test. aperi. l. j. in fine.
SI PLVRES PLVRIBVS cõtradicunt, v[...]
inducuntur ab vna parte tantum aut ab vtr[...]
que. Siquidem ab eadem parte plures induc[...]
tur & concordant, & negotij qualitas & mo[...]
animi iudicis cũ his conuenerit, sequẽda sun[...]
eorum dicta & secundum ea est pronuntian-
dum. ff. de testi. l. ob crimen. §. fin. iiij. q. iij. c.
testes. §. si testes.
Sed si inuicem contradicãt, licet in pari nu-
mero, statur eorum dictis, qui naturæ negotij
conueniunt, & qui omni carẽt suspitione. Et
formabit iudex motum animi sui ex argu-
mẽtis & testibus, quæ causę aptiora cõspexe-
rit. Nec eñ ad multitudinem testiũ semper [...]
spicere oportet, sed ad synceram fidẽ eorum
extra eo. c. in nostra. &. c. veniens. Vide Spe[...]
¶Ex

Ex utraq; parte.

SI CONCORDANT, seque̅da sunt eorum dicta, vt sup. dictum est,

SI CONTRARII sunt, iudex debet eos cõcordare, si potest, vt valeat eorum dictum. extra eo. c. cũ tu. Sed si nõ potest cõcordare eos, tunc iudex ex motu sui animi scire poterit, quibus potius fides sit adhibenda, idq́ue cum discretione, quam apud Speculatorem vide.

¶De testium compulsione.

Regulare secundum Canones, quod in criminalibus non sint testes cogendi, sed mone̅di, extra de testi. cogen. c. dilectorum, sed secundum leges sunt cogendi. C. eodem. l. si quando. &. ff. eo. l. j.

In ciuilibus aute̅ regulariter omnes cogun tur, si se odio gratia, timore, vel fauore subtra xerint, extra de testi. cog. c. j. per totum.

Porro quæ personæ non cogendæ, vide apud Specu. Nam aliquæ se excusare possunt, vt iudex, valetudinarij senes, maiores. lxx. annis, milites &c.

¶De renunciatione testium productioni.

Partibus coram iudice præsentibus quæret iudex, velint ne plures testes producere super articulis exhibitis, ad quos habuerunt prima̅, secundam, & tertiam dilationem, de quibus.

e 5 sup.

ſupra. Si idxerint quod ſic, dabitur quarta cũ ſolennitate vt. ſup.

Si vero reſponderint quod non, tunc dicat iudex: Renunciatis productioni teſtiũ in hac cauſſa, & ipſi dicunt renunciamus, & redigatur huiuſmodi renunciatio in actis per notariũ.

Cuius formam Vide apud Speculato. lib. j. part. iiij. ti. de teſti. §. de renunciatione teſtiũ productioni.

¶ *De inſtrumentorum editione.*

RЕctè, cum ſupra de viuę vocis probatione, quę fit per teſtes, dictum ſit. nũc tractandum de probatione vocis mortuę, quæ fit per inſtrumenta atq; hoc ordine.

¶ *Ordo dicendorum.*

1 Quid inſtrumentum, & vnde dicatur.

2 Qualiter publicetur & fiat.

3 Qualiter propria ſcriptura exempletur, publicetur, ſeu reficiatur.

4 Qualiter aliena ſcriptura, & quid iuris de publicatione ſeu exemplatione inſtrumentorum.

5 Quando ſint exhibenda inſtrumenta.

6 Qualiter exhibenda.

7 Quot inſtrumentorum ſpecies.

8 Quib⁹ inſtrumẽtis fides adhibeat̃, & quãta.

9 Quibus modis aduerſę ſcripturę in iudicio productæ valeant impugnari.

¶ Quid

¶Quid ſit inſtrumentum.

¶Inſtrumentum eſt ſcriptura ad aſſertionẽ ſeu probationem alicuius rei facta.

Vel ſic: Publicum inſtrumentum eſt ſolennis & rectè ordinata ſcriptura, per authenticę perſonæ manum, publicè cauſsa memoriæ facta.

¶Inſtrumentorum autem appellatione, vocabulo largè ſumpto, om̃ia ea accipiẽda ſunt, quibus cauſsa inſtrui poteſt.

Quo fit vt & teſtimonia, & perſonæ inſtrumentorum loco habeantur, vt dicit Alcia. in. l. notionem. ff. de verborum ſignifi.

¶Strictè autem accipitur pro ſcriptura, quę fit vt probationem alicuius rei in futurũ faciẽdam, vt. ſup. & ſunt inuẽta ad faciliorem probationem.

Et ſunt tria vocabula principalis inſtrumẽti. ſcilicet originale, authenticum, exemplar. Ex his autẽ extracta nomina ſunt, exẽplum, copia, tranſſumptum & memoria.

Dicitur autem inſtrumentum, quod inſtruat, dicitur & documentum, quod doceat. Poteſt & dici munimentum, quod muniat producentem contra aduerſarium, &cæt. Vide Speculato.

¶Qualiter publicetur, & quæ ad ſolennitatem inſtrumenti requirantur.

Inuoca

1 Inuocatio nominis Domini.

2 Anni eiusdem.

3 Indictio, de qua vide Spe. li. ij. parte ij. de fide instr. §. ij. versi. post annos,

4 Dies contractus.

5 Nomen Imperatoris, vel papæ, vel regis.

6 Locus.

7 Testes,

8 Nomen Tabellionis, id est, notarij.

9 Signum tabellionis.

Nouem prędicta debet hodie publicum instrumentum per ordinem continere [illegible] then. vt nouum pe. pro dote. §. [illegible] C. de fide instrumen. l. contractus. [illegible] tem dicatur publicum, infra [illegible]

¶ Qualiter propria scriptura [illegible] Similiter & aliena, & quid [illegible]

¶ Quando [illegible] instrumenta.

Et ante & post publicationem [illegible] documque voluerit aliqua pars [illegible] bere, vsquequo conclusum sit in causa [illegible] tra de fide instrumen. cap. cum [illegible] testibus, capitu. cum caussa. [illegible]

Verum postquam conclusum est, id est [illegible] ciatum productioni instrumentorum, & [illegible] probationibus, induci non possunt, nisi [illegible] oriantur capitula ex veteribus pendentia, [illegible] quibus possunt de nouo instrumenta exhiberi,

beri, etiam in caussa appellationis, sicut & testes noui recipi, extra de testib. c. fraternitatis tuæ. Vide hic. C. de tempo. appel. l. per hanc. Vel nisi talis esset persona, cui beneficium restitutionis in integrum indulgetur. Vide Spe.

Et aduerte, quod licet posint, vsquequo sit in caussa cõclusum, produci, Iudex tamẽ statim post lit contest. & post iuramentum de calumnia pręstitum, potest præfigere terminum peremptorium, ad exhibendum omnia instrumenta, quibus sunt partes vsurę in caussa. ff. de eden. l. j. §. edenda. vbi de hoc.

Quidam tamen hoc admodum durum putant, cũ vsq; ad conclusionem, vt sup. dictum est, liceat producere & exhibere instrumẽta.

Quære & si iudex hoc posit, non tamen facere debet. ff. de min. l. non quicquid. ff. de reg. iur. l. non omne. Vide hic legem & Specu.

In summa autem nota, quod iudex, apud quem res agitur acta publica tam criminalia quam ciuilia, iubebit exhiberi ad veritatem inuestigandam, vbi res ipsa expostulat. C. de eden. l. si apud quem. Vide latius Specu.

¶ Quomodo exhibeantur instrumenta.

Instrumẽta exhibentur, vel iudici, vel parti.

¶ Si iudici, sic procedas: Venias ad iudicis præsentiam cum tuis instrumentis, in termino tibi ad hoc asignato, dicens; Domine offícia-

ficialis, ad probandum de iure meo produ[co] tibi hæc instrumenta mea pro veris, vt publi[cis], in caussa tali. N. quam habeo cum tali. N.

Et tum recipiat iudex, vel per notarium i[lli]um recipi faciat.

Formam autem talis receptionis, quæ scri- benda est per notarium vel acta, vide apud Speculatorem.

Sed hoc aduertendum est tibi, qui vis pro- ducere instrumenta, vt benè legas & prælegas, an sint pro vel contra te. Nec hoc Ouidianum tibi contemnendum sit: Heu patior telis vulnera facta meis. C. de fide instrumen. l. scripturæ. extra eod. capi. imputari. & de re- scrip. c. ex tenore.

¶Si parti, hoc modo procedas: Recitentur instrumenta à iudice, vel ab eo, cui ipse demandarit, parte contraria audiente, quæ sibi copiam postulet.

Instrumentum verò non tradatur parti ad transcribendum, sed per Notarium, vel per duos viros idoneos, ad hoc deputatos, trãscribatur, deinde parti aduersæ copia fiat.

Quod si super vno tantum capitulo de priuilegijs seu instrumentis quæstio fuerit, illud solum recitetur & etiam scribatur, & parti aduersæ copia fiat. extra de fide instru. c. contingat.

Il

Illud tamen certo certius est, quod omniũ instrumentorum, quibus quis in iudicio vtit̃ ꝓ se, debet etiã aduersario fieri copia cõtra se. ff. de eden. l. j. §. edenda. C. co. l. is apud qué.

Quod locũ habet tã in actore, quàm in reo.

Veruntamen actor non potest petere ad suam intentioné fundandã à reo instrumenta sua ꝓpria, quibus nõ est vsurus, extra de probat. c. j. C. de testi. l. minus. C. de eden. l. fi.

Reus verò potest petere ab actore instrumenta eius propria, ad probandam suam exceptionem. C. de eden. l. non est nociuum.

Et similiter actor à reo ad replicationẽ suã probandam. C. eo. l. fi. in fi. Vide Speculat.

Insuper facienda est parti instrumentorum copia & editio sine die & consule, id est, sine publicationibus instrumenti, ne detur materia machinãdi falsum. ff. quemadmodũ testa. aperi. l. j. &. ff. de edendo. l. j. §. editiones.

¶*Editio instrumentorum fieri debet.*

Vt actor fundet intẽtionem suam ex instrumento rei, vel reus exceptionem suam ex instrumento actoris, & tunc non cogitur quis edere, si ipse non vtatur.

Quando vtitur. Nam tunc editur, vt videatur aliquid ei posse opponi. Exhibetur tamẽ tunc sine die & consule, ne detur materia fabricandi falsum.

Vt de falso accusetur,& tunc cum die &c
sule editur.De hac materia habes bonā g
sam institu.de inutilibus stipula.§. item v.
borum.in verbo,eo die.quam vide.

Rationes,vt sunt scripturę,quas faciunt m
tuatores,vel cāpsores (à græcis Trapezitæ,
est numularij vel mensarij dicti) de pecun
mutuata,& hæc edenda sunt aduersario.ff.
eden.l.j.§.editiones.&.l.argentarius.&.l.si c
&.l.prætor.

Priuata,quæ scilicet priuatam continent
cuius vtilitatem,de quibus dic vt.sup.verb.
lud autem certo certius est.

Forēsia,quæ sunt coram iudicibus, vel ali
publicis personis,vt emancipationes, prot
statiōes,& huiusmodi:extra de offi.ordi.c.p
storalis.§.fi.C.de iud.l.cum spiritualis. Hæc
nisi sint publicata,non sunt edenda, de qui-
bus infra latius.

Publica,vt acta caussæ,& hæc peti possunt
exhiberi,extra de proba.c. quoniam contra.

Communia,vt instrumenta continentia li-
mitationem parrochiarum, vel prouinciarū.

Hæreditaria,& huiusmodi.ff.fami. hercisc.
l.si qui sunt.extra de fide instrumen.c. perp
tuos.Vide latius Spec.

Præsente iudice.

Loco tuto.

Etia

Et is qui petit, debet esse contentus inspectione.xij.hominum extra eod.c.accepimus. Sed tamen hoc magis est arbitrarium. Vide latius capi.primo.extra de probatio.

¶Instrumentorum duæ sunt species.
Prima.

Publicum seu authēticum est, quod per manum publicam scriptum est, id est per manū Notarij, qui est publica persona. C. de Episcopis & cleri.l.orphanotrophos.

Quod multis de caussis sic dicitur.

Quod per manum publicam scriptum sit, 1
vt iam dictum.

Quod sigillo authentico sigillatum, extra 2
eo.c.scripta. Sed tum melius dicitur authenticum.

Quod authoritate iudicis exēplatum. C. de 3
testa.l.publicari.

Quod in iudicio scribatur apud acta publi 4
ca, & valet apud quemcunq; scriptum. C. de eden.l.ij.C. de re iud. l.gesta.extra de proba. c.quoniam contra.

Quod habeat subscriptionem trium, vel se- 5
cundum canones duorum videntium testiū, etiam si sit per priuatam manum scriptum. extra de fide instru.c.ij extra de testibus.c. j. in authenti.de fide instru.§.si quis igitur.

Quod de archiuo publico producatur li- 6

 ber.

ber.f.rationum vel alterius rei, & ei creditur i
habet publicum testimoniũ, scilicet si ...
confiteatur illud esse de archiuo productum
extra de præscript.c.ad audientiam.In aut...
de his quæ ingredi.ad appel. §. si vero. ff.de
proba.l.vsus. Et generaliter hic nota omnem
scripturam dici de publica.seu de iure vel sp...
ciali consuetudine credatur. extra de fide in-
stru.c.cum dilectus vide latius Specul.

Secunda.

Priuatum, idq; trifarium fit. Nam aliquan-
do facis scripturam.

Tibi tantum, & illi non creditur.C. de pro-
bationibus.l.exemplo.

Alij tantum,& illi creditur, vt scriptura, q...
creditori tuo facis contra te.ff. de poss. l. P...
blia meuia.§.fin.j.

Tibi & alijs, vt est Codex ratiõum tuarum,
cui interdum creditur.ff. de edendo.l.si quis
ex argentarijs.&.l.quid.§.nummularius, eius
dẽ naturę est Codex ratiõum & chirographũ,
quod fit super deposito, quod solet eadem
forma fieri depositario & deponenti, ita vide-
licet vt literæ per medium incidantur, quod
etiam fit in alijs contractibus, cui scripturæ
standũ est. d.l.publica.ff. de probationibus.
chirographum.

Similiter & scripturæ de pensionibus acce-
ptis,

ptis,ſed regulariter priuatę ſcripturę non cre
ditur.Vide Spec.& iura per eum allegata.

¶In ſumma.Nota quod ſi ſcriptura priuata inducitur cõtra eum,qui illam fecit, nec ipſe neget ſe eam feciſſe,ei ſtatur. d.l.publica niſi in mutuo,vbi habet biennium excipiens, antequam valeat.C.de non numer. pe.l.in contractibus.

Si vero neget eſſe ſuam,probari oportet.Vide Spec.

Ex his colligitur quoq;,quod propriæ literæ præiudicant ſcribenti,licet fuerit ſcriptura priuata, extra de tranſactiõibus.c. quanto. in princi.Inſtit.de fideiuſſo.§.vltimo.

¶Quibus inſtrumentis fides adhibenda & quanta.

Regulare eſt,quod ſolum publicis vel alio modo authenticis,vt ſupra dictum,creditur. Et priuatis quoq; in certis caſibus. Creditur autem publico ſine aliquo adminiculo,dummodo ſine cancellaria vel innouatione primę figuræ,vel ſine raſura ſit, quæ poſſunt ſuſpitionem inducere.Nec ſit deletum vel abolitũ. in authen.de fide inſtru.§.ſi vero moriantur, extra eodem.c.ex literis.

Verum quod teſtes præiudicent inſtrumẽto,vide eleganter apud Specula.

¶Quibus modis diuerſæ ſcripturæ in iudicio productæ impugnentur.

Aduertendum hic, quod diuersæ scriptu-
in iudicio proponi possunt, vt sunt.

Rescriptum apostolicum.

Instrumentum publicum.

Priuata scriptura.

Forenses scripturæ. Dicitur autem forensis
scriptura, quæcunq; fit coram iudicibus, v.
alijs publicis personis.

Priuilegium, vel confirmatio, vel cõfessio

Testamentum.

Instrumentum donationis caussa morti
vel etiam inter viuos.

Inuentarium.

Verum quid contra quamlibet præmissa
excipi valeat, lõgum hic esset referre, nostri
compendij rationem excederet.

Quare Spec. in hac parte consule, qui ex
dine quicquid huc facit, satis abundè tract.

¶*De præsumptione.*

QVoniam in superioribus de veris & pl
nis probationibus, quę fiunt per test.
vel instruméta, præmissum est: & q
præsumptiones quandoq; vel plenam, vel
miplenam faciunt probationem, ideo n
de præsumptione sequitur.

¶*Duo hic uidenda.*

1 Quid sit præsumptio & vnde oriatur.

Quo

Quot eius species. 2

¶Quid sit præsumptio.

Præsumptio est argumentum ad credendum aliquid factum, surgens ex probatione alterius, vt ex cohabitatione personarum suspectarum presumitur carnale commercium, extra de præsump. c. literis.

Verum secundum Goff. definitur esse alicuius facti dubij aliquoties plena, aliquando vero semiplena inuestigatio seu probatio, id est medium quoddam intellectuale, veritatis eliciendæ ex circunstantijs insurgens.

Exemplũ sume extra de præsump. c. ex studijs. Vide hic latius Speculatorem.

¶Qrot præsumptionis species.

TEMERARIA est, quę surgit à malis hominibus, & ex leuibus caussis, puta, si videatur aliquis vel semel cum aliqua conuersari, & statim sinistri quippiam suspicetur: cum tamen dubia in meliorem partem sint interpretanda, extra de regulis Iuris. capitulo secundo.

Vnde si presbyter amplexetur mulierẽ, præsumitur id facere caussa benedictionis, vel benedicendi, vel ad pœnitentiam exhortandi. xj. q. iij. c. absit. xxvj. distin. c. in scripturis.

Sed hodie non tantum fidei habẽt, idq́; forsan ex eorum malè seruata fide.

Hæc autem præſumptio eſt inualida &...
re repellitur.

Nec mouere debet animum iudicátis...
j.c.j.extra de Simo.c.licet Heli.

PROBABILIS ſiue vniuerſalis, dicitur...
ſumptio iudicis.

Et hęc ſurgit multis ex cauſsis & ſuſpitio...
bus, & illi ſtatur donec contrarium prob...
Vt ſi res ſit patris, præſumitur hæredis e...

Et hæc ante contrarij probationem faci...
miplenam probationem. Inſuper hęc ind...
purgationẽ, maximè fama crebreſcẽte: vt e...
tra de purgatione Canoni.capi.ſi quis de g...
du. Vide hic latius Specu.

VIOLENTA, quæ ſurgit ex veriſimili pr...
batione, & dicitur præſumptio Iuris, qu...
do ius præſumit ita eſſe, puta ſi apparet Chi...
rographum cancellatum, præſumit debito...
liberatum. ff. de probationibus.l. ſi Chirogra...
phum. Item prēſumit, quod quis cognouerit
vxorem, cum qua diu habitauit. Item ſi quis
inuentus ſit nudus cum nuda, & ſolus cum ſo...
la in lecto iacens, præſumitur quod ſint forni...
cati, extra de præſumpt.c.literis. Item ſi qu...
denũciet ter cui, ne cum vxore ſua loquat...
& poſtmodum inuenit eum cum illa loque...
tem, poteſt eum iudici tradere puniendu...
quia violentiſsima præſumptio eſt, quod ...
pud...

pudicè loquatur. In authentica vt liceat matri vel auiæ. parag. his quoq; col. C. de adulte. Authentica si quis ei. Alia exempla vide apud Speculat.

Et hæc benè inducit Iudicem ad pronunciandum, ni probetur contrarium.

NECESSARIA est præsumptio illa, quam communiter vocant iuris & de iure. Hæc inducit probationem & iudicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium.

Dicitur autem ideo iuris & de iure, quia ius vehementer præsumit, sic esse vel non esse, & propter talem præsumptionem ius statuit super ea. Verbi gratia: Si quis contraxit cum quadam de futuro, & postea eam cognouerit, ius certè statuit contra huiusmodi matrimonium præsumptum, probationem non admitti. Nam ex quo eam cognouit, intelligitur in eam consensisse, quamuis cum ea non per verba de præsenti contraxit, extra de sponsa. c. is qui, & ibi in exemplis notatis. Vide Speculatorem.

¶ *Annotatiuncula.*

Summè autem cauendū iudici per presumptionem procedenti, ne sententiam præcipitet. Tardus enim esse debet ad pœnam infligēdam. Vide latius Spe.

¶ De iuramenti delatione.

PLerunq; ob defectum plenę probatio-nis, defertur actori iusiurandum à iudice: & pars quãdoq; parti defert, extra de iure iuran. c. fi. ff. eo. l. j. & . ij. & . l. manifestè.

Rectè igitur de tali iureiurando, quod maximum est expediendarum litium remediū, sequitur.

¶ Summa iuramenti diuisio.

PROMISSORIVM dicitur, quod super futuro fit, quando scilicet dandum vel non dandum, vel faciendum vel non faciendum promittitur, vt si quis iuramento promittat in iudicio sistere aut litē exequi. C. de epis. & cle. authen. generaliter, extra de sequest. pos. c. Et tale iuramentum infamat, quia in eo frangitur fides Deo & homini, & magis imputatur quàm si iuraret de præsenti, vel præterito, quia magis & plenius deliberare potuit. C. de transa. l. si quis maior. ff. de his, qui not. infa. l. Lucius.

ASSERTORIVM, quod fit de præterito vel præsenti, nempe in quo asseritur, aliquid esse vel fuisse. Et hoc non infamat quantum ad infamiæ pœnam. huius iuramenti plures sunt species.

¶ Iuramenti assertorij species.

De calumnia, cum quis iurat se bona fide, & non

non animo calumniandi, agere vel responde re, egisse, vel respondisse. Et hoc iuramentum de credulitate est, de quo supra satis dictũ est.

De veritate, scilicet dicenda, de quo etiam 2
supra.

De malicia, quod præstatur super exceptio 3
nibus, vel cum aliquid loco exceptionis proponitur, de quo similiter supra dictũ est satis.

Voluntarium, quod pars parti extra iudi- 4
cium defert, de quo. ff. de iureiuran. l. iusiurandum.

Necessarium, quod ipse iudex defert & etiã 5
compellit. Et hoc nemo potest recusare, nisi prætendatur iusta causa recusationis. C. de iureiuran. l. generaliter. vide.

Iudiciale, quod pars parti in iudicio defert, 6
iudice approbante. Et illud non est necessarium subire, immo potest recusari. C. de iureiuran. l. delata.

¶Necessarium iuramen. triplex.

Quando defertur in defectum probatiõis. 1
Quando defertur iuramentum purgatiõis. 2
Quando defertur propter litem examinan- 3
dam. argu. insti. acti. §. item si quis.

¶Iuramentum de quo hic, quomodo deferendum.

Quando nihil, aut totum, aut plenè est probatum, tunc non defertur iuramentum.

Quando semiplenè est probatum, tunc defertur reo vel actori, secundum arbitrium iudicis.

Quando actor habet pro se vnam probationem, & reus etiam pro se vnam, tunc reo deferendum est, quia debemus esse proniores ad soluẽdum, quàm ad condemnandum. l. ar ri. ff. de act. & obli.

In iuramenti delatione quatuor spectanda. Primum.

¶ An actor aliquid plenè probet, an semiplenè, vel nihil vt iam dictum.

Quia si semiplenè probat, distinguendum, nam quęstio aut est criminalis, aut ciuilis, aut merè spiritualis.

Si criminalis, non est deferendum à iudice. C. de proba. l. fina. extra de iureiurand. c. fina. quia ibi debẽt esse apertissimę ꝓbationes. C. de dolo. l. dolũ. ij. q̃õ. c. sciant. Si tñ pars.

Si ciuilis, ea rursus diuiditur in famosam, & non famosam.

Famosa, vt actio doli, furti, iniuriarũ, quod metus caussa, ex quibus fit quis infamis de iure ex sententia, etiam si ciuiliter sit actum. ff. de his qui no. infa. l. prima. Et non defert, licet partes possint, vt supra. Sed vide hic Spe.

Non famosa, & est aut ardua, & nõ facilè defertur. ff. de legi tute. l. legitimos.

Parui,

Parua,& relinquitur iudicis arbitrio, & inspecta personarum qualitate procedat, vide Specu.

Si merè spiritualis, puta monachatus vel matrimonij, tūc iudex forte neqt deferre ob defectum probatiōis. Si autē non sit merè spiritualis, tūc forte potest. Vide hic latius Spec.

Tertium.

Quis melius sciat veritatem, attendendum est, hinc est quod ei, de cui⁹ facto agitur, præcipue est deferēdum: extra qui matri. accusa. pos. capi. videtur, ibi. Qui non melius, &c. ff. n. amo. l. Marcellus. §. fina. in alieno facto nō defertur, ne cogatur anceps subire periuriū. vt ibi &. ff. de in lit. iuran. l. videamus. in prin. & de iureiurand. l. iusiurandum. §. ij.

Quartum.

Qualitas personarum consideranda, quę scilicet melior, quæ dignior, quę præstantior videatur, vt illi deferatur. dicta lege legitimos. ff. de leg. tutel. vide Specul.

¶ Annotatio.

Insup aduerte, quod si actor timeat iusiurādum delaturum reo ex officio suo: vt extra de iureiuran. capit. si. poterit illi præcludere viā, dicendo reum sibi esse suspectum. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris.

Et finaliter nota, quod is, ad quem nego-

cium

cium proprio nomine ſpectat, iuſiu[illegible] deferre poteſt. Procurator verò non[illegible] tribus caſibus.

¶Procurator in tribus caſibus poteſt deferre iu[illegible]

Si habet ad hoc ſpeciale mandatum.

Si ſit datus veluti in rem ſuam.

Si habeat liberam & generalem adminiſtra-tionem: extra de procu. c. qui ad agendum[illegible] fi. lib. vj.

Item iuraměti effectus, vide latiſsimè ap[illegible] Iaſo. inſtit. de actio. §. item ſi quis.

¶De diſputatione, & aduocatorum allegatione.

TESTIBVS publicatis, & inſtrumen[illegible] exhibitis, partibus confeſsis, & po[illegible] mò omnibus peractis, quæ ad factum ſp[illegible] ctant, iuris allegationibus & diſputation[illegible] eſt inſiſtendum. vt eſt tex. extra de teſtib. in. c. in cauſsis. Ideo de his aduocator[illegible] tationibus dicturi, hunc ordině ſeruab[illegible]

¶Ordo dicendorum.

Quid ſit allegare vel diſputare.

Quis ordo in allegando ſeruandus.

Qualiter ſit allegandum.

Qualiter allegantionibus reſpondend[illegible]

Cautelæ aduocatorum.

Cautelæ aduocati actoris.

Cautelæ aduocati rei.

Officium iudicis allegationes audien[illegible]

Allegare siue disputare, est intentionem suã per probationes in iudicium deductas ostendere, & eam iuribus asseuerare, roborareq́;. ix. q. iij. aliorum. xxiij. q. vlt. c. conueniet. §. allegatur. & de fide instr. c. inter dilectos, & de re iud. c. abbate sanè. li. vj. Vide Specu.

Præterea quòd huiusmodi disputationes & allegationes fieri debeant super testibus & actitatis. vide in authenti. de testi. §. quia verò multi. &. §. nam partes. &. d. c. in causis. extra de testi. &. C. de testi. authen. si testis productus dicatur. in fi.

¶Quis ordo in allegationibus seruandus.

Ordo is seruari debet, vt actoris aduocatus primò opponat, quæ ad sui clientuli intentionem iuuandam & fundandam viderit expedire. Deinde rei aduocatus allegationibus respondeat per dicta testiũ, si poterit, destruendo allegationes actoris, vel per quascunque alias probationes. Nihilominus allegando & adducendo etiam pro se iura, rationes & exempla &c. Vide Specul. Et demum si actor originaliter replicare voluerit contra allegationes, datur illi replicatio, & similiter reo cõceditur triplicare, & quandoque quadruplicare actori.

¶Qualiter allegandum sit.

Die itaq; ad disputandum seu allegandum spe-

ſpecialiter deſignata, vtraque pars habeat copiam omnium eorum, quæ fuerunt in iudicio agitata: & prius ſurgat actoris aduocatus, vt ſup. ad quem ſpecialiter pertinet officium diſputandi, & iudicem de iuſtitia præmoneat, de quo ſuſius Spe. de aduoc. §. nunc de exordijs. lib. j. parte. iiij. ibi vide.

Et fundata ſua intentione per probationes facti, quas facere debet, ꝑut hic ibi latius deſcribit Spec. tunc ad iuris probationes & allegationes ſe diuertat, allegando & inducendo leges & canones. Vide Spec.

¶Qualiter ſit allegationibus reſpondendum.

Allegationibus actoris aduocatus rei reſponſurus, ſurgat iuxta morem loci, & per ordinem quæ per aduocatum actoris fuerunt propoſita, ſub epilogo repetat, reſpondēdo ad ſingula & cuncta introducta (ſi poterit) iure deſtruēdo ſiue ſit confeſsio, ſiue atteſtationes, ſiue inſtrumenta. Vide latius Speculatorem.

¶Cautelæ aduocatorum communes.

Aduocatus in principio ꝓteſtetur, ſi quid lapſu linguæ, errore, vel ignorātia loquatur quod per hoc non velit neq; intendat ſuo clientulo prȩiudicare.

Petat cauſſam, cui patrocinaturus eſt in ſcriptis, vt deliberatius aduocet.

Victoriam nō promittat & alium, ſi neceſſe fuerit

fuerit & pręgnans est caussa, ibi associet.

Secreta caussę non pandat.

Semper consulat peritiores.

Nouus aduocatus citius rei partes sumat q̃ actoris defendendas, quod leuius sit fugere quàm impetere.

Scripturam in iudicium deductam, ore suo non legat, ne si falsa sit, ipse falsarius reputetur. Quinimo caueat ab omni falsitatis vitio.

Nullam falsam aut abrogatam legem vel canonem alleget.

Verbis alterius prouocatus, ne se studeat mox vlcisci (vt solent indoctiores aduocati) sed expectato congruo tempore, rationis clypeo se tueatur

Ne à iudicio discedat, nisi prius cernat manu notarij acta conscribi.

Sit cautus, ne passim ꝓ modico salario aduocet, nam ex hoc vilis & indoctior habetur.

Si iudicium declinare intendat omnia, quę dicet & petet, faciat cum protestatione, nēpe saluis exceptionibus & defensionibus suis.

Omnia procuratoria & rescripta, per quæ datur seu fundatᵉ iurisdictio, & breuiter om̃ia acta faciat iudicis authoritate pręsumi, nam talibus statur. C. de testamen. l. publicati. extra de confirma. vti. vel inuti. c. penul.

Ne facilè aliquid confiteatur allegando, sed prote-

protestetur, vel sub cõditione vel modo proponat.

Ne contra conscientiam caussam recipiat: sed quàm citò eam desperatam senserit, deserat. Quod etiã olim iurare tenebatur, sed non in consuetudine non habetur. C. de iud. l. rem non nouam. §. patroni.

Ne litem ex industria, vt solent protrahat. Quando videt sentẽtiam contra se ferri debere, non sit præsens eo tempore.

Cautus sit ne legem, vel canonem pro se facientem publicè alleget, sed iudici in aure dicat, ne partẽ suã aduersam instruere videat.

¶ *Notatio.*

Ex his omnibus collige, quod iurisconsultus debet esse cautus in consilio, in patrocinio fidelis, in iudicio iustus. quandoquidem de talento sibi credito tenetur reddere rationem.

Præterea si per imprudentiam aduocati quis perdat caussam, ipse, sicut & iudex tenetur, argumẽ. ff. ad legem Aquil. l. idem iuris. ff. loca. & conduct. l. cum in plures. §. locatio. ff. de ... fici. pręsi. l. illicitas. §. sicuti. extra de ætate & quali. ord. c. ad aures. ff. de pœ. l. si qs aliquid §. si quis iustum. ff. ad legem Corneliam fal. l. prima. §. is qui.

Et breuiter secundum Spec. qualicunque eius vitio caussa perdatur. argumen. ff. ...

uict.l.si Deo.C.eo.l.emptor. Vide latius Spe. lib.j.par.iiij.§.de cautelis aduocati vtriusq;.

¶De cautelis & officio aduocati actoris.

Curet ampliare causam suam & oportet eũ esse sagaciorem & diligẽtiorem aduocato rei, laboret vt cito reus condemnetur.

Studeat, si potest, vt prius agatur super possessorio quàm petitorio, quia commodi⁹ est possidere quàm in rem agere, instit. de interdict.§.retinendę.extra de restit. spo.c.ex questione.C.de rei vendi.l.ordinarij.& si expedierit in lite contestata, poterit de possessorio ad petitionem habere recursum. extra de causa possess.& proprie.c.pastoralis.ff.de vi & vi arma.l.eum qui fundum.

Vide plures cautelas apud Spe.li.j.par. iiij. §.de cautelis aduocati actoris.

¶De cautelis aduocati rei.

Huius partes sunt causam actoris extenuare & fugere & deferre, sic tamen fugiat ne nimia fuga iudex contra eum præsumat.

Sit cautus, vt à conspectu iudicis siue aduocati actoris non discedat, ne ille aliquid ei proponat, quod eum mouere posit.

Non subitò sed deliberatus respondeat.

Si cautus, vt si videat petitionem ineptè formatam vel aliquem alium defectum, propter quem processus posit annulari, taceat, & in fi

ne hoc retegat. Vide Speculatorem.

¶Officium iudicis allegationes audientis.

Iudex tempore allegationum sedere debet vt infra latius dicetur.

Diligenter inuestiget & intelligat, quæ disputantur.

Patienter audiat aduocatos, nec subito eis silentium imponat.

Ad eius officium spectat supplere, quod partibus vel aduocatis est omissum. C. quæ sunt aduo. par. iud. supple. l. vnic. extra de postulădo. c. bonę. Quod verum est in his, quæ sunt iurium, puta si aliqua iuris allegatio omissa. Potest etiam allegatis respondere, pro vtraq; parte plenius allegare, & leges canones inducere. Et potest quandoq; de facto supplere, & quandoq; non.

Breuiter non potest supplere in his, quæ uit vt priuatus. Vide Spe. lib. ij. parte. ij. de disputatio. & allegatio. §. vlti.

¶De renunciatione & conclusione.

Finitis partium allegationibus, disputationibus & responsionibus (vt iam diximus) rogare debet iudex ex partib⁹, velintne aliquid vlterius proponere, vel habeantne qd' in quæstionem vertant. vt. xxx. qō. v. c. iudicantem.

Quod si nihil habeant partes, renuncietur allegationibus, quod est in causa concludere. Quæ

Quæ omnia redigenda ſunt in ſcriptis, extra de probatio. capitulo, quoniam contra.

Sed etſi habeant aliqua dicere, ſed tamẽ ſufficienter dictum & probatum eſt, debet eis dicere quod renuncient & concludant,, probatũ hoc. C. de iudi. authen. iubemus. extra de teſtibus. c. ſignificauerunt. &. c. cũ cauſsã. §. fin.

Si vero vna partiũ velit renunciare & cõcludere, altera vero dicat ſe habere quod velit ꝓponere iudex cogat talẽ partẽ intra xxx. dies à die renunciationis proponere & dicere.

Quod ſi nõ fecerit, dabit ei iudex alium mẽſem quod ſi diſtulerit, dabit ei tertium & poſtea non audiet, ſed ad ſententiã procedat iudex. C. de iud. authen. iubemus in authen. colla. j. vt cum de appellatio. cogn. §. ſed hoc.

Intellige autem trinam illam dilationẽ dandam abſenti, ſed non præſenti, vel malitioſe petenti. ff. de fa. l. finali.

Volunt tamen quidam, vt Spec. hanc dilationem eſse arbitrariam.

Quomodo autẽ iudex facta renunciatione, debeat cauſsæ proceſsum, allegationes & reſponſiones & ſingula actitata repilogare Salomonis exemplo, vide Spe,

Sed cum hic locuti ſimus de renunciatione, quæ fit in cauſsis pendentibus coram iudice, fitq; alia renunciatio huic non abſimilis, qua

quotidie quibusdam iuribus in instrumen-
publicis renunciatur, & hac plerunq; not-
& tabelliones indocti abutantur, ideo ope-
precium facere videor, si de hac renuncia-
ne, quantum ad propositum satis sit, subi-
xero.

¶ Quatuor beneficia iuris, quibus præcipuè solet in instrumentis renunciari.

BENEFICIVM Epistolæ diui Adriani. i
quo habetur. C. de constit. pec. l. si. & insti. c
fideiuss. §. si plures. ff. de fideius. l. inter fide-
sores. l. si plures. & . l. si dubitetur.

Est autem beneficium huius epistolę, qu-
quamuis aliqui puta tres, quatuor, decē, si
obligati in solidū, vt scilicet plures fideiu-
rint pro vno. Tamen per hoc beneficium
omnes præsentes sint soluendo tempore l.
contestatiōis, possunt postulare vt diuida-
actio inter eos, ita vt quisq; pro virili action
conueniatur, alioquin nisi dicto beneficio i.
uarentur, posset creditor, quem vellet in sol-
dum conuenire, vt probant dicta iura. Ergo
huic beneficio sit renunciatum, poterit cre-
tor quem maluerit conuenire.

Nota tamen hic secundum Bald. in. l. si c
ditores. C. de pactis triplicem esse diuisio

¶ Triplex diuisio.

Quædam fit à principio, quando plures
ob-

obligant proprijs nominibus expreſsis, tunc tenetur quilibet pro virili, vt in.l. reos.§.cum tabulis.ff. de duobus reis ſtipulan.

Quædam fit ex epiſtola diui Adriani, de qua hic loquemur.

Quædam venit ex ſuperueniente pacto tacito vel expreſſo, & fit duobus modis. Primo per receptionem virilis portionis. De illa eſt caſus in dicta. l.ſi creditores. Secundo per petitionem virilis portionis, vt in. l.liberum. C.de ſideiuſ.vbi dicitur, quod actio per litis conteſtationē diuiſa amplius reintegrari non poteſt.

¶*Epiſtola diui Adriani fallit quinq; caſibus.*

In fideiuſſore tutoris, qui non habet huiuſmodi beneficium, licet tutores ſint ſoluēdo. ff.rem pupil.ſal.fo.l. finali. (§.ſi. 1

In fideiuſſore fideiuſſoris.ff. eo. l. ſi plures. 2

Quando cæteri fideiuſſores ſoluendo non ſunt tempore litis conteſtationis. 3

Quando eiuſdem pecuniæ ſiue ſummę ſint fideiuſſores, ſed non pro eo. debitore.ff. eo. l. ſi à Titio & in glo.vbi partes petere, inſti.de fideiuſ.§.ſi plures. 4

Quando inficiantur. ff.eo.l.ſi dubitet.§.ita. 5

BENEFICIVM nouæ conſtitutionis de fideiuſs.de quo in authen. de fideiuſ. in prin. col.j.& in authen.præſente.C eo.

Hoc autem beneficio succurritur fideius-ribus, vt postulare possint, quod reus princi-palis primò conueniatur & excutiatur.

Et eodē vti possunt mandatores & sponso-res. Et hæc vera sunt, si ipse principalis re. præsens sit, & soluendo.

Ante autem huius beneficij prouisionē p-terat creditor conuenire, quem volebat. N- inter partes aliud conuenisset. C. eo. l. iure n-stro. quæ hodie corrigitur per dictam aut. præsente.

Si igitur constitutioni huic renuciatum f- reditur ad ius antiquū, quod hodie freque- est in practica.

BENEFICIVM nouæ cōstitutionis de d- bus reis debendi, quę dicit quod si plures s- rei debēdi, hoc est plures debitores idone- soluendo, hoc diuisionis beneficium hab- quod quisq; eorum pro sua tantum parte - neatur insolidum.

Et sunt duo necessaria contra hoc bene- um, scilicet quod promittant & oblig- insolidum, & renuncient dictæ constitu- de pluribus reis debendi.

Et sic vbi creditor habet plures debito- vel reos debendi insolidum, habet elect- alterum quem velit de correis cōuenien- solidum. Secus si essent plures rei debē-

pu-

parte.l.ij.C.de duobus reis stipulan. & pro. Vnus tamen debitorum soluens totum pro suis condebitoribus, habet actionem negotiorum gestorum contra condebitores, vel mandati contra correos, actione sibi concessa per creditorem, per.l.si fideiussor.C. de fideius.& manda.

BENEFICIVM cedendarum actionum, de quo habetur.ff.de fideius.l.fideiussoribus.&.ff.de sol.l.Modestinus.&.l. Stichum aut Pamphilum.§.penul.

Per hoc beneficium postulare possunt fideiusores & alij, qui obligati sunt in vna obligatione, sibi cedi iura cōtra fideiussores & alios, pro quibus obligati sunt. Alioquin nisi cedātur eis, possunt recusare solutiōes.d.l.Stichū aut Pamphilum.§.penul.insti.de satisda. §. si autem. Vide Spe.

¶ Pręterea sunt & alia beneficia, quibus quotidie in instrumentis vtimur, & renunciatur eis. Quæ hic solum obiter recēsere volumus. Eorum autem explanationes & declaratiões vide apud Spe.li.ij.parte.ij. de renūciatione.

¶ Multiplicia beneficia, quibus in instrumentis renunciari potest.

BENEFICIVM condic. sine caussa, quo quis iuuatur quando obligatus est sine caussa vel iniusta caussa. Et non tenetur. ff.

&.C.de condit.sine cau.per totum.

Condictio indebiti, qua si soluerit quis quod non tenebatur, id repetere potest. & ff. de condictio. indebi. per totum.

ACTIO in factum, quę competit ex figu. varijs caussarum, Vide Speculato. de actio. seu petitio. §. ij. ver. rursus. ij. & seq. lib. ij. parte. j.

EXCEptio doli mali, scilicet cum quis asserit se dolo malo & calliditate alicuius ad aliquid inductum. Et huic exceptioni ob dolum præteritum renunciari potest. ff. de doli exceptio. & ff. & C. de dolo malo per totum.

BENEficium condic. incer. quod locum habet, cum hæres rogatus est mihi restituere hæreditatem, vel partem eius, vel quando substitutus sum ei in eum casum, si contingat eum decedere sine liberis. Et hoc incertum condictionis ei remittere vel renunciare possum. C. de pactis. l. j. & l. cũ proponas. & C. de transact. l. de fideicommissis.

IVRIS hypothecarum, quod competit vxori in bonis viri. Quia omnia bona viri sunt ei tacitè pro dote obligata, & huic ipsa renunciare potest. C. de pact. conuen. tam super dote. l. fi. extra de pigno. c. ex literis. ad fi. Competit etiam hoc beneficium hypothecarum creditori, cui bona sui debitoris sunt expresse vel

tacitè

tacitè obligata. C.de pigno. l.ij. & quæ res pign.oblig.poſsunt.l.fi.

VELLEIANI ſenatuſconſulti, quod competit mulieri, quę leuitate ſexus, vel fragilitate ſe obligauit pro alio, quæ reſtituitur niſi renunciauerit. ff.&. C. ad ſenatuſc. Velleia. per totum.

Mater & auia recipientes tutelas filij vel nepotis, renunciant ſecundis nuptijs & Velleiano. C. quando mul. tut. offi. fung. po. authen.matri.

REDHIBITORIAE beneficium, competens ementi ignoranter rem morboſam vel vitioſam, poteſt nanq; is contra vẽditorem agere intra ſex menſes vtiles, vt reddat pretium.

QVANTI minoris beneficium. Emens enĩ ignoranter animal vel rem vitioſam poteſt agere intra annum vtilem contra venditorem, petendo illam partem pretij ſibi reddi, quam non dediſſet, ſi vitium præſciuiſset. Hæc probantur. ff. de redhibito. actio. l. ſciendum. §. fi. &. l. ſequen. Et his omnibus renũciare poteſt emptor.

FERIARVM beneficium, ſcilicet ne quis in eis in ius vocetur. Vide Speculat. de fer. lib. ij. parte. j.

¶ *Beneficia quibus non renunciatur.*

MACEDonianum beneficium, quo cauetur

& prohibetur, ne quis mutuam pecuniam de[illegible] filiofamilias, & si dederit perdat, & huic a[illegible] potest renunciari. ff. ad Macedon. l. j. In qui[illegible] autem casibus fallat. Vide Speculatorem. C. eo. l. vj. &. ff. eo. l. i. §. fi. &. ll. seq. vsq; ad. l. sed Iulianus.

RESTITVtionis in integrum, quod competit minorib' sua facilitate læsis. Vide Spe. de in integrum resti. §. qualiter. ver. sed nun[illegible] quid minor. libro. ij. §. iij.

BENEficium vt quisque condemnetur, in quantum facere potest. i. vt habita ratione ne egeat. Quod competit marito & eius patri [illegible] vxore conuento, & vxori patriq; eius conuen[illegible] to à viro. Item patrono à liberto conuento & socero à genero conuento, & patri à fil[illegible] vel filia. Huic tamen secundum aliquos re[illegible] tiari potest.

BENEficium ne liber homo ob æs alienum obligetur, cui renunciari non potest, qa e[illegible] contrariū libertati. C. de actio. & obl. l. ob æs alienum. extra de pign. c. ij. Vide Spec.

EXCEptio non nume. pe. vel non traditæ vel exhibitæ rei, quandoq; cōpetit intra duo[illegible] annos, quandoq; intra. xxx. dies. Vide Spe[illegible] j. parte. ij. de renun.

BENEficium seu priuilegium fori. Nam [illegible] us debet conueniri coram suo iudice, Iu[illegible] reg[illegible]

regulam. Actor forũ rei ſequi debet. Et huic priuilegio ſolo pacto renunciari non poteſt ſecundum aliquos. Sed vide Speculat. De clerico autem certum eſt, quod non poteſt renũtiare priuilegio fori ſui.

Est & beneficium fori, quod competit ſcholaribus, de quo vide nouam conſtitutionẽ Friderici habita. C. ne ſi. pro pa. Sed Vide hic latius Spec.

¶De conſilij requiſitione.

CAuſſa concluſa, vt. ſup. iudex deliberare debet & conſulere iuriſperitos, recepto ſalario pro aſſeſsoribus vel conſilio requirendo, qualiter pronunciare debeat, qui ſuum iudici conſilium in ſcriptis præſentare debent, vt fuſius hic Spec. docet.

Et ſi aſſeſsores diſcordant in conſilio dãdo, tunc iudex tertium aſſumat, vt extra de offi. deleg. c. ſuſpicio.

Porro ſi maleficioſe ſe diſcordare fingãt, ad ſui exonerationem, & ne partium indignationem incurrant, tunc vt tertius aſſumatur, iudex eis præcipiat ſub pœna excommunicationis, ſi eccleſiaſtici ſint, ſeculares ſub alia pœna, veritatem dicant, an concordare poſsint. Et ſi neceſſe ſit, etiam excommunicet, vel iurare cogantur maxime fori ſecularis facit. l. preſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad eccle. confu.

&de

& de iura.calum.c.ij.libro vj. Vide Speculat.
¶ Verùm si huiusmodi consiliarij, vel assessores dent consilium contra ius, distinguendum esse volunt quidam: quia vel ipse tales elegit, & tunc non obstante eorum consilio pronunciet secundum ius, alioquin litem facit suam. Si autem de partium cõsensu elect. fuerint, dicunt quidam quod iudex debet iuxta eorum consilium pronunciare. Vide Speculatorem, & iura per eum allegata.

¶ Processus iudiciarij partis secundæ.

FINIS.

TERTIA PARS PROCESSVS IVDICIARII, QVAM finitiuam vocant.

¶DE SENTENTIAE petitione.

EXPEDITO litis negocio, modis quibus sup.i.sup.actitatis (vt vocant) disputatione habita, concluso q́; negocio, & cum iurisperitis deliberatione habita, superest, vt partes sententiæ prolationem petant, extra de senten. & re iudic.ca.caussam quæ inter.in fin. Rectè igitur nunc de ea sequitur, in qua aduocati cautelis infra scriptis vti debent.

Aduocatus priusquã sententiam à Iudice petat, diligenter caussæ merita perscrutetur, & cum peritis deliberet.

Vbi aduocatus sperat verisimiliter pro se casuram sententiam, eam cum expẽsarum refusione petat, hisce vel similibus verbis: Domine Iudex per pręmissa habes certo certius, nos fouisse iustam caussam, & nos iam esse in caussa victorię, peto igitur pro parte mea ferri

ri sententiam & partem aduersam condemnari, expensas in hac lite exortas, resti... quæ peti posse probantur. C. de iudi. l. properandum. §. sin autẽ. extra de resti. spo. ...

4 Si dubius sit de sententia, nihilominus sententiæ ferendæ adsit, vt fortè eam iuuare possit. Si verò desperet, vel certus sit de contraria sententia, absentare se poterit. Vide Specul...

¶De relationibus.

QVoniam plerunq; vsu venit, vt iudex vel is, qui caussæ discusit merita, d... tet qualiter pronunciare debeat. Quo casu ...lent referre negocium ad superiorem, vt r...spondeatur ab illis de iure, ostẽdaturq; qualiter pronunciari debeat. Hinc plura huiusmodi responsa, quibus in iure ab imperatoribus & iureconsultis data habemus. Hoc verò perraro propter ignorantiam principis respondẽt. Rectè igitur de tali relatione hic dicendum restat, & quidem hoc ordine.

¶Ordo dicendorum.

1 Quid sit relatio.
2 De quibus fiat.
3 Quando fieri debeat.
4 Quis relationis effectus.

¶Quid relatio.

Relatio est iudicis de iure dubitãtis ad principem missa cõsultatio, vt probatur. C. de re... latio.

latio.l. j. & fin.& extra de appellatio. c. intimasti.&.ij. qō.vij.c. si quid in ecclesia.

Verùm,prohdolor, ob principum incuriā & iudicum temeritatem,hodie hic relationū vsus fere cum ipso titulo abolitus est.

Olim enim si qua controuersia existeret, quæ dubij varijq́; iuris esset(quales quotidie multæ incidunt) non continuè ad iudicū tribunalia conuolabatur,sed vbi prudentes cōsuluissent,si iuris magis quàm facti lis erat. ꝑ libellum(quē hodie supplicationem vocant) principi supplicabatur, vt multa nos in. C. constitutionibus exempla instruunt.

Sic verò iudiciarij processus grauissimę impensę euitabantur. Quondam etiam iudicum ipsorum maior erat integritas.Etenim si quis nouus casus exoriebatur,non tantum aduocatorum discordibus allegationibus,de quibus supra,acquiescebant,sed ipsi etiam si prætoria,vel procōsulari dignitate insignes essent, iurisconsultorum tamen responsa, Cæsarumque rescripta dubitantes, efflagitare solebant. Hodie autem cùm hoc modo non fiant relationes, & Imperatores secundū iam dictam consuetudinem & de iure non respō derint,vnicamq́; illam & propriam Imperatoribus, legum condendarum artem à multis iam seculis non exercuerint, in caussa fuit, vt

non

non modo in infinitum interpretum opini-
nes progrederentur, sed & vt grauissimis
pendijs litigantes iura sua ad subsellia iudi-
deducere, ac ibi procuratoribus & aduoca
foris harpyis, omni pene facultatũ suarũ sa-
guine exugendos se præbere debuerint.

Olim vero & viris iurisperitis responden-
authoritas concessa erat. Ea sublata nihilo-
nus principes suum morem obtinuerunt
ad supplices libellos oracula reddiderunt.
quibus autem non cõtigerat in iure erudi-
hi saltem in consilio studiosos viros habe-
& quanquam alieno ingenio egregie tam
pro publica vtilitate de iure respondebant.

Hodie autem principes nec ipsi docti, n
doctos debito honore apud se fouent, pr
doctorum consilijs venatorijs cornibus, &
num letratibus sese oblectant.

Sed satis sit conceptam animi & si iustam
dignationem hactenus euomuisse, ne crabr-
num aculeos irritasse videar. Concipio tam
spem maximam tempestate hac nostra, ma-
mum Cæsarem Carolum, quantumuis im-
tentium & furiosorum hereticorum nege
remoretur, hanc laudem reliquarum re-
strenuè gestarum magnitudini additurũ
vt hereticorum furorib9 suppressis, veter
illam legum condendarum artem, & de
respo-

respondendi consuetudinem exercitaturus sit, atq; propitij numinis præsidio, veterem illam imperatoriam Maiestatem iam cum veterum imperatorum incuria, tum subditorum principum rebellione fere collapsam, & ad nudum nomen titulumque inanem redactam recuperaturum, atq; orbis principatum imperio restituturum. Quod quanto studio conetur, pluribus iam argumentis manifestũ fecit.

¶ *In quibus facienda sit relatio, & eius conditiones.*

In omni caussa, siue ciuilis, siue criminalis fuerit, vbi de iure dubitatur, facienda est relatio. Super facto autem si hallucinetur, secus erit, vt in authen. de iud. §. fi. col. vj. vide. ff. de iu. l. eum qui temere. §. j.

Minus igitur iudex culpandus erit, si cum non inueniatur expressum ius, superiorẽ consuluerit, extra de no. ope. nun. c. j. vel si dubitauerit de intellectu legis, vel. c. extra de senten. excom. c. inter alia. Vel si super contrarietate iurium perplexus reddatur, extra de fide instrumen. c. pastoralis. & de restit. spolia. c. literas. &. c. j. libro. vj.

Delegatus autem ab illo debet quærere, qui delegauit eum. ff. de offi. proconsul. l. solet. §. legatos.

Relationes non malitiose faciendæ sunt.

Quandoquidem iudex fingés se dubitare de iure, infamis fit & in. xxx. libris auri punietur. C. de lege. lib. ij. sed hęc pœna est legalis. Alia est secundum Canones, extra de senten. & de re iud. c. cum æterni. lib. vj. suspensio, scilicet ab officio per annum & ad æstimationem litis condemnatio parti, quæ lęsa est.

Relatio est facienda articulo diligenter examinato, super quo fieri debet, & partibus presentibus iudex dicat se dubitare, & velle principem consulere.

Relatio est in scriptis redigenda à iudice & principi mittenda. Formulas autem huiusmodi collationum habes apud Spe.

Quando facienda sit relatio.

Iuris dubium priusquam sententialiter declaretur, referendum est ad principem. C. e. l. j. ff. qñ appel. sit. l. j. Et generaliter quotiens expedit ex caussa iusta & necessaria fit relatio. Exemplo Mosi, qui ingressus tabernaculum querelas populi ad dñm referebat. Exo. xxxij. & extra de re iud. c. cum æterni. lib. vj.

¶ *Quis relationis effectus.*

Effectus relationis seu consultationis est, ea pendēte nihil innouetur, vel de caussæ meritis inquiratur, aut aliquid fiat. Quod si fit, irritum fit. C. eod. l. j. extra de postula. prelat. c. bonæ. §. nec obstabat. Vide Spec.

¶ De

¶De remiſſionibus.

Quoniam ſuperior, vel princeps ſicut iam diximus, conſultus ſolet reſcribere ſiue reſpõdere ſuper dubio:& remittere, hinc rectè de remiſsionibus nunc vidẽdum, de quibus hoc ordine dicemus, non tamen de ſola iſta remiſſione hic agitur, ſed etiam de alia remiſsionis ſpecie, vt ex ſequentibus patebit.

¶Ordo dicendorum.

Quid ſit remiſsio.

Conditiones remiſsionis, ſiue caſus, in qui- 1
bus facienda ſit. 2

Qualiter fieri debeat.

Quod officium eius, ad quem remiſsio fit. 3
4

¶Quid remiſſio.

Remiſsio, eſt cauſsæ commiſſæ ad committentem facta remiſsio, extra de elect. c. dudũ.

¶Conditiones remiſsionis.

Fit in omnibus maioribus cauſsis, quę ſolæ per ſuperiorem tractari debent, extra de app. c. vt debitus. in fi. extra de baptiſ. c. maiores. xij. diſt. c. ij. extra de tranſ. capi. primo.

Propter defectum iuriſdictionis, quam quis ſemiplenè habet, vt quia eſt ei ſola cognitio demandata, vel quia eſt legatus proconſulis, ff. de offi. proconſul. l. ſolent. & l. ſi quid. & C. ad. l. corne. de fal. l. vbi.

Ex neceſsitate, vt cum mandatur alicui vt

procedat, ſi hoc de partium conſenſu fuerit.
Alioquin remittat, extra de reſcrip. c. ex parte decani. §. petenti.
Si mandetur, vt intra certum tempus remittatur, & quidem inſtructa cauſa. Vide Spec.
Quod teſtes recipiantur vel inſtrumenta.
Si ſuperior ad ſe reuocet negociũ, & iudex ibi proceſſum cauſſæ remittit. Vide latius Specu.
Qualiter remiſsio faciẽda ſit, fuſius hic Spe. deſcribit, quæ vide. In ſumma tamen hoc nota, quod vbi negocium intra certum tempus mandatur inſtruẽdum & poſtea remittendũ, hoc tempus pro peremptorio haberi & cæt. Vide Spec.

¶*Quod ſit officium eius, ad quem ſit remiſſio.*

Is ad quem negotium remittitur recepta remiſsione priuſquam eam aperiat, citabit partes, vt contra eius apertionem obijciant ſi qd habeãt, quod de iure obijciendum videatur.
Quod ſi nihil obijciatur, aperiat præſentibus partibus, & terminum ad recipiẽdum copiam remiſsionis præfigat, vt ſi viſum fuerit obijcere poſsint, extra de procura. c. in noſtra.
Verum ſi temerè quid obiecerint, punientur, extra de pœnis. c. dilectus. &. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. l. j.

Sed

Sed & ſi proponatur remiſsionem non fore aperiendam, & ſuper hoc diutius diſputetur, iudex ſibijpſi ex cauſa aperire poteſt, nō tamen partibus quemadmodum in atteſtationibus fieri conſueuit.

De apertione autem remiſsionis publicum 1
inſtrumentum fiat, in quo deſcribātur ſigna, literæ, ſeu Characteres ſigillorum, ſub quibus mittitur intercluſa.
2

Aperta remiſsione, eam & ſingula diligēter examinabit. Quo facto vel admittet vel repellet actorem vel reum, ad probandum vel approbandum, prout ſibi de iure videbitur fore faciendum, vel caſſabit proceſsum remittendo, remittens, ſi eum inuenerit ex tenore remiſsionis, vel aliter quam ſecundum iuris ordinem factum, vel in ſe repugnantia continere, vel ad vlteriora procedet ſi eum inuenerit ritè factum, extra de purg. cri. c. cum dilectus. §. his igitur. Vide latius Spe. lib. ij. par. ij. tit. de remiſ.

¶De ſententiæ prolatione.

HAbita cum peritis deliberatiōe, vt. ſup. factaq; relatiōe, Iudex præſentibus partibus, vel ſe contumaciter abſentantibus, ſententiam ferre debet. Rectè igitur nūc de ipſa ſententia, & ijs quæ ipſam ſequuntur tractandum eſt, idq; ſequenti ordine.

Ordo dicendorum.

1 Quid sit sententia.
2 Quot eius species.
3 A quo sit ferenda.
4 Quando sit ferenda.
5 Conditiones sententiæ ferendæ, id est qua liter sit ferenda.
6 Quæ & quot in qualibet sunt necessaria sen tentia.
7 Diuersæ formulæ sententiarum.
8 Quis sit effectus sententiæ.
9 Sententia qualiter impugnetur, vt sit nulla.

Quid sit sententia.

SENTENTIA est iudicialis diffinitio con trouersię finem imponens, cōdemnationem vel absolutionem continens. Verum excom municatio, interdictū, suspensio propriè non sunt sententiæ sed pœnæ. Impropriè tamen etiam dicuntur sententiæ.

Quatuor species iudicialis sententiæ.

INTERLOCVTORIA est, quæ fertur in ter principiū caussæ & finem, non super prin cipali sed super incidentibus quæstionibus vel emergentibus, puta super libello ferendo vel corrigendo, super dilatione danda vel de neganda & similibus exceptionibus, extra. offi. deleg. c. significantibus.

DIFFINITIVA est, quæ principalem defi nit

nit quæstionem. Et debet semper continere condemnationem, vel absolutionem expresse vel virtualiter. ff. de arb. l. quid tamen. §. si arbiter. Alioquin non valet. ff. de re iud. l. j. C. eo. l. præsens. ij. quæst. vj. c. ei qui. §. diffinitiua. extra de accusa. c. illa nisi in appellationis sententia, vbi non est necesse quod iudex dicat. Absoluo vel condemno, sed tantum, confirmo vel infirmo priorem sententiam. C. de appel. l. eos. responso. j. in fine. Vide Specula.

PRAECEPTVM, vt cum Iudex sine caussæ cognitiõe pręcipit alicui vt soluat alij. x. quos petit sub certo termino sibi præfigendo sine caussæ cognitiõe, id est de plano, vel sine processu iudiciario, puta sine libello, sed alias cũ instrumento debiti, vel quod reus cõfiteatur se debere, vide hic fusius Spec.

MVLCTA est, cũ qs pecuniariter punitur, per iudicem propter euidentem litigatoris contumaciam. C. de modo mulctan. per totum. ff. si quis ius dic. non obtem. l. j.

Et est differentia inter mulctam & pœnam. Hæc enim infligitur in corpore, illa vero in pecunia.

¶ A quo sit sententia ferenda.

PER OS IVDICIS ipsius proprium. Non enim debet alteri committere prolationem verborum. Alioquin ipso iure nulla est.

C.de ſenten.ex breui.reci.l.j.&.ij.ff.de arbi.
l.non diſtinguemus. §. quæſitum eſt. ver.j.
Quod ſi hoc modo. Extra de conſue.c.ad au
dientiam noſtram.

Niſi iudex ſit illuſtris, qui poteſt per alium
recitare, modo is cui cõmittit, ſciat legere, in
authen.vt ab illu.&qui ſuper eã dignita.ſunt
col.vj.§.ſancimus.ibi ne cogantur.

Et ſi ſint plures iudices, omnes ſimul ſentẽ
tiam ferre debent. Alias non valet vnius ſentẽ
tia, niſi vnus ſit per cõtumaciam abſens, quia
tunc valet ſententia pręſentium.ff.de re iud
l.duo ex tribus. extra de offic. deleg. c. pru
dentiam.§.adijciamus. vel niſi vnus de man
dato aliorum pronunciet, vel niſi in commiſ
ſione contineatur, quod vnus poſsit ſine alio
procedere.ff.de arbi.l.ſi tres.ſed vide hic lati'
Specula.

A SVO IVDICE.i.ab eo, qui iuriſdictionẽ
habet in quæſtione propoſita, alioquin ipſo
iure non valet lata à non iudice competente:
extra de iudic.ca. at ſi clerici. & de conſuetu.
cap.ad miſericordiam.C.ſi à non compe.iu.
l.fi. Vide Spe.

¶ *Quando ſententia ferenda.*

LITE CONTESTATA, confeſsionibus
probationibus, allegationibus auditis, omni
busq; cauſsæ meritis diligenter inueſtigatis,
die

die non feriato,& ante crepusculum noctis. Et in summa ordine iudiciario seruato, ferenda est sententia. xxx. q.v. c. si quis. §.is ita.& duobus sequentibus capitu. extra vt lite non contesta. per totum. ff. de ferijs. l. si feriatis, alioquin sententia ordine iudiciario substantiali prætermisso non tenet. C. de sen. ex breui. reci. l. ij. iij. &. iiij. & hæc vera regulariter, verum in casibus, in quibus reus fit cõtumax fallit, quandoquidem lite nõ contestata possunt testes recipi & sententia ferri vt. sup. de testi. dictum est.

INTRA BIENNIVM secundum leges, si causa criminalis. Si vero ciuilis intra triennium. C. de iud. l. properãdum. Sed secundum canones lapsu triennij non perit instantia. extra de iudic. c. pe. Vide latius Spec.

¶*Conditiones sententiæ siue qualiter sit ferenda.*

Antequam feratur, debet esse bene discussa 1 ex actitatis in iudicio & à iurisperitis deliberata, vt. sup. satis diximus de requisitione consilij.

Non debet ferri nisi citatis partibus ad eam audiẽdam, extra de testibus. capit. cum olim. in fi. alioquin non valet.

Ferenda est à iudice sedente pro tribunali in loco consueto, vel alias honesto, vtraq; parte præsente, vel altera contumaciter absente, & in

& in scriptis pri⁹ redacta, q̄ correcta ac sacris corā positis: extra de dolo & cont. c. veritatis. C. de iudicijs. l. properandū. &. l. rem non no uam. &. C. quomodo & q̄n iudex. l. ea quæ.

4 Debet fieri secundum allegata & probata, & non secundum conscientiam. iij. q. j. c. iudi cet. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. extra de offi. iud. ordin. capitulo si sacerdos.

Vide hæc iura, & vide glos. extra. de officio dele. c. pastoralis. §. quia vero. & vide consilium Capellæ, quod recitat tibi glo. instit. quibus modis tutel. lib. fi. §. fi. in verbo, ex habitu.

5 Debet fieri etiam quandoq; secundum cō suetudinem loci, in quo contractum est, vt litigatores sunt diuersorū locorum. Vide hic latius Spec.

6 Debet esse certa. C. de senten. quæ sine certa quanti. per totum. Plures conditiones vide apud Spec.

¶ Sex in qualibet sententia contineri debent.

1 NOMEN iudicis, an sit delegatus vel ordinarius.

2 Nomina litigatorum.

3 Tenor petitionis in iudicio porrectę.

4 Substantia processus caussæ, puta lit. cont iuramenti præstatio, & huiusmodi.

5 Quod fiat mentio, partes esse præsentes, vel per contumaciam absentes.

Quod

Quod contineat condemnationem vel absolutionem, pronunciationem, & alia quæ videbuntur iudici optima. 6

De diuersis sententiarum formis.

Interlocutoriarum.

Præceptoriarum.

Diffinitiuarum.

Sententiæ arbitrorum.

Condemnationes in caussa criminali & mulctæ.

Sententiæ in caussa appellationis.

Sententiæ excommunicationis, interdicti, suspensionis & absolutionis.

Sententiarum super dispésationibus.

Quis sententiæ effectus.

QVOD FACIT ius inter partes, id est inter 1
quos est lata, vbi in rem transiuerit iudicatá, etiam si sit lata contra ius litigatoris, secun. quæstio.vj.c. ei qui. §. diffinitiua: extra de re iudi.c. cum inter vos, in fi. Nam res iudicata pro veritate accipitur, vt.ff. de reg.iur.l.res iudicata.

Quod non rescinditur pretextu instrumen 2
torũ postea repertorum, extra de re iud.l. inter monasterium &.c. suborta. in fi.&.C. de trãsa.l.sub prætextu.C. de re iud.l. sub spem,

Præterea non rescinditur ratione calculi, seu male cõputationis.C.de re iud.l.ij.nisi er

ror

ror calculi in ſententia exprimatur. ff. q.a ſenten.. ſine appel. reſcin. l. j.

Quod ex re iudicata datur actori actio de re iudicata vel in factum. C. de re iudi. §. fi. & C de reb. cred. l. actori. Reo autē exceptio, ſi eo ſit lata. Et intellige hos effectus, quādo ſententia non eſt vlla, vel non eſt appellatur ab ea: alias ſecus. Vide Spe.

¶ Sententia quandoque eſt nulla, ipſo iure uel ratione.

Iudicis, vt quia erat excōmunicatus vel infamis, ſeruus, mulier. Vide iura apud Specu.

Iuriſdictionis, quia eſt lata à nō ſuo iudice

Litigatorum, quia lata eſt cōtra minorem xxv. an. ſine tuto. vel curat. authoritate.

Loci, vt ſi epiſcopus tulit eam extra ſuam diœceſim.

Temporis, vt ſi lata in die feriato.

Cauſſę, vt ſi non continet abſolutionem, vel condemnationem.

Quantitatis, vt ſi datus ad cognoſcendum de. x. pronunciauit de viginti.

Modi, vt quia eſt lata à iudice procedente, ſeu ſtante & non ſedente.

Proceſſus, vt ſi eſt lata lite non conteſta. vel omiſſo aliquo de his, quę ad ſubſtantiam ordinis iudiciarij.

Mani-

Manifestę iniquitatis,puta ſi contineat in ſe expreſſum errorem.

Omnium horum modorum iura & allegationes. Vide apud Spe.lib.ij.parte. iij.titu. de ſenten.

¶Annulatur ſiue retractatur ſententia.

Per appellationem.

Supplicationem.

In integrum reſtitutionem.

Per ſimplicem petitionem, in illis caſibus, in quibus iudex poteſt ſuam ſententiam retractare.

Per querelam falſi.

Per implorationem triſtis auxilij, vt ſi ſententia lata ſit contra ſeruum, ille appellare nõ poteſt, ſed permittitur ei implorare triſte auxilium. ff. de appel. l. ſerui.

Quando poſt ſententiã nullo remedio attentatam, iterum de cauſſa cognoſcitur, vide Speculatorem.

¶De ſententiæ exequutione.

NEMINI non compertum eſt, parum eſſe ſententiam ferri, niſi & ipſa exequutioni mandetur, argu. in. c. cũ aliquibus. extra de ſenten. & re iudi. Igitur hic de ſentẽtię exequutione ſequitur, in qua explicanda hoc ordine procedemus.

¶Ordo tractandorum.

Quę

1 Quæ ſententia ſit exequutioni mandanda.
2 A quibus ſit facienda illa exequutio.
3 In quibus rebus debeat fieri exequutio.
4 Poſt quod tempus exequenda ſit.
5 Qualiter & quo ire exequutio petatur.
6 Qualiter impediatur exequutio.

¶ Quæ ſententia ſit exequutioni mandanda.

Quæ de iure valet ſententia, exequi debe & quæ non eſt per appellationem, vel bene cium reſtitutionis ſuſpenſa. C. de executi rei iudi.l.j.&.l.ſi vt propono. &. l. fina.ff. re iudic.l. ſi cum nulla.&.l.vnica.C. de in teg.reſtit.poſt ne quid no.fiat,&.ff.ad turp l.j.§.finali.

Alioqui differri debet, donec appellation vel reſtitutionis quæſtio decidatur, extra offi.delega.c.paſtoralis.§. pręterea. &.§.fi.

Verùm ſi ſuſpēſa fuerit per ſupplication nihilominus exequutioni mandabitur: ho tamen ſeruato, vt victor ſatiſdet de eo, quo obtinuerit reſtituendo, ſi fortè contingat pr orem ſententiam retractari. C. de precib. im pe.off.authen.quę ſupplicatio. Sed ſi poſt lata & obtenta in integrum reſtitu. pender cauſſa ſuſpicio fit, quod malitiosè poſtul fuerit, mandabitur nihilominus executi talis ſentētia prius lata: ſub tamē prędicta c tiōe, extra de in integrū reſtitu. c. ſignificata.

¶A quibus facienda sit exequutio.

Explorati iuris est, sententiam exequutioni mandari posse ab ipsis iudicibus ordinarijs, siue ipsi sententiam tulerint, siue eorum delegati, siue eorum arbitri compromissarij, modò ipsorum arbitrorum sententia express so partium consensu confirmata sit, vel tacito s. decem dierum lapsu vbi compromissum non fuerit aliqua pœna vallatũ. extra de for. compe. c. si quis contra. j. q. vj. c. quisquis. ff. de re iudi. l. à diuo. j. respon. j. &. §. sententiã. C. de arbi. l. pe. & de iudic. l. properandum. §. sin autem reus.

Rationem autẽ, quare solum ordinarij executioni sententiam mandẽt, Vide apud Spec.

Interim tamen nota, quòd Iudex secularis quandoque exequitur sententiam ecclesiastici, si ab ecclesiastico imploretur. Vide. c. j. de offic. ordinarij.

Item nota, quòd iudices in caussis criminalibus sententias suas non per se, sed per alios executores, quos carnifices vocant, exequi possunt, & tales condemnatis vitę pœnam infligentes, non peccant. xxiij. quęstio. v. c. miles nõ frustra cum homo, quę vide. Imo merentur, & priuilegiandi sunt. Sed malè ij audiunt apud nebulones, fures, latrones: apud bonos viros minimè, &c.

¶ In quibus rebus debeat fieri exequutio.

Reali actione si actum, id est si aliqua res certa petita, puta, prædiũ vel equus, vel domus: mittendus est actor in possessionem rei ... adiudicatæ. extra de re iud. c. cum Bertold... in fi.

Mãdabit enim iudex suo exequutori, quod ipsam rem seu eius realem & corporalem possessionem det actori.

Et hoc preceptum in actis redigatur. Et ex illo mandato exequutor mandatum ... qui debet, & Iudici referat quicquid fecerit: cuius relatio redigi potest etiam in actis.

Formulas huius præcepti & exequution... vide apud Spe.

PERsonali vel alio modo si actum sit, fieri debet executio in rebus condemnatis, hoc ordine, Primò capiantur bona mobilia, si quæ possidet. Secundò immobilia. Tertiò peruenitur ad nomina siue iura, id est ad ea quæ ... debentur, dum tamen sint liquida & cõfessa.

Et si res dare recuset, manu militari cogatur, & procedatur contra talem sicut. sup. ... primo & secundo decretis dictum.

¶ Post quantum temporis sententia sit executioni mandanda.

Vide formulas huiusmodi exequutionum apud Spe.

In

In PERSonali actióe regulariter post quatuor menses sententia executioni mandanda est,& non ante,extra de offi.deleg. c.quærenti.&.c.quod ad consultationem.de senten. & re iudi.C.de vsu rei iud.l.ij.&. l.fi.ff. de re iu. l.si debitori.

Hoc tamen quadrimestre tempus nonnunquam caussa cognita, vel arctari, vel extendi potest,caussa personarum & locorum qualitate & ratione inspecta.dicto.c.quod ad cõsultationem,&.ff.de re iu.l.ij.Vide hęc iura.

In REAli,si non est appellatum à sententia nec restitutio postulata,si res illa sit præsens, est statim post decendium,id est.x. dierũ spacium,executioni mandanda, quoniam tunc transit sententia in rem iudicatam insti.de offi.iu.in prin.extra de elect.c.cum dilecti in fi. &.de testi.c.significauerunt-

In CRIMINALI sententia lata,quæ nõ est per appellationem, vel per in integ. resti. vel per supplicationem suspensa.C. de pœ.l. cum reis.

Nisi princeps ex iracundia tulit sententiam. C.de pœ.l.Si vindicari.& nisi sententia sit lata contra mulierem prægnantem, cuius exequutio differtur vsq; post tempus partus.ff. de pœ.l.prægnantem.

Similiter si lata est in seruum,quæ differtur

donec seruus domino rationem reddiderit. C. de bonis proscripto. l. ij.

Et certis alijs modis differtur, quos Vide apud Specu.

¶ *Annotatio.*

¶ Verum venditio pignoris, seu rerum pro pignore captarum, fiat post quatuor menses, tamen olim fiebat post duos menses, & hoc cum capiuntur ex diffinitiua sententia. ff. de re iudi. l. debitori. §. fi.

Si vero interlocutoria, expectandum forte per annum. C. de præscri. xxx. vel. xl. anno. C. l. si quis emptionis. §. pe. in pignore autẽ conuentionali biennium. C. de iure do. impe. l. fi.

Vel iudex ex suo arbitrio diffiniat hoc tempus, vbi non est diffinitũ à lege: arg. ff. de iure deli. l. fi. §. fi. extra de offic. dele. c. de caussis. §. illis etiã. Vel dentur insolutũ actori, vt supra tractauimus in primo & secundo decreto.

Illud tñ etiam interim nota, quod iudex delegatus, post annũ sententiam suã exequi nõ potest. extra de offic. deleg. c. quęrenti.

¶ *Qualiter & quo iure sententiæ exequutio petatur.*

Iudicis officio petenda est sentẽtiæ exequutio, & nõ actione in factũ, ex re iudicata descẽdere secundum Spec. & sine libello, quia exequutio in facto consistit, vt probatur subtiliter. ff. de re iud. l. à diuo Pio. per totam leg. Et.

Et fit ſummaria cognitio, cum de capiundis pignoribus diſputatur.

Vide hic Specul. pulchrè probantem, quod iudicis officio petenda ſit, non obſtāte quod victor duo hæc habeat auxilia. ſ. iudicis officium, & actionem iudicati.

¶ *Qualiter exequutio ſententiæ expediatur.*

Legitima appellatio interpoſita, extra de iureiu. ca. veniens. & de appel. c. ſolicitudinē. ij. q. vj. c. poſt appellationem. & de re iud. c. j. ff. nihil nouan. appel. interpo. l. vnica. C. de tēpor. appel. Authentica ei qui. 1

Si in integrum reſtitutio poſtulata ſit. C. de in integ. reſti. poſtu. l. vnica. 2

Si actio iudicati iure reuocationis introducta ſit in nouam petitionem. ff. de re iud. l. iiij. parag. ſi ex conuentione. 3

Si fuerit ſupplicatum, id eſt cōſiſtorio principis agitetur ſententia. C. de tempor. appell. authentica Sed & lis. & extra de appellationibus. c. ex inſinuatione. Vide iura. 4

Si delegatꝰ à principe. id eſt Papa, vel impe. ſententiam à ſe latam exequi velit. ff. de re iu. l. à diuo Pio. in principio, 5

Si ordinarius velit exequi ſuam ſententiam in rebus, extra ſuam iuriſdictionem poſitis. ff. de bo. auto. iud. poſ. l. cum vnus. §. is qui poſſidere. C. de iu. l. properandum. §. ſi autē reus. 6

7 Si condemnatus ſuorum bonorum faciat ceſsionem.C.qui bo.cedc.poſ.l.j

8 Si obijciatur, quod facta ſit tranſactio poſt ſententiam arg.ff.in ius vo.l.neq;.§.j.

9 In conuẽto à multis actione noxali nõ preſtando ſeruum ei, qui primò vicit, cæteris poſtea vincentibus, iudicati actio denegatur.ff. de noxa.l.ſi quis à multis. Idem poteſt dici in conuento à pluribus actione reali.ff.de rei vendica.l.is à quo fundus. Vide hic Speculatorem.

10 Si doloſe aliquid exequutor egit.ff.de nego.geſt.l.iij.§.ſi exequutor.

11 Si per doloſam allegatiõem obtinuit is, pro quo lata eſt ſententia, vel ſi is contra quem lata eſt iuſto impedimẽto detẽtus abſens fuit. ff.de iudic.l.ſi prætor.§.fi.& extra de re iud. c.cum Bertoldus.parag.poſtmodum.

12 ſi exequutor modum excedit in exequẽdo vel ſententiam malè interpretando.Et breuiter omni exceptiõe, quę poteſt cõtra exequutionem opponi.De quibus dic, vt notatũ ex. de re iudi.quod ad conſultationẽ. De quibus infra latius dicemus in materia appel.

13 Vbicunq; ſententia dicitur eſſe nulla, quę fit multis modis, vt ſup.oſtendi.

Si res petita peruenit ad actorẽ.C.de re iud. l.j.ff.de condict.ſine ca.l.j.&.ij. Verum in cri-

minali-

minalibus differtur executio quandoque in certis casibus, vt in muliere prægnante, & vbi princeps ex iracundia sentẽtiam tulit, de quibus sup. Vide Speculato.

¶De appellatione.

INiusta sententia Iudicis grauatus, appellationis remedio iuuatur. Ideo rectè nunc de appellatione sequitur, in cuius materia hunc ordinem seruabimus.

¶Ordo dicendorum.

Quid sit appellatio, & q̃s possit appellare. 1
In quibus casibus, & ex quib. caus. possit appellari, & quando teneat appel. vel non. 2
A quibus appelletur, & ad quem. 3
Quãdo & intra quod tẽpus appellari possit. 4
Qualiter fieri debeat appel. & quæ conditiones obseruandæ sint in appellatione. 5
Intra quæ tempora fiet appellationis persecutio. 6
Quoties sit appellandum. 7
Quod officium eius, à quo appellatur. 8
Quod Iudicis, ad quem appellatur. 9
Quis sit effectus appellationis. 10
Qualiter appellatio impugnetur. 11

¶Quid sit appellatio.

Appellatio est Iurisdictiõis prioris Iudicis, per inuocationem Iurisdictionis superioris

Iudicis ritè facta suspensio, secundum Ho-
stiens.

Sed secundum Azo. est à minore iudice p[illegible]
inuocationem maioris iudicis prætextu in-
quitatis, primæ latæ sententiæ recessio. ff. [illegible]
mino. l. præfecti.

Et principaliter inducta est appellatio ad [illegible]
quitatem vel imperitiam Iudicis corrigend[illegible]
Vel ad supplendum, quod incautè in pr[illegible]
iudicio fuerat emissum.

Et est de iure naturali cũ sit defensio, & [illegible]
iure ciuili secundum formam.

Nam olim reddebatur ius regia manu, n[illegible]
erant inuentæ actiones & solennitates iu[illegible]
ciorum & appellatiõum. l. ij. ff. de origine iu[illegible]

¶ Quis possit appellare.

Omnis oppressus seu iniustè grauatus q[illegible]
cunq; sit, appellare potest. ij. q. vj. c. omnis [illegible]
pressus &c. Ideo ex. de appel. c. vt debitus.

Etiamsi sit excommunicatus: vt infra d[illegible]
cemus,

Is cuius interest, vel cui mandatum est, v[illegible]
procurator, vel qui negocium alienum ge[illegible]
ij. q. vj. c. non solét, extr. de elect. c. cum inte[illegible]
etiamsi parum intersit alicuius appellant[illegible]
ff. de appel. l. à sententia, & ex. de re iudi[illegible]
cum super.

Fideiussor pro eo, ꝑ quo interuenit, p[illegible]

appellare. Si vēditoris fideiussor, victo emptore potest appellare.

Legatarij & qui libertatem acceperūt, victo hærede ab eo, qui de inofficioso egit.

Vēditor empto super proprietate victo potest appellare & contra. Vide Spe.

¶In quibus casibus & ex quibus caussis appellare possit, & quando teneat appellatio, uel non.

Regulariter in omni caussa & ex omni grauamine appellari potest, nisi vbi sit prohibita appellatio. Vbi autē sit prohibita, mox subiungemus, quo viso facilè agnoscetur, vbi sit permissa. Cum cognito vno contrariorū, cognoscatur & reliquū, Inst. de his, qui sunt sui vel alie. iur. para. j. & de tuto. para. j.

Contumax non auditur. ij. qō. vj. c. ei qui. 1
paragra. Sunt etiam quorum. ex. de ap. c. personas. C. de iud. l. Properandum. paragr. Sin autem.

Homicida, veneficus, adulter manifestam 2
violentiam inferens, insignis latro, concitator seditionis, dux factiōis, raptor virginum, si sit argumentis superatus, testibus cōuictus, non auditur appellans. Sed statim est sententia exequenda in prædictos. ca. ei qui. §. sunt etiam. §. de appel. l. cōstitutiones. C. de rapto. virgi. l. vnica. Vide Spe.

Non licet appellare officiali curiæ, puta 3

executori vel tabellioni condemnato ratione administrationis, in qua deliquit. d. §. sunt etiam. versic. nulli quorum. C. quorum appel. non recip. l. nulli.

4 Non appellat is, à quo fiscalis calculi satisfactio aut tributariæ functionis munus, vel euidentis & conuicti debiti publici vel priuati, redditio exposcitur. d. §. sunt etiam. versi. quot. C. quorum appel. non recipitur. l. abstinendum. & l. fi.

Et arguit Spec. quod si non appellet in tributis, ergo videtur, quod nec in decimis, quæ sunt tributa animarum, appellabitur. xvj. q. j. c. decimæ. extra de deci. c. tua nobis.

Sed hæc fabula surdis & furiosis frustra narratur.

5 Non appellatur ab executore, nisi modum excedat, dicto. §. sunt etiã. C. quorum appel. non recipi. l. ab executore. extra de appellatio. c. nouit. Vide Speculatorem.

6 Non appellatur in momẽtanea possessione, dicto. §. sunt etiam. versi. si posses. &. C. si de momen. pos. fue. appel. l. j.

Sed secundum Canones appellatur: extra de testi. c. significauerunt. & de resti. spo. c. ex conquestione.

7 Non appellatur à nominatione publici muneris, quod est vtilitate priuatum, vt est in tutela,

tela, vel cura.ff. quando ap.ſit neceſ.l. j. inſti. de excuſa.tuto.§.qui autem excuſare.

Secus ſi ſit publicum authoritate & vtilitate.C.de ap.l.iiij.&.l.hi qui ad ciuilia.&.l.nominationes.

Quando res dilationem non capit.ff.de ap. 8
reſcind.vel non.l.fi.vtpote vt excommunicatus abſoluatur: extra de appella.c.qua fronte. Vel ne teſtamentum aperiatur, vel ne ſcript⁹ hæres in poſſeſ.mittatur, vel ne frumentum in ſubſidium militiæ tranſmittatur. Vide iura apud Speculatorem.

Cum appellationi eſt tacitè vel expreſſe re- 9
nunciatum.

In delictis notorijs, ſi per appellationem 10
velit quis in eis perſeuerare.

Nam appellatio non debet eſſe præſidium iniquitatis, extra de ap.c.cum ſit Romana. in fi.&.c.peruenit.& c.conſuluit.&.c.reprehenſibilis. ff. de appel.l. conſtitutiones. C. quorum appel. non recip.l. ſecunda. Idque ſiue ſit notoria de iure ſiue de facto. Vide Specu.

A correctione, extra de offic.ordi.c.licet.Vi 11
de tamen diſtinctionem apud Spe.

Quando appellatio reſcripto prohibetur, 12
quod ſolus princeps facit.ff.à qui.ap. non licet.l.j.in fi.extra de ap.c.ſuper eo.

Sed certè per hoc ſola appellatio friuola in-

telligitur esse remota. extra de offi. deleg. c. super quæstionum.

13 Non appellatur à principe, vt à Papa, vel p... pe. vt inf. latius dicemus.

14 Ab interlocutoria secundum leges nisi certis casibus. Sed secundum Canones lic... quandocunq; quis grauatur de ap. c. cum c... sante.

15 Nō potest tertiò appellari, vt inf. dicem.

16 Non appellatur ab arbitro. C. de arbi. l. ... si sit delegatus. ij. q. vj. c. ei qui. §. fi. versi. ... militer.

17 Non appellatur à sententia excommuni... tionis vel interdi. Quod verum intellige, q... ad hoc vt sententia suspendatur. Vide Sp... culatorem.

18 A sententia quę nulla est, non est necesse ap... pellare. Quæ autem sit nulla. sup. dictum ...

19 Non valet appellatio sine caussa post cit... tionem factam interposita, extra de ap. c. m... minimus.

20 Non pōt appellari ab eo, quod maior pars fe... cit, extra de his quę fi. à maio. par. ca. c. j.

21 Clericus ad residentiam ecclesiæ suæ, m... nitus non potest appellare, extra de appel... peruenit.

22 Non appellatur ab Episcopo, in quem ca... promissum est secundum. ll. C. de Episc. au... dien.

dien.l.Episcopalc.& in authen. ibidé. Secus aũt secundũ canones.ij.q.vj.c.oĩs oppressus.

Non velet appellatio generalis. extra de ap. c.ij.&.c.consuluit. 23

Non valet appellatio in minimis causis. argu.ij.qó.vj.c.Anteriorum.ver.illud etiam. & arg.ff.de dolo.l.si quis affirmauerit.C.de senten.ex bre.reci.authent.nisi breuis. 24

Non tenet appellatio, quando is qui præstito iuramento,ab excommunicatione est absolutus,interponit appellationem priusquam sibi aliquid iniungatur, extra de appel. c.quæstioni.&.c.sacro,in fin. de senten. excommunicationis. 25

Nõ valet appellatio si iudex reuocauerit grauamen,propter quod fuit appellatum, extra de ap.c.cum cessante. 26

Non valet,si fiat ab eo qui non potest ap. 27

Non valet, si condemnatus de falsa moneta appellauerit.C.de fal.mone.l.j.in prin. 28

Nõ potest appellare, qui terminum recepit ad procedendum,vel ad soluendum,vel aliàs processui causæ acquieuit,extra de offi.dele. c.gratum.C.de re.iu.l.ad solutionem. 29

Non valet ap. vbi relapsus in hæresim curiæ seculari traditur,extra de hæreti.c.ad abolendam.§.illos quoq;. 30

Non potest quis appellare ab eo, quod ipse 31

fecit

fecit vel procurauit fieri. C. de reb. cred. l. ge
neraliter. §. j. vers. quis enim.

32 Victor non potest appellare à sententia propter expensarum condemnationem om sam. C. quando prouoca. non est ne. l. fi.

33 Post decendium non appellatur. c. anterio rum. ij. q. vj. & extra de re iudi. c. quod ad cō sultationem. Vide Speculatorem.

¶ A quibus appelletur.

Regulariter ab omnibus tā delegatis, quā ordinarijs appellari potest. ij. quæstione. vj. cap. secundo. & c. Romanam ecclesiam. & extra de appel. c. cū sit Romana. nisi in rescri pto remota sit appellatio, vt supra diximus.

¶ A quibus non appelletur.

A principe, id est Papa vel Imperatore. ij. quæstione. vj. c. anteriorum. ver. illo. ix. quæ stione iij. c. cuncta. & c. per principalem.

Sententia præfecti prętorio, sed supplica tur ab ea. C. de senten. præfect. præ. l. j. quam vide.

Senatu. ff. à quibus appellari nō licet. l. j. Vi de Speculatorem.

Sententia arbitri, vt sup. diximus.

Executore, vt sup. quoq; dictum est.

Sententia lata in curia Franciæ, de facto ho die nō appellatur, Cùm rex ipse in tempora libus superiorē non recognoscat, vt adulatur ei

ei papa in.c. per venerabilem, extra qui filij ſint legiti.

De iure tamen ſubeſt Romano impe.vij.q. j,c.in apibus.

Qui canon habet verba Hieronymi,quę magis me afficiunt,quàm verba adulatoris.

Iudicibus, quos communis conſenſus elegit.ij.q.vj.c.à iudicibus. Vide ibi glo. ſed de his vide hic latius Speculatorem.

¶ *Ad quem ſit appellandum.*

Regulariter à minore ad maiorem appellatur,& quidem gradatim,id eſt,ad eum,qui in gradu proximus ſuperior eſt ei,à quo appellatur,puta ab archidiacono ad epiſcopum,ab epiſcopo ad archiepiſcopum,ab archiepiſco po ad primatem, & à primate ad Papam. C. de appel.l.præcipimus.ff.de appel.l.Imperatores.ij.q.vj.c.ſi quis putauerit.&. c.anteriorum.§.ad hoc,& §.illo.

¶ *Omiſsis medijs appellari poteſt ad*

Pontificem.extra de app. c.ſi duobus.c. ſolicitudinem.&.c.antiqua.extra de priui.

Et eſt ratio, quia ipſe eſt ordinarius ſingulorum.extra de elect.c.cùm nobis olim.Vide Speculatorem.

Imperatorem,quoniam is dominus mundi eſt.ff.ad leg.Rhod.de iactu.l. deprecatio. & omnes prouinciæ ſunt ſub eo.lxiij. diſt. c.

Adri-

Adrianus. Et omnes nationes. xj. q. j. c. h[illegible]
si quis. §. volumus.

Et omnes principes. vij. q. j. c. in apibus
omnia quæ sunt in eius potestate. vij. dist.
quo iure. &. xij. q. j. c. futuram. &. C. de qua
drien. præscrip. l. bene à Zenone.

Non tamen patitur in præiudicium infer.
orum ordinariorum, & in damnum ac mole
stiã litigatorum, ad se omissis medijs appel.
ri. Quod si fiat, remittit appellantẽ ad iudi[illegible]
cõpetentem, vt in. l. Imperatores. ff. de appel.
Et licet omnia posit, & legibus nó astri[illegible]
gatur, tamen vult viuere secundum leges. C
de legibus. leg. digna vox est,

Veruntamen vt hæc plenius intelligantur
distinguendum erit, vt sequitur.

¶Si appelletur ab ordinario, gradatim est
appellandum, excepto Papa, vt sup. dictũ est.

¶Si à delegato, subdistingue, quia vel est
delegatus ad vniuersitatem caussarum, vt est
vicarius Episcopi, vel officialis, qui ordinarius
censetur, tunc appellatur ad Archiepiscopũ,
ad quem ab Episcopo appellatur, quia vnum
& idem consistoriũ censetur officialis & Epi
scopi. extra de appel. c. Romana. Et intelli[illegible]
etiam hæc excepto Papa, ad quem absq; me
dio appellari potest.

Vel ad vnam caussam, idq; aut à princ[illegible]

& tunc ad ipſum principẽ appellatur. ff. quis & à quo app.l.j.extra de offi. deleg. c. ſuper quæſtionum.

Aut ab alio inferiore ordinario: & tunc etiá ad eundem ordinariũ appellandum.d.l.j. & fi.eo.tit.& extra de appel.c. cum ſpeciali.

¶Si à ſubdelegato principis, puta cùm delegatus principis ſubdelegauit: iterũ diſtingue. Nam talis aut ſubdelegauit totam cauſſam. Et tunc tantum ad principem appellatur. extra de offi.deleg.c.ſup quæſtio.§. porro.

Aut aliquid de iuriſdictione ſibi retinuit, & tũc vel eſt remota appellatio in reſcripto. & non poteſt appellari ad Papam, ſed ad delegatum tantum, qui eum ſubdelegauit, ſecundum pleroſq;. Et ſi fiat appellatio, nõ valebit, imo remittetur ad delegatum, & eſt ſpeciale in hoc caſu, vt omiſsis medijs, non poſſit appellari ad Papam.d.§.porro.plerique tamen contrarium tenent. Vide Specula.

Si verò non ſit remota appellatio, cõmuniter tenetur, quod ad delegatum, vel ad Papã, omiſſo delegato. Vide Spec.

¶Si à conſeruatore, idem eſt quod in delegato, exceptis caſibus, qui habentur de offic. deleg. c.fi. lib. vj.

¶Si ab arbitris, qui in cauſſa ſuſpicionis cognoſcunt, vel cùm de reuocatione literarum

ambi-

ambigitur, tunc appellatur ad Papam. Sed ab arbitris, quos compromissarios vocant, nec appellatur. C. de arbit. l. j. &. ij. q. vj. c. à iudicibus.

¶ Quando & intra quod tempus apppellandum sit.

Statim & quandocunque grauamen infetur vel inferri putatur, per quemcũq; iudicialem processum appellari posse iura volunt extra de app. c. ex parte M. &. c. dilec. Vel per interlocutoriam vt in. c. cum cessante. vel per diffinitiuam, vt in. c. oblatæ de appell. & destamen. ca. Raynutius. &. c. Raynaldus. etiam extra iudicium, vt. c. bonæ de electione. & statuimus. de electio. lib. vj.

Intra decendium, id est, decem dies, & non vltra, siue ab interlocutoria, siue à diffiniti. extra de test. c. significauerunt. de re iud. c. c. ad consultationem, de confir. vti. vel inuti. c. bonæ. ij. q. vj. c. anteriorum. & authen. hodie. C. de app. Sed hodie correctum est per. d. authentic. Nam olim intra biduum appellandi erat, vt. l. eos. para. Sin autem in iudicio. Et computatur hoc decendium à die latæ sententiæ, vt. sup. d. c. ad consultationem. Dicunt tamẽ aliqui, hoc tempus esse vtile, quod ad initium.

Sed quantum ad sui progressum esse continuum, & ideo computari & currere à tempo-
re

re ſcientiæ.C.quomodo & quando iud. ſen. pro.debet.l.ab eo.quam vide,& Spec.

Idem autem dicendum videtur, vbi non poteſt appellari, ſed ſupplicari in Authen. vt Sponſ.lar.§.aliud collatio.ix.

¶*Qualiter fieri debeat appellatio.& quæ conditiones obſeruandæ.*

Appellatio vel fit à diffinitiua ſententia. Et diſtingue. Quia appellatur ilico, atq; in continenti.Et ſic poteſt viua voce apud acta appellari.C.de appellatio.l.litigatoribus.&.ij. quæſtio.vj.c.ei qui.§.litigatoribus.in fine.

Vel non in continenti, ſed poſtquam à tribunali iudex receſſerit:& tunc debet fieri appellatio in ſcriptis. C.de appella. l. litigatoribus.ff.quando ap.ſit.l.prima.§.dies.

Et nõ eſt neceſſe ſcribere & exprimere cauſſam appellandi,extra de ap.c.j.lib.vj.

¶Vel ab interlocutoria ſententia.Et tũc appellatur vel in iudicio & in continenti,vel extra, vſq; ad decendium in ſcriptis.d.c.j. extra lib.vj. Et cauſa appellandi hic exprimenda eſt.d.c.j. vide latius Spe. recitantem opiniones aliquorum.

¶Vel à ſententia excommunicationis.Et ſimiliter debet iuſta cauſſa appellãdi exprimi. Sunt tamen qui dicant,appellationem talem tenere,ſine iuſtæ cauſſæ expreſsione, ſicut in

k ap-

appellatione à sententia diffinitiua, & alleg. c. per tuas. extra de senten. excom. Vide Speculatorem.

Verum qualiter appellationes in diuersis articulis sint formandæ. & quid appellat, continere debeat. vide Spe. in tractatu libellorum ij. parte. iij. ti. de ap. §. de officio quoq;.

Conditiones obseruandæ in appellatione duplices.

Necessariæ.

1 Vt proponat in appellatione caussam grauaminis, vel illati, vel comminati, extra de appellatio. c. vt debitus. quæ probata debet legitima reputari. dicto. c. & sequen.

2 Quod sit caussa expressa & vera, extra eo. c. interposita. Vide.

3 Quod si proposita sit exceptio, faciat iudicem super ea interloqui, vtrum eam velit admittere vel non, alioqui non posset coram judice appellationis ostendere, se ex hac caussa grauatum esse.

4 Vt appellationem suam aduersario suo certificet, maxime cum non in continenti appellatur.

5 Quod fiat in scriptis.

6 Quod fiat intra. x. dies, vt. sup. dictum.

7 Quod petantur Apo. instanter intra. xxx dies. Et si eos habere non potest, protestetur vt. inf. dicemus.

Si appellans velit, debet venire instructus ad eum iudicem, ad quem appellat, vel instructum mittet ad totam caussam, aliter reputabitur non appellans, extra de ap. c. j. lib. vj. 8

Debet solicitè procurare, vt intra annũ terminetur: vt infra latius dicetur. 9

Quod nomẽ iudicis à quo appellatur, & nomen appellationis, & eius ad quem appellatur, & nomen aduersarij, id est contra quem appellatur, exprimatur. ff. de ap. l. j. in fi. Si nõ exprimatur, tamen non nocet. vt videtur velle. l. iij. ff. eo. Vide. 10

¶Non necessariæ.

Quod offerat se paratũ statim probare caussam, propter quam appellat, quod si denegetur, hoc commodi habet, quod veritatem caussæ appellationis non cogitur probare coram iudice appellationis, probata illa recusatione. Vide Spe. 1

Appellans sit cautus, & attẽdat an sibi expediat assignare terminum, ad prosequendam appellationem vel non. Quod potest facere, extra de eo. c. oblatæ. Et qualem, an longum, vel breuem. Vide hic latius Spe. 2

¶Intra quæ tempora fieri debeat appellationis prosecutio.

Regulariter tempus exercendæ & finiendæ appellationis est annus, & ex iusta caussa

 puta

puta impedimenti biennium, intra quod te[...]
pus vtraq; & altera pars potest prosequi c[...]
sam. Quo transacto, lite non completa [...]
ceq́; appellationis nihil pronunciante, [...]
tia prima transit in rem iudicatam, & m[...]
rata. Si ergo appellãs vult absente aduer[...]
pronunciari, ne sententia prima cõfirmet[...]
debet vltimo mense comparere, & aduer[...]
facere citari. C. de tempo. & repara. ap. au[...]
ei qui. extra de ap. c. constitutus. Potest ta[...]
iudex à quo appellatur, tempus breuius m[...]
derari. extra de ap. c. cum sit Romana. & c. [...]
pè. quæ vide. Veruntamen hæc regula cer[...]
habet fallentias, id est exceptiones.

¶ *Exceptiones à prædicta regula.*

1 CVM APPELLATOR iustè impeditus, [...]
potest persequi appellationem. Quia tunc
tiam post biẽnium prosequi potest, extra [...]
ap. c. ex ratiõe. Iustè autem impeditur, si ip[...]
vel procurator in itinere capiatur, & id ge[...]
alia, arg. C. qui pet. tu. vel cura. l. cum à mat[...]
bus. extra de pigno. ac peñ. Vel propter in[...]
mitatem, vel propter tempestatem, vel inop[...]
am. v. q. iij. c. si ægrotans. extra de dolo & c[...]
tu. c. cum dilecti.

PRAETEREA iusta caussa est, cũ lis in c[...]
sistorio imperatoris inferenda, & impera[...]
proceres conuocare non potest intra ho[...]
pus,

pús.ij.q.vj.c.anteriorum.ver ſi.ad hoc.Simile eſt de curia pontificis.Vide Spe.pleraſque alias deſcribentem.

Cvm appellans non poteſt habere iu dicis copiam,ad quem appellauit,quia vel nõ vult,vel non poteſt procedere in authen. vt ſponſa.largi.§.hoc quoq;. In hoc tamen caſu conſultè fecerit appellans,ſi proteſtetur hoc publicè,extra de appellati.capi.fina. 2

Si tempore proſequendæ appellatiõis partes cauſſam ad arbitros commiſerint.Nam tunc etiam poſt biennium cauſſa reduci poteſt ad iudices appellationis.C.de tempo.ap. l.j.in authen. ſi tamen, & authen. de ap. col. viij.& extra de ap.c.ſignificantibus. Et generaliter ſola negligentia imputatur,argu.ff. de excuſa.tut.l. ſcire oportet. Præmiſſa fere omnia probantur in authen. de his,qui ingredi.ad ap.in princ.§.j.ij. &. iij. Vide & latius Specula. 3

¶*Quoties ſit appellandum.*

Regulariter appellari poteſt ſup quolibet articulo,vel grauamine,& à qualibet interlocutoria ante ſentẽtiam. Verum à diffinitiua ſententia,tantum bis appellatur,nõ tertiò: extra de ap.c.directè.C.ne liceat in vna eademq́ue tertiò pro.l. vnica.extra de ap. c.ſua nobis. Quo fit vt cum multa ſint capitula in cauſ-

ſa, ante litis conteſtationem, multoties po[...]
appellari.

Nā ſuper quolibet poteſt bis appellari. S[...]
& poſt ſententiam diffinitiuam bis tantum
intellige ab eadem parte. Nam altera e[...]
poteſt ſuper eod. c. vel ſententia appellare.
Vide Specu.

Et nota, quod licet tertiò non appellauit[...]
in integrum reſtitutio petitur, & ſupplica[...]
contra res bis iudicatas. ff. de mino. l. min[...]
&. l. ſequen. extra de in integrum reſti. l. c[...]
literis. §. penul. extra de re iudica. c. cauſſa.

Præterea licet regulariter bis poſsit app[...]
ri. tamen quandoq; tantum ſemel appellat[...]
C. de Epiſco. audi. l. ſi quis litigantium. &[...]
de ap. l. iubemus. &. l. in offerendis. in auth[...]
de ap. & intra quæ tempo. §. illud. col. iiij.[...]
ij. q. vj. c. anteriorum. §. illud.

¶ *Quod ſit officium eius, à quo appellatur.*

Vt recipiat appellationem & reuerenter[...]
deferat, ſi ex cauſa legitima ſit interpoſita, [...]
ſi non fecerit, ſecūdum leges punitur in. x[...]
libris auri, & ſimiliter officialis eius. C. d[...]
pel. l. quoniam iudices, &. l. iudicibus. [...]
Secundum. cc. vero debet deponi. ij. q. vj[...]
decreto. Secundum Decretales autem mit[...]
tur ad ſedem apoſtolicam, pro meritis r[...]
ptur⁹, extra de ap. c. de priore. Et nō ne[...]
ap[...]

appellāti, si eius appellatio legitima nō admittatur, ex de ap.c.Sæpè. Si vero ap. talis quod iudex eam non debet recipere, non punitur non recipiens, imo debet appellātem temerè punire secundū.ll.in. 50.libris argen.C. quorum ap.non reci.l.ab executore.in fi.Et quādoq; etiam temere appellans, fit infamis.C. de ap.l.à proconsulibus. Secundum. cc.vero remittendus est ad eum, à quo appellauit, condemnatus in expensas, vt in.c.vt debitus.in fi. Porro quis iudicare debeat super appellatione, & caussa expressa an sit probabilis & iusta. Item quæ caussę iustę & rationabiles, quę mediæ siue dubiæ, vide apud Spec.

Recepta appellatiōe, debet dare appellanti 2 apostolos requisitos, & offerre etiam non petenti, de quibus inf.Et secundum locorū distātiā ac personarū & negotij qualitatē appellāti tempus indulgeat ad persequendam appellationem, extra de ap.c.primo.lib.vj.

Appellatione pendēte, siue recepta sit, siue 3 non, nouari nihil debet, nisi certum sit appellationem fore temerariam & iniustam, tunc em̄ potest exequi sententiam, vt si sit conuictus de crimine, vel si sit insignis latro &c. de quibus dictum est.sup.

¶ *Quod officium eius ad quem appellatur.*

Recipere appellationem oblatam & diligē 1

ter eius formam inſpicere, & videre an fuerit infra decem dies appellatum, vel an fuerit appellationi renũciatum tacitè vel expreſſe, extra de appel. c. Romana. §. ſi vero libro. vj.

2 Vbi ante ſententiam appellatum eſt, debet videre ex qua cauſſa ſit appellatum, népe an ſit talis, quæ probata ſit legitima, & an cauſa ſufficiens ſit propoſita.

3 Debet partes citare, & coram ſuo tribunali vocare, extra de ap. c. per tuas. niſi quando appellationi defertur à iudice, & terminus præfigitur ad proſequendam appellationem. Quandoquidem terminus præfixus habetur loco peremptoriæ citationis, extra de ap. c. ſæpè.

4 Vbi cognouerit cauſſam ſufficientem recipiat libellum, & fiat lit. conteſtatio.

5 Vbi cognouerit cauſam appellationis iniuſtam vel temerariam, pronunciabit appellationem iniuſtam, & condemnabit appellantem in expenſis, & ad eum à quo appellatur remittet, vt ille in cauſa procedat, extra de ap. c. vt debitus. in fi. &. c. cum in eccleſia. extra de offi. deleg. c. inſinuante. extra de eo, q mittitur in poſ. cau. rei ſer. c. cum veniſſet. in fi. ij. q. vj. c. anteriorum. in fi.

Verum ſi à definita ſententia appellatum ſit, non eſt quod iudex magnopere laboret inquirendo, an cauſſa appellationis fuerit...

ſta vel iniuſta. Quandoquidem à diffinitiua poterit appellari, ſine cauſſæ expreſsione ſufficitq́; dicere, appello ab iniqua ſententia.

Porro varias appellationum formulas vide apud Spe. ſcitu enim dignæ ſunt.

¶ Quis ſit effectus appellationis.

Effectus appellationis is eſt, vt ea pendente nihil innouetur, ſed omnia in eo ſtatu permaneant, in quo erant tempore appellationis emanatæ. ij.q. vj. c. poſt appellationem interpoſitam. ff. nihil inno. ap. pen. l. vnica. extra de ap. c. bonæ. C. eo. l. iij.

Excipiuntur tamẽ multi caſus, in quibus innouare licet. Et ſunt qui ſequuntur.

¶ Caſus in quibus innouare licet, pendente appellatione.

Cum reus ſuſpectus eſt de dilapidatione 1
fructuum rei actori adiudicatæ, hoc enim caſu fruct⁹ ſeparantᷣ. ij.q. vj.c. quoties. & extra de ſequeſt. poſ. & fruct. c. fi. C. quo. ap. non reci. l. ab executione. ff. de ap. l. Imperatore.

Cum hæres conuictus ſuper legato appel- 2
lat, non tamen defertur appellationi, imo cauere debet de reſtituendo. ff. vt lega. vt fideicom. no. caue. l. poſtquam. §. Imperator.

Si cõdemnatus de crimine appellat, nec po
teſt dare fideiuſſorem, quoniam erit in cuſto 3
dia, vſq; dum veniat ad eum ad quem appellauit. C. de ap. l. eos qui. §. ſuper his.

4 In illis casibus, in quibus appellatio non a-
mittitur, de quibus supra visum est.

5 Si excommunicatus appellet, ab excomu-
cationis sententia post appellationem pot-
excomunicatus denuntiari, extra de ap. c. pa-
storalis. §. verum quia.

6 Quando super notorio crimine accusa-
offert excusationis probationes, quibus n-
obstantibus & reiectis iudex procedit, &
hoc talis accusatus appellat nihilominus p-
appellationẽ, iudex contra taleẽ pronúciat.
cunt talem sententiam tenere, dũmodo c-
iudice appellationis de notorio fiat fides.

Sed secus est in alijs iudicijs, quę per om-
iudiciariũ ordinem requirunt. Vide Specu-
torem.

7 Iudex, à quo appellatum est, quãdoq; in-
ponit suam iurisdictionem, propter anim-
periculum in fauorẽ matrimonij, extra de m-
trimo. con. interdict. eccle. con. c. ij. Quidam
tamen hoc solum admittunt in ordinario.

8 Ordinarius potest post appellationem po-
sessionem turbatam reformare. extra de ap-
pellationibus. c. cum teneamur.

Vbi ordinarius ignorat appellatum fuisse a
superiorem, tenet sententia contra appe-
lantem per eum lata. extra de appel. c.
duobus.

Potest

Poteſt & appellantem notoriè delinquen- 10
tem punire: extra de ap.c.propoſuit.in fi.

Iudex à quo appellatur, poteſt tempus ap- 11
pellationis à lege pręſcriptum, de quo ſupra, moderari.c.cum ſit Romana.extra de appel. Vide.

Poteſt & appellantem cogere, propriam ap 12
pellationem proſequi, extra de ap.c. conſuluit.in fi.&.c.reprehenſibilis.§.j.

Si præfixus ſit à iudice terminus ad proſe- 13
quendam appellationem, & appellans intra illud non proſequatur, iudex poterit ſententiam exequi, uel in cauſſa procedere.d. c.cum ſit Romana.ver.infra quod.&.c.ad aures.co. vide hic latius Specu.

Licet iudex detulerit appellationi, tamen 14
intromittit ſe de iuriſdictione, abſoluendo ab excommunicatione & cautionem nomine ecclesiæ recipiendo.extra de ap.c.qua fronte.

¶*Qualiter impugnetur appellatio.*

Et ſi ex pręmiſsis ſatis ſuperq́; appareat, qualiter appellatio in iudicio exhibita debeat impugnari, tamen vt huius rei tyrunculis res clarior fiat, aliqua in genere hic adſcribere operæpretium fore arbitramur, quibus ſolent appellationes impugnari, cætera autem ex prædictis colligi poſſunt.

Contra appellationis inſtrumẽtum in iudi- 1
cio

cio exhibitum, opponi poteſt omne illud, quod ſup. docuim⁹ de inſtr. edit. Et vide Spe lib. ij. parte. ij. de inſtru. edit. §. poſtremo

2 Opponere poteris, ſi viſum fuerit, quod ap pellans non potuit appellare. Qui autem n poſſunt appellare, ſupra ſatis oſtenſum eſt.

3 Quod non ſit talis cauſſa, in qua poſsit ap pellari. In quibus autem cauſis non poſſ appellari, vide ſup.

4 Quod ſit appellatio fruſtratoria, vel quo appellatio in reſcripto fuerit remota, vt ſu

5 Quod à tali ſit appellatum, à quo non p teſt appellari. A quibus autem non poſsit a pellari, dictum eſt ſupra.

6 Quod ſit appellatum ad eum, ad quem n debuit appellari, vel quod ex reſcripti ap ſtolici forma is, qui aditus eſt, non poteſt appellatione cognoſcere.

7 Quod non ſit appellatum intra tempus competens.

8 Quod appellatio in forma nõ eſt legitima, & quæ ſeruanda ſunt, ſeruata in ea minime.

9 Quod appellans non fuerit ſententiam ſu proſecutus intra legitimum tempus.

10 Quod eſt vltra bis appellatum.

11 Quod appellãs mortuus ſit, & ideo in cau ſa ap. nõ poſſe ꝓcedi. C. ſi pend. ap. mors. l. i.

12 Quod nõ fuerit à iudice recepta, vel à p

approbata, nec recipi ac approbari debuerit.

Quod appellans suæ propriæ appellationi non detulerit, nec de ea mentionem fecit, vt extra de rescrip. c. ex parte. quod vide. 13

Quod non detulerit appellationi aduersarij, quare sua non valet, nec ei deferẽdum est, extra de elec. c. bonæ. circa prin. Vide. Et de appel. c. an sit. 14

Vide tamen Spe. dicta iura limitantem, scilicet quod non semper verum sit, quod si nõ detulerim appellationi tuæ contra me, ergo non tenear:s meæ deferre.

Quod appellans renunciarit appellationi, procedendo postea coram eo, à quo appellauit, vel fortè transegit, extra de offi. de leg. c. gratum. C. de tempo. ap. l. fi. §. fi. &. ff. à quib. app. non licet. l. j. §. si. quis. Vide latius Specu. 15

¶De Apostolorum petitione.

QVoniam post appellationem interpositam, de qua supra, iudex, à quo appellatum est, literas dare debet ad eum, qui de appellatiõe cognoscit: quas quidẽ literas dimissorias appellant. (ff. de libel. dimis. l. vnica.) & eos appellans, cum instantia petere debet.

Igitur nunc ex ordine rectè de Apostolorum petitione sequitur.

¶Or-

¶ Ordo tractandorum.

1 Quid sint Apostoli, & vnde dicantur.
2 Quot Apostolorum species.
3 Infra quod tẽpus peti debeãt ab appell[...]
4 Quid continere debeant.

¶ Quid Apostoli.

Apostoli sunt literæ testimoniales, à iud[...]ce, à quo, ad iudicem, ad quem, id est, qui co[...]gniturus est de caussa appellationis data. Quorum sensus erit: appellasse puta Titium à sententia illius, quę inter illos dicta est. Ideo à meo iudicio illum dimitto, & ad vestrum examen dirigo. ff. de libel. dimis. l. vnica. & [...] verb. sig. l. dimissoriæ.

Hinc & dimissorias etiam vocant. Dictę [...]missoriæ, quòd per eas caussa ad eum, qui [ap]pellatus est, dimittitur. d. l. dimissoriæ.

Apostoli verò, id est, nuncij, dicti ab ἀποστέλλειν, id est, mittere, quòd mittantur ad iudicem secundum, quo de caussa appellationis instrui posit. Qui si appellationi detulit, dimissorij dicuntur Apostoli. l. fi. C. de ap. [S]i non detulit, refutatorij.

Omnes autem obsequij aduersus superiorem testimonium pręstant. Vnde & si dubitet an defendẽdũ sit, tamẽ dari debent. c. j. de appel. Et ideo reuerentiales à quibusdam appellantur, vt ex subscriptis clarius patebit.

¶ Qua-

¶Quatuor Apostolorum species.

CONVENTIALES,& sunt,quos pars admittit,siue in iudicio iudice refutante,siue tacente, extra iudicium, capi. sæpe.ij. respon. & capi.oblatæ.de appellationibus.

TESTIMONIALES,quia testificantur de appellatione facta coram iudice.

DIMISSorij, per quos apparet, quod iudex appellationi detulit, & quod appellantem à sua iurisdictione exemit,& caussam,ad quem appellatum est,remittit.

REVERENTiales,vt quãdo propter superioris reuerentiam appellationi defertur, vt in. l.eos.para.super his.C.de appella.

REFVTAtorij, per quos apparet,quod iudex non defert appellationi,*scilicet* quando est appellatio friuola & frustratoria.Talibus enim non est à iudice deferendum, nec ius defert.c.cum appellationibus. De appellatio.lib.vj.

Verùm vt breuiter cognoscas, præter ea, quæ supra de appellatione dicta sunt, cui appellationi deferendum sit, & cui non, nota quæ sequuntur.

¶Quadruplex appellatio.

MANIFESTE frustratoria,vt quando appellatur in crimine notorio,& talis repellitur & à iure,& à iudice quocunque.

LATENTER frustratoria, vt cum in ap-
latione exprimitur rationabilis causa, sed
falsa est. Et talis repellitur à iure, sed admit-
tur à iudice quousq; constet de falso.

MANIFESTE probabilis, vt cum appel-
tur ex iusta caussa in iure expressa, & mani-
stè notoria vt lit. non contest. c. ij. & hæc ad-
mittitur & à iure & à iudice, nisi data cú clau-
sula sit, appellatione remota.

LATENTER probabilis, vt quando ex-
mitur iusta caussa, sed à iure non expressa,
illa etiam non admittitur & à iure & à iu-
dice.

Intra quod tempus peti debeant apostoli.

Petendi sunt apostoli intra triginta di-
appellante, à die latæ sententiæ. C. de ap.
dicibus. & in. c. ab eo. de ap. lib. vj.

Sufficit autem petere apostolos inst-
sæpius intra illos triginta dies, Vel etiam
sunt peti vno contextu sæpius & in-
c. quamuis. de ap. in clc.

Et si iudex non det, protestetur hoc
appellans, & non nocebit ei. C. de ap. l.
ra. apostolos. ff. de libel. dimiil. l. j. in ii.

Verum qui apostolos non petit, appel-
ni renunciare intelligitur. d. clc. quamuis.
si in termino, quem ei iudex eorum acci-
dorum causa statuerit, non comparuer-

Statu-

Succurri tamẽ in his caſibus ruſticitati quidam exiſtimauerunt. Nec enim omnes hanc iuris obſeruationem nouerunt. Sed tamen id incertum eſt.

Cõtinere autẽ debet, quis appellet, à quo, ad quem, ſuper quo, & ex qua cauſa. Formulas vide apud Spe.

¶De in integrum reſtitutione.

QVoniam ſicut appellationis remedio ſuccuritur iudicum ſentẽtijs grauato, ita & reſtitutionis in integrum beneficio.

Ideo poſt appellationem tractatam, & de in integrum reſtitutione, quantum hic ſatis, tractandum videtur, idq́ue hoc ordine.

¶Ordo dicendorum.

Quid ſit in integrum reſtitutio. 1
Quis poſsit eam petere, & quando. 2
Qualiter in integrum reſtitutio petatur. 3
Intra quod tempus reſtitutio danda ſit. 4
Quis poſsit in integrum reſtituere. 5
Quis ſit eius effectus. 6

¶Quid ſit in integrum reſtitutio.

Eſt autem in integrũ reſtitutio prioris ſtatus, vel iuris, vel audientiæ redintegratio, ex. de in integ. reſtituti. c. ex literis. C. de ſenten. paſs. l. j.

Quis possit in integrum restitui petere & quando.

1 Minor restituitur super omnibus, quę in minori ætate gessit, si enormiter lapsus sit, vel sui facilitate, vel aduersarij calliditate. ff. de mino. l. quod si minor. §. non semper. & l. non omnia. & l. ait prætor. §. si. extra eo. c. constitutus.

2 Si omisit instrumentum, vel allegationem, vel exceptionem, vel probationem sibi necessariam. vide Spec. & c. auditis. extra eod. & c. suscitata. & c. corã. & ff. de mino. l. minor autem. §. autem princeps.

3 Si omisit aliquam, exceptionem quam non proposuit intra terminum sibi statutum. extra de exceptio. ca. pastoralis.

4 Si detulit vel remisit iuramentum. ff. de iu. iur. l. nam postea. §. si minor.

5 Restituitur in positionibus. C. si aduers. facti. l. j. & secunda.

6 Restituitur contra sententiam in eum latã, tutore seu curatore interueniẽte. C. si tutor vel cur. inter. l. ij. & C. si aduer. rem iudi. l. j.

Simile est in ecclesia pręlato interueniente. xvj. q. v. c. si Episcopum.

7 Contra acceptilationem à se factã, & contra electionem, cum potuit melius eligere, & per licitationem rem suam melius vendere & lucrari. ff. de minori. l. ait prętor. §. si.

Si ie

Si ſe negotijs immiſcuit alicuius.ff. eodem. 8
l.quod ſi minor.

Subuenitur & fideiuſſoribus eius. Vide Spe. 9

Subuenitur propter præuaricationem ad- 10
uocati.C.de aduo.diuer.iud.l.j.

Si vſus eſt iure communi.C.de in inte.reſti. 11
mino.l.fina.

Si iurauit ſe non petiturum in integ. reſtit 12
& eſt.pubes,quamuis ſit deceptus.C.ſi aduer
ſus vendi.l. ſacramenta.

Propter ꝓpria delicta.C.ſi aduer.delict.l.j. 13

Non ſubuenitur minori ex contractu pater 14
no,etiam ſi mortuo patre tempus ſolutionis
incidat in tempus minoris.ff.eo. l. Aemilius.

Qui veniam impetrauit,non reſtituitur ſup 15
his,quæ poſtea facit.C. de his qui veniam æta
tis impetrauer.l.prima.

Non datur reſtitutio filijs contra patrē,pro 16
pter reuerētiam.Idem in libertis.C.qui & ad-
uerſ.quos in integ.reſti.non poſt.l.ij.in fi.

Super eodem non datur bis reſtitutio, niſi 17
noua defenſio pretendatur.C.ſi ſæpè in inte.
reſti.poſtu.l.finali.

Si ſemel denegata,nec ſit appellatum, non 18
datur niſi ad appellandum. C.ſi ſæpè in inte.
reſti.poſtul.l.j.Vide Spec.

Denegatur reſtitutio propter menda- 19
cium, ſi cum contraheret, maiorem ſe dixit.

C. si minor se maiorem dixe. l. j. ij. & iij.

20 Fauore libertatis non restituitur minor aduersus seruum manumissum, licet dolo manumissi, sed manumissus propter dolum tenetur. C. si aduer. liber. l. ij.

Sed in omnibus supradictis vide diligenter Spec.

PRIVILEGIATVS contra priuilegiatum restituitur. Quare si procurator fisci rem minoris distraxit minori pretio quàm valet, minor restituitur. C. si aduer. fis. l. j. Et sic priuilegiato seruit priuilegium contra aliud priuilegium. ff. eo. l. verum. §. fina. Vide Spe.

ECCLESIA etiam iure minoris semper illa seruatur, extrauag. eo. c. j. Ideoq; ipsa sicut minor restituitur in omnibus contractibus & negotijs, iudicijs, & sententijs, in quibus enormiter læditur, extra eo. c. j. & c. auditis. & c. cum ex literis. & c. coram.

RESPVBLICA & ipsa iure minorum vtitur, & instar eorum debet restitui. C. lib. xi. de curato. reipu. l. rempublicam. Vide hic fusius Specu.

PRAELATVS nomine ecclesiæ, sicut & defensor ciuitatis nomine vniuersitatis, potest sine speciali mandato restitutionem petere, argu. ff. de offic. eius qui vicem alte. iud. obt. l. j. Isti enim funguntur vice tutorum vel cura.

argu.

arg.C.de Epiſ.& cle.l.orphanotrophos.

MAIOR.xxv.an.ſi lęſus eſt iudicio, vel extra dolo, metu aduerſarij ſui reſtituetur per actionem vel quod metus cauſsa, iudicis officio.C.de dolo malo. &. C.quod metus cau. per totum.

Simile, ſi lædatur cũ ex cauſſa neceſsaria eſt abſens vel probabili, puta cauſsa reipublicæ, vel ſtudij, vel peregrinationis, legationis ſuæ ciuitatis, vel proſequendæ ſuæ appellationis, vel teſtimonij ferendi, vel in vinculis detinetur, vel venire non poteſt, reſtituitur enim in eo, in quo læſus eſt in abſentia.ff. ex quib. cauſ.maio.l.ſuccurritur.&.l.in eadem cauſſa. ff.de iud.l.ij.§.legatis.

¶Verum circa ſententiam contra maiorem abſentem latam.diſtingue vt .ſup.

Si ex PROBABILI & neceſſaria cauſſa abeſt, & quidem ſi fuit legitimè defenſus, reſtituitur ad appellandũ tantum. Si verò nõ fuerit legitimè defenſus vel nullo modo, reſtituitur ad totam cauſsam ex integro agendam.ff. de in integ.reſt.l.fi.& ex quib. cau.maio. l.j. &.l.ab hoſtibus.

Si ex PROBABILI tantum, & ſi fuerit legitimè defenſus, in nullo reſtituitur, ſi minus legitimè vel nullo modo, poteſt appellare ſine communi iure.ff.ex quibus cauſ.ma.l.nec.

non. C. quomodo & quando iud. l. ab eo. & quando ap. fit. l. j. §. j.

Si ex NECESSARIA tantum, & idem observatur, quod est in probabili tantum. ex quib. cau. l. sed & si. §. fi. &. ff. de mino. l. Papinianus.

Et intellige hos duos casus, quãdo non potuit procuratorem relinquere, vel si quem reliquit, mortuus est.

Si autem potuit procuratorem relinquere & non fecit, secus est vt in. d. l. Papinianus.

Si ex VOLVNTARIA tantum, in nullis restituitur. ff. de re iud. l. de vnoquoque.

Si ex CONTVMACIA absit, si quidem ficte, auditur appellãs, si verè, minimè auditur vt. sup. dictum est de contumacia.

¶ Restitutionum alia est ex.

Misericordia sola, quam ratione peractę pœnitentię misericorditer petit suspensus vel damnatus ab eo, qui suspẽdit vel damnauit, vel eius superiore. quinquagesima dist. c. cõturbaces. &. c. ponderet. extrauagan. de iu. c. at si clerici. §. de adulterijs.

Alia ex.

Debita iustitia, qua dantur illa, quę minori xxv. an. vel etiam maiori ex iusta vel probabili caussa absenti, vel ecclesię, vel reipu. cõceduntur aduersus contractus vel quasi, & aduersus

uersus sententias vel iudiciorum processus, & aduersus delictũ vel quasi, in quo soli minori quandoq; subuenitur.

¶ Quando restitutio petenda.

In omnibus supradictis tum demum danda est restitutio, cum probata est læsio, extra eodem. c. cum venisset. §. nos igitur. vel noua defensio, vt extra eodem. c. fi. Vide Spec.

Præterea sciendum quod quãdo restitutio in integrũ petitur incidenter, non est libellus necessari⁹, si vero principaliter petat̃, opus est libello, & litis contest. & sententia, extra de offi. iudic. c. secundo. Vide Specul.

¶ Qualiter in integrum restitutio petatur.

Regulare est, quod læsus ipse vel ꝓcurator, habens ad hoc speciale mandatum petere potest restitutionem. Non enim sufficit speciale mandatum in procuratore.

Et petere debet apud suum iudicem, præsente eo, contra quem petitur, vel per contumaciam absente. ff. de mino. l. in causæ. §. caussa. & l. etiam. §. fi. extra de in integ. rest. c. cum ex literis. in fi.

Et cum petitur, danda est dilatio, modo petatur. C. de dilatio. l. fina. extra de dilatio. per totum. Vide dicta apud Spc.

¶ Intra quod tempus restitutio petenda sit.

MINOR. XXV. an. potest petere restitutio

nem toto tempore minoris ætatis,& etiã post annos.xxv.intra annum vtilem secundum antiqua iura.Sed vsq; ad quadriennium à primo die.xxvj.anni continuè numerando vsq; ad finem.xxix.an.C. de tempo.in integ. resti.l.fi. Vide Spec.

ECCLESIA secundum aliquos sine temporis præfinitione petere potest. Sed si hoc verum esset,tolleretur præscriptio contra ecclesiam,vt nulla curreret,vide hic Spec.

MAIOR.xxv.an.vel est læsus in sua præsentia,& est iusta de caussa restituendus.Computabitur quadriennium à die læsionis.

Vel est læsus in sua absentia, & computabitur ei tempus à die reuersionis. Vide Spec.

¶Quis possit in integrum restituere.

Regulariter omnis iudex, tam ordinarius quàm delegatu ,siue sit delegatus à principe siue ab alio ordinario administrationem habente,siue petatur principaliter, siue incidenter,restituere potest.

Delegatus vero ab eo,qui non habet propriam iurisdictionem,non potest neq; cognoscere neq; restituere,nec etiam arbiter compromissarius,nisi incidenter esse. Vide Spec.

¶De effectu restitutionis in integrum.

Postulata,& obtenta in integrum restitutione,omnia sunt in eo statu,in quo erant prius

quam

quam postularetur, seu cum postulari cœpit. Nec enim res, super qua postulatur, alienari debet, nec sententia executioni mandari, nec aliquid fieri in præiudicium postulantis, donec restitutio fuerit expedita. C. in integrũ resti. postu. ne quid no fi. l. vnica. Vide Spec.

¶De supplicatione.

QVoniam prẹter appellationem & in integrum restitutio. de quibus iam dictũ est, & aliud est remedium, quo sentẽtia etiam valida subleuatur & annullatur: nempe supplicationis beneficium. Ideo de eo nũc recto ordine tractandum videtur.

¶Ordo dicendorum.

Quid sit supplicatio. 1
A quibus supplicari possit. 2
Quando & ex quibus caussis. 3
Quæ sit differentia inter supplicationem & appellationem. 4
Quis effectus supplicationis. 5

Quid supplicatio.

Supplicatio est benignitatis quẹdam ipsius superioris imploratio.

¶A quibus supplicari possit.

Explorati iuris est, ab imperatoris, vel summi pontificis vel præfecti prætoris sententia posse supplicari. C. de senten. præfect. prẹto.

l.vnica.ff.de mino.l.prefecti.extra de in inte. resti.c.ex literis.&.c.sequen. & de re iudic.c. cũ caussa.à quibus appellare non licet,vt.sup. ostendimus.

Nec mirum,quod ab illis supplicatur,à quibus appellari non potest,quia supplicatio nihil aliud est, quàm veniæ proprij erroris petitio,vel ipsius superioris benignitatis imploratio.vt supra dictum, vel allegatio aduersarij circumuentionis.d.l.præfecti. ff.de mino. vide Spec.

Et solus princeps vel eius delegatus,vel præfectus debet caussam supplicationis examinare & diffinire.

Quando supplicari liceat.

Regulariter intra decem dies à sententię promulgatæ tempore,à prefecto pretorio supplicatur.Quod si factum non fuerit,potest intra biennium ipsi principi supplicari. Quod biennium computatur,ex quo imperator successit in cognitione præfecti,C. de senten. præfe,præto.l.vnica.

Sed quod dictum est,à senten.prefecti pretorij supplicari posse,verum est,cum in caussa principali pronunciauit,secus in caussa appellationis.C.de prec.imp.offe.l.si qs.

¶*Ex quibus caussis.*

Malae ordinationis, vtpote, si quis malè &

& iniquè & contra ius ordinatus est vt.j.q.vj. c.præsentiū.in authen qūo opor.Epi.§.col.j.

VENIAE & remiſsionis criminis pœnę, quę pro crimine infligendæ. C.de precib.impera. offe.l.reſcripta.

DILATORIAE exceptionis impetrandæ non autem peremptorię. C.de precib.imper. offe.l.quoties.extra de dolo & contu.c.j.

A SENTENTIA ſemel tātum ſupplicatur. Et ſi ſemel denegetur, poſtea non cōceditur. C.de precibus impe.offe. l.ſi quis.in authen. vt nul.iud..§.Et hoc vero iubemus.

PRAESIDIS officio durante, ſubditi eius ſupplicare poſsūt imperatori, vt rapinam vel aliud crimen puniat. In authent. vt iudi. ſine quoq; ſuffra.§.ſi quis autem.

Et generaliter hęc ſupplicatio continere debet, quod petenti proſit, & alijs non obſit. d. l.reſcripta.C.de precibus imperato.offe.

¶ *Quæ ſit differentia inter ſupplicationē & appellationem.*

Quod appellatur intra decem dies, ſupplicatur vſque ad biennium.

Quod ſeruus poteſt pro domino ſupplicare, non autem appellare. ff.de appellati. l. ſerui. C.de precibus imper.offe.l.prima.

Omnes liberi poſſunt ſupplicare & pro ſe & pro alijs, ſerui vero non niſi pro ſe & domino.d.l.j.

Penden

Pendente appellatione nihil eſt innouandum, vt ſupra dictum eſt. Sed ſupplicatione pendente mandatur executioni ſententia, ſi tamen victor ſatis dederit de reſtituẽdo omnia ſi ſententia fuerit iuſtè reſoluta. C. de precib. Imperato. offe. authen. quæ ſupplicatio.

Ante ſententiam non licet ſimpliciter ſupplicare. C, vt lit. penden. l. ij. Sed appellare licet, quandocunque grauamen offertur, extra de appel. c. vt debitus.

Supplicatio protenditur ad noua & vetera, appellatio autem ſolum ad ea, ſuper quibus interponitur. ff. de mino. l. præfecti. extra de in integr. reſtitu. c. ſuſcitata. &. c. ex literis.

Semel tantum ſupplicatur, ſed bis poteſt appellari, vt ſupra dictum eſt.

In appellatione nulla cautio præſtatur, ſed in ſupplicatione quandoque, vt ſupra.

Solus princeps vel præfectus prætorio, vt ſupra, concedere poteſt ſupplicationem. Sed appellationem quicunque Iudex.

¶ Quis ſit effectus ſupplicationis.

Effectus ſupplicationis is eſt, quod ſi princeps reſcribat ad ſupplicationem, obtinet vicem litis conteſtationis, quantum ad hoc, vt perpetuetur ad xxx. annos. & ſecundũ quosdam ad xl. C. de anna. excep. leg. j. & transfertur ad hæredes. C. quando libel. prin. da. lit. conteſt.

test.fa.l. j.ff.de actio. & oblig.l. constitutionibus.

¶De expensis.

QVoniam in sententijs solet fieri condemnatio expensarũ:igitur de his hoc ordine dicemus, nempe primò de expensis extra iudiciũ,& deinde de expẽsis in iudicio.

Necessariæ sunt, quę si factæ non essent, res esset omnino peritura,& deterior futura.

Vtiles,& rem faciunt meliorem,& deteriorem esse non sinunt.

Voluntariæ,quæ rem exornant, vt sunt pictura,incrustationes,siue emblemata, vel vermiculata,siue mustata, vel segmentata, tessellata.

De his omnibns vide extra de decimis. c. pastoralis.&.ff.de verb.sig.l. impensæ, quam vide,&.ff.de impens.l.in rebus.dot. fact. l. j. ij.&.iij.&.l.veluti.&.l.voluntariæ.&.l.vtiliũ. &.l.pro voluntarijs.&.l.impensæ.

Volunt autem quidam dare differentiam inter expensas & impensas.Illas enim dicunt sumptus voluntarios & non necessarios, dictas quasi extra pensa & debitũ.Has autẽ vtiles & necessarios sumptus ab impẽdo dictas.

Sed hæc differentia sæpe confunditur, vt in.l.Iulianus.ff.de mino.in fi.vbi expensæ ꝓ impẽsis & cõtra.ff.de verb.sig.l.impẽsę.vide.

¶Expen

Expensarum aliæ sunt circa fructus.

Percipiendos, vt quæ fiunt in arando & seminando.

Colligendos, vt quæ fiunt in metendo & triturando.

Conseruandos, vt quæ fiunt in horreis parandis. ff. de impen. in reb. do. fact. l. iij. Expensæ igitur, quæ fiunt ratione fructuum, quocunq; trium prædictorum modorum deducuntur, à quolibet possessore, siue possideat bona fide, siue mala. extra de eo, qui mit. in pos. cau. rei seruan. c. pe. in fi. ff. de peti. hær. l. si à dño vel patre. § fi. Vide &. l. planè. in C. de fruct. & lit. expen. l. j. Nec vllus casus interuenire potest (vt dicit Spec.) qui hoc genus deductionis impedire posit. ff. fami. Hercis. l. fundus qui. Respon. j. in fine. & ff. solu. matri. l. fructus. Quia nõ censetur fructus, nisi quod superest deductis expensis. d. l. fructus. C. de fruct. &. lit. expens. ff. mandati. l. Idemq;. §. idem Labeo. Insuper etiã si excedat fructus, adhuc dicit Spe. in bonæ fidei possessione horũ rationẽ habendã, secus in malæ fidei pos. ff. de peti. hære. l. quòd si sumptus.

Aliæ circa rem principalem.

Et fiunt vel de nouo faciendo. Et iterũ distingue, quia de nouo ędificans, aut est possessor bonæ fidei, & durauit semper bona fide.

Quo

Quo casu si possedit rem, consulitur ei de sumptibus, per doli exceptionem, vtendo retentione, non auxilio actionis. ff. de doli excepti. l. Paulus. Quod verũ est, vbi fructus percepti æquantur expensis in re factis, quo casu fructus computantur cum sumptibus. ff. de rei vendi. l. sumptus. & extra de reb. eccl. non alie. c. ad nostram. in fi.

Aut malæ fidei. & semper durauit mala fides, quo casu de nouo ędificando in area aliena, non subuenitur super sumptibus, nec iure actionis, nec officio iudicis, nec ope exceptionis: quia ædificando donare videtur. Instit. de re. diui. §. cùm in suo solo. Et ibi vide bonã glo. in verbo ędificauerat.

Vel de reficiendo. Et rursum distingue, nam reficiens aut est possessor bonę quidem fidei. Sed non durauit bona fides: & eligitur via media, vt pro sumptibus factis, dum erat bonæ fidei, habeat retentionem. Ex quo verò malæ fidei factus est, cõceditur abrasio absq; lęsione prioris status. C. de rei vendicatione. lege domum.

Aut bonę fidei, & tunc impensas necessarias & vtiles sibi reseruat, pro doli exceptione vtendo retentione. Voluntarias verò non potest abradere seu tollere & exportare sine lęsione prioris status. ff. de rei vendi. l. sin

autem.

autem.§.in re.C.eo.l.si quis.&.l.si in area.l.
sti.de rerum di.§.certe.& ibi vide glo.Ver...
si dominus rei refundere ęstimationem ve...
non haberet abrasio locum.ff.de rei vendica-
tione.l.in fundo.&.l.nisi.ff.de pignoratitia
ctione.l.scimus.ff. de expen. in rebus dota-
bus fact.l.si pro voluntarijs. & leg. seque...
Aut malę fidei.Et si quidem fecit vtiles ...
mittitur abradere sine læsione prioris ...
nisi dominus abradendarum æstimati...
refundere velit,vt.sup.Et si necessarias, ...
seruantur officio iudicis per retétionem.
luntarias vero nullo modo consequi po...
& pro eis nullum habet auxilium in pra...
l.domum.C.de rei vendicatione. Et hæc
ra sunt in rei vendicatione. In petitione ...
hæredi.si est bonæ fidei possessor, seruat...
impensas,siue sint necessariæ siue vtiles, ...
voluntariæ.ff. de peti.hæred.l.planè.&...
etsi lege.§.consuluit. Quia nõ tenetur ...
eo,in quo factus est locupletior. d.§.con...
uit.Si vero malæ fidei possessor, vtiles & ne-
cessarias seruat,re existente seu meliore ...
in qua factæ sunt,& hoc iudicis officio. V...
tarias quoq; per abrasionem. d.§.planè.Et ...
bent prædicta locum in expensis,proprio
nomine factis.Si vero alieno, locum hab...
ctio nego.gest.Vide Spe.

¶Nota...

¶Notatio.

Nota, quòd expensæ, quæ fiunt extra iudicium, de quibus hactenus, peti debent nominatim in libello, secundum iam declarata, nisi is, qui eas fecit beneficio retentionis sibi valeat prouidere. ff. commo. l. in rebus. §. possunt. ff. de pigno. act. l. si necessarias. Vide latius Speculatorem.

¶De expensis iudiciarijs.

SEquitur nunc de expensis in iudicio, in quibus explicandis hunc ordinem seruabimus.

¶Ordo dicendorum.

De expensis, quæ fiunt ante lit. contest. 1
De expensis, quæ fiunt post lit. contest. 2
De expensis, quæ fiunt in cau. appella. 3
Qualiter & quando sit expensarum condemnatio facienda. 4

¶De expensis, quæ fiunt ante lit. contest. duplex opinio.

¶Prior, quod peti possint iudicis officio. Nam expensæ sunt sequela principalis actionis. Quare sicut iudex ex officio suo pronunciat in consequentijs ipsius caussæ, eodẽ modo & in expensis, arg. ff. de re iud. l. Paulus. extra de offi. deleg. c. prudẽtiam. in fin. Nã sicut officium iudicis deseruit ante lit. contest. in citationibus & interrogationibus: ita & in ex-

penſis, extra de offi.iud. c.ij. Præterea iudex citatũ ante lit.conte.ſi nõ comparuerit,pun re debet officio ſuo.ff,ſi quis in ius vo.non.l. ij.§.j.pari quoq; ratione puniet in expenſis. nam non prius pandi ei debet iudiciorum a ditus,quàm expenſæ fuerint reſarcitæ.C.de iudi.l.ſancimus.quæ tamẽ loquitur indiſtin ctè ante & poſt lit. conteſt. Verum Specula tor certis rationibus motus dicit, quod ſi ob contumaciam euidentẽ poſsint ante lit. conteſt. expenſæ peti.& alias non & proba tur.c.cæterum.extra de reſcrip. &. c.audi &.c.conſtitutis.extra de procu.vide.In q. condemnatur abſens ante lit.conteſt.in ex ſis.& de dolo & contu.c.cum dilect.in fi.

¶Altera indiſtinctè, quod iure actionis tẽdę ſint in libello nominatim.ar.de iu.l. poteſt videri.ſed vide latius Speculato.H tantum interim certum eſt,quod expẽſæ fiunt propter contumaciam partis ante lit. conteſt.vel poſt vſque ad ſentẽtiam indiſtin ctè præſtantur,qualemcunq; cauſſam habu rit is,cui præſtantur.extra de dolo & con c.cum dilecti.&.c.ſeq.Vide Spec. & iura p eum allegata.

¶Caſus in quibus ante litis conteſtationem fit condemnatio in expenſis.

Si

Si quis aduersarium malitiose laborare co 1
git,per literas dolo vel fraude contra alium
impetratas:extra de rescriptis.capitulo cæte-
rum,& capitulo quia nonnulli.

Cum paßus mißionem vult rem recupera- 2
re & in caussa procedere. Debet enim prius
satisdare de expensis:extra vt lite non conte-
stata.cap.quoniam.paragra.in alijs, & de se-
quest,c,j.

Opponens crimen & non probans,ca.acce 3
dens.extra de accus.

Is qui forma electionis,vel postulatiõis,vel
prouisionis aliquid opponit, & non probat, 4
extra.de electione.c.Statuimus.§.adijcimus.
li.vj.Sed hoc etiam post lit.contest.

Si appellans appellationem non sufficiẽter
prosequatur appellato prosequente,extra de 5
rescri. c.ex parte.de renun.c.veniẽs. de ap.c.
reprehensibilis.& tenetur tunc ad expensas à
tempore appellationis factas.Vide Spe.

Si is qui iniustè appellauit,remittitur cõde 6
mnatus in expensis ad priorem iudicem, ex-
tra de ap.ca.vt debitus.in fine.& de eo q mit.
in posses.cau.rei ser.c.cum venissent.

Is qui appellat cõtra formã illius cõstitutio
nis.c.cordi.de ap.lib.vj.vel facit in aliquo cõ 7
tra eam,remittitur ad primum iudicẽ in expẽ
sis condemnandus.d.c.cordi.§.quod si,Spe.

8 Si appellans petat remitti ad eum,à quo ap pellauit,quod poteſt.extra de ap. c. interpo ſita. §.ille.

9 In certis caſibus poſitis, extra de reſcrip.c. fi. in quibus iniquè impetrans punitur.Vide Speculatorem.

10 Condemnatur in expenſis citatus contu citer abſens,& ſi non ſit miſsio in poſſeſ. ta,extra de maio.& ob.c.fi.& de pcu.c.q relam.C.de iudi.l.ſancimus. de dolo & tu.c.cum dilecti.

11 Reuocans mandatum procuratoris in c temptum iudicis,& partis præiudiciũ, de procurato.c.auditis.

12 Reus exceptionem gratia differendę fundata intentione actoris, opponens p tur in expenſis factis à tẽpore propoſit ceptionis, ſi deficiat in probando, extr dol.& contu.c.finem.

13 Reus recedens à iudicio. dimiſſo procu tore,ſolummodo ad agendum contuma & punitur in expenſis,ex.de procura. ſtitutis.Vide.

14 Reus conuentus aſſerens ſe ſpoliatum id intra.xv.dies probet,ext.de reſt.ſpo.c. quens. lib. vj.

15 Opponens exceptionem excómuni nis,in quacunque parte litis,& eam in

cium ſeptem dierum non probans, punitur, ex.de exceptio. c.li.vj.

Iudex excommunicans contra formam illius conſtitutionis Medicinalis, extra.de ſenten.excõmuni.lib.vj.punitur in expenſis. Vt ibi in paragra.Superior.vide. 16

Iudex iniuſtè excõmunicans, tenetur excõmunicato ad intereſſe. c. Sacro approbante. de ſen. excommuni. 17

Reum trahens coram diuerſis iudicibus, ſuper pluribus actionibus perſonalib. punitur. c.fi.ex. de reſti. 18

Actor non veniens ad terminum, ad quem fecit citari reum, punitur in expenſis, ex. de dol. & contu. c.actor. lib.vj. quod vide, eſt enim notabile. 19

Quicunque alium in iudicium temerè vocat, punitur in expẽſis. ff.de iud.l. eum quem temerè. 20

Qui cœpto negocio, vel quaſi reſcriptum impetrat. per quod primum non reuocatur. ext.de dol.& con. c.ex literis. 21

Plus petens re vel cauſſa extr. de plus petit. c.vnico. 22

Qui litem intra duos menſes nõ conteſtat̃, ſecundum Spec. Sed iuribus non probat. 23

Vbicunque proceſſus iudicis malitioſe impeditur. C.de iudicijs. Sancimus. 24

25 Pars procurans iudicis absentiam, ex. de ec fi. deleg. c. pastoralis. §. fi.

26 Vbicunq; literæ per exceptionem legitim reprobantur, ex. de rescri. c. cæterum.

27 Appellans, quòd quarta testium prod denegetur, & non probans, ext. de test. gnificauerunt.

28 Quamcunq; exceptionem dilatoriam ponens, & non probans, ex. de exceptio ceptionem.

29 Quicunq; alium malitiose fatigans, ex. rescri. c. dispendia. §. qui vero, lib. vj.

30 Emendans libellum malè conceptum tur parti in expensis, arg. l. vbi. §. is aute eden. &. l. eum quē. ff. de iud. Vide Spe. li. parte. j. De libel. concep. §. nūc ostendar

His igitur & similib⁹ casibus in iure ex sis, condemnatur quis ante lit. contest. post, ante tamen sententiam in expensis. de latius Spe. li. ij. parte. iiij. ti. de expēsis fiunt ante lit. contest.

¶ *De expensis quæ fiunt post lit. contest.*

Expensæ ortæ post litis contest. iudicis cio petuntur.

Et est ratio, quia post lit. contest. acci plerunq; & maximè spectant ad iudicis cium. ff. de edil. edict. leg. ædiles. §. Item dum. vers. Iudici enim.

Vide

Vide hic latius Spe. qui & hic dicit se au de re consulere, quod quando aliquis petit sententiam, vt de expēsis protestetur & eas petat.

Verum in fine litis vict⁹ victori regulariter in expensis cōdemnari debet. C. de iud. l. properandum. §. si n autem. Inst. de pœ. teme. liti. in prin. ex. de pœ. c. calumniam. C. de Episcopis & cle. Authen. Generaliter. & in Auth. de iud. & vt nullatenus. §. oportet. col. vj.

Quod autem dictum est, regulariter victum per sententiā definitiuā deberi victori in expensis cōdemnari, verum est, nisi in casibus, qui sequuntur & alijs: quos vide apud Spe.

¶Casus, in quibus victor victori non condemnatur.

Si sententia pro absente ferat̃. C. de iu. le. ꝓ perandum. §. si quid. ver. Sin autem ex gestis. 1

Si iusta caussa victũ excuset, puta quod habuerit probabilem caussam litigandi. arg. ex. de eo qui mit. in poss. cau. rei. ser. c. cum venissent. In Auth. De iud. §. oportet. col. vj. 2

Si reus habuit legitimam causam absentię. d. l. Properandum. §. Sin autem alterutra. in fi. Vide Spe. 3

¶De expensis in caussis appellationis factis.

Appellans in causa appellationis succumbens sine distinctione, iustā ne habuerit an iniustā appellandi caussam, siue appellatiōe ante sententiā, siue post, semper condēnabit

 in

in expensis factis in caussa appellationis. 2. questi. vj. c. omnino extra. de appel. c. vt debitus. circa fi. & ca. reprehensibilis, & ca. reprehensibilis, & c. sepe. C. de appel. leg. cos. §. n. temerè.

Intellige tamen veram regulam illam: Victus victori & c. non semper in caussa appellationis. Quandoquidem si Iudex videat victum errore probabili ductum, non debet facile condemnare, sed illum errorem in sentētia declarare. C. de iud. Auth. Post iurandū. Nam & in caussa appellationis de calumnia iuretur. ext. de test. ca. Rainaldus & Rainutius, non est presumptio, quod calumnietur contra salutem propriam.

Preterea non solum victus in caussa appellationis, debet condemnari in expensis, verum etiam appellans, qui nunquā comparuit coram iudice appellationis, debet condemnari in sumptibus, ext. de appel. c. Sepe vers. vnde licet ext. de rescr. c. ex parte, in fi. etiamsi appellatus non comparuit. Sed alias ad expensas appel. tenetur appellans non comparens actione de dol. si dolose appellauit, vel actione in factum, si temerè appellauit. Vide latius Speculatorem.

Quando & qualiter expensarum condemnatio sit facienda.

Expe-

Expensarum condemnationem præcedere debet iudicialis taxatio, & postea iuramenti interpositio à parte victrice. Vt si victor dicat ad inquisitionem iudicis se expendisse. xxx. &.c. videtur verisimiliter solum. xv. expendisse. Taxabit ergo. xv. Illo vero reclamãte plus se expendisse, iubeat iudex interponi iuramẽtum, & iuxta sacramentũ partis victricis tunc taxabit. ff. de in litem iuran. l. in actio. quam vide, &. C. de iud. authen. post iusiurandum in authen. de iudi. §. oportet. col. vj. extra de procu. c. coustitutis.

Quod autem iudicis taxatio præcedere debeat, prob. extra de restitu. spo. c. j. sed si lib. vj. & c. j. extra de ex. lib. vj. in quibus dicitur taxatione prohibita. Et generaliter expensæ, quę fiunt in iudicio, & quę iudicis officio veniunt. Item quæ veniunt extra iudicium, & veniunt iure actionis taxarum, debẽt iudicis officio. l. sancimus. C. de iud.

Verum inspecta negotij qualitate & personarum conditione, iudex sumptus taxabit. extra quod me cau. c. fi. Vide Spec.

Et propter iura præallegata pleriq; taxant expensas, & super eis iusiurandum recipiunt, antequam sententiam in caussa principali proferant.

Alij vero sententiam, super principali prius

proferunt,& in fine ſententię dicunt.Et eum in expenſis legitimis condemnamus, earum taxatione nobis in poſterum reſeruata, & poſtea taxant,quam conſuetudinem credo frequentiorem.

Præterea debent eſſe expenſæ iudiciales,vtiles & moderatæ,extra de dolo & contu.c.finem.&.c.cum dilecti.in fi.Et debent intelligi eſſe expenſę,quę propter cauſſam ſunt factę. Sed hæc Spec.fuſius tradit,quem vide.

¶Quatuor genera expenſarum.

1 Quæ fiunt in alendis teſtibus, & hæ fiunt à producente eos.ſiue in ciuili ſiue in criminali cauſſa.C.de teſt.l.quoniam.

2 Quæ fiunt in aduocatis & notarijs,& hę fiunt à parte petẽte aduocatum,vel faciente aliquid in publicam formam redigi.C.de iud. l.ſancimus.ff. de varijs & extraor.cog.l.j.§.in honorarijs.

3 Quæ dantur iudici. vt in authen.de iu.ne autem.col.vj.

4 Quæ dantur executoribus & vocantur proprie ſportulæ.C.de ſpor.l.ij.Vide Spe.

¶De fructuum reſtitutione.

QVia prẹter expẽſas plerũq; & fruct⁹ rei petitę,& intereſſe petunt.Ideo de horũ reſtitutiõe nunc tractabimus, idq; primò de fructibus,& deinde de intereſſe(vt vocant

¶Fru-

¶*Fructus qui dicantur.*

Fructus dicũtur, qui supersunt deductis ex pẽsis, factis gratia fructuum quęrendorum, colligendorum, & conseruandorum tam in bonæfidei, quàm malæfidei possessoribus, etiam in prædonibus. ff. de peti. hære. l. si à domino. §. fructus. C. de fruct. & lit. expen. l. j.

¶*Fructus naturales.*

Sunt, vt poma, & ficus, cerasa. Et dicũtur naturales, quod ab ipsa natura ꝓueniant siue magna industria hominis. Et hos nullus possessor etiã bonæfidei suos facit. l. fruct⁹. ff. de vsu cap. Sed tñ distinguendũ censeo, vt sequitur.

Vel enim extant, & tunc per rei vendi. petũtur, sicut res ipsa, quia nullus etiam bonæfidei possessor eos suos facit, vt iam dictum.

Vel non extant, & tunc tenetur, cum nec habeat, nec dolo fecit, quominus haberet, sed condictione sine caussa ęstimatio debetur. ff. si cer. pe. l. si & me.

¶*Fructus industriales.*

Sunt in quibus plus operatur industria q̃ natura, licet etiam natura cooperetur, vt segetes & similes. De quibus sic distingue.

Si à BONAE fidei possessore percepti sunt, dic quod quilibet bonę fidei possessor cũ titulo siue sine tit. suos facit, secundũ omnes, quia percipiẽdo eos & separãdo à solo suos fa

cit, &

cit,& lucratur.Inſtit.de rerum diui. Si quis à non domino.Et cum dicitur cum titulo, siue ſine titulo, probatur.l. ſi vſufructuarius.ff. quib.mo.vſufruc.amit. &.l.iiij.§.poſt litem. ff.fini.regund.Si autem nō ſeparauit, adhuc ipſius fundi ſunt.ff.de rei vendi.l.fructus. Licet autem faciat ſuos,tamen ſi exiſtant,tenetur reddere iudicis officio non rei vendica. quia percipientis ſunt.inſti.de off. iud.§. & ſi in rem.&.C.de rei vend.l.certum.§.bonę fidei. De conſumptis autem nullo modo tenetur, Inſtit.de offi.iud.§.& ſi hęreditas.ver.ſi vero bonæ fidei. Vide Spec.

Si à MALAE fidei poſſeſſorę percepti ſunt: dic quod malæ fidei poſſeſſor, ſi quidem ſine titulo tenetur de conſumptis cō dict.ſine cauſa.& offic.iudi.poſt litis conteſt.De extantibus rei vendicatione,non eadem qua tenetur ad rem principalem, ſed alia, vt.ff.de condic. ex leg.l.vnica. de percipiendis autem, quod verus poſſeſſor percipere potuiſſet, tenetur Iudicis officio.ff.de rei vendi.l.ſi nauis. inſti. de offic.iudic.§.&ſi hęreditas. ver.illorum autem.De conſumptis cum titulo tenetur de cō dict.ſine cauſſa.De extantibus rei vendicatione.A percipiendis autem propter titulum excuſatur.C.de rei vendi.l.ſi fundum niſi in caſibus, qui ſequuntur.

Quan-

Quando emit ab eo, quem ſcit vendere in 1
fraudem creditoris.ff. de his, quæ in fraudem
credi.l.ait prętor.§.per hanc.

Quando emit ab eo, qui metu cõpulſus eſt. 2
ff.quod metus cau.§.ſed & pactus.

Quando emit contra interdicta legũ ſciens. 3
C.de agrico.& cẽſi.l.quemadmodum.in fin.
libro.xj.In authen.de non alie.§.ſi quis igitur
emere.coll.ij.

Si emit à fiſco non ſolenniter vendente. C. 4
de fide inſtru.& iure haſt.fiſc.l.j.lib.x.

¶Fructus autem percepti dicuntur, qui aliquo modo ſunt à ſolo ſeparati, & in horreis reconditi. Percipiẽdi vero dicũtur, qui immaturi ſunt, quos verus dñs, vt.ſup. poſsidet.

¶*De intereſſe.*

SEcundum canones dãna & intereſſe peti poſſunt extra de fideiuſ.c. peruenit. &.c. conſtitutus.& de foro compe.c.dilecti.

Dicemus igitur hic obiter de his. Et primò quid ſit intereſſe. Deinde quotuplex ſit oſtẽdemus.

¶*Quid ſit intereſſe.*

Intereſſe ſecundũ Bald.in.l.vnica.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt pro.eſt æſtimatio alicuius vtilitatis, nõ habitæ propter alicuius factum iniuſtum, vel conceſsionẽ iniuſtã.

Vel eſt æſtimatio dãni, quod aliter euenit,
vel

vel lucri, quod cessat ex eo, quod aliquid tibi non detur, vel fiat vt debet.

Oritur itaq; dupliciter vel lucro cessante, vt cũ qs impeditũ à lucro, quod fecisset si talis pecunia (sic pone exempli gratia) sibi restitutum fuisset, vel nõ fuisset læsio talis illata &c. Vel ex damno emergente.

¶ Conuentum interesse.

Est, cum dicitur, si nõ fecero quod promitto, dabo tibi centum pro interesse. Vel simpliciter, dabo tibi centum.

Et hoc semper præstandum est, secundum quod cõueniat, nisi dolus interuenerit in ipsa conuentione, Iuxta illud: Pacta seruabo. ff. de pactis. l. iurisgen. pretor. §. extra de pact. c. j.

¶ Commune interesse.

Est æstimatio cõmunis dãni vel lucri, quod euenit vel cessat. i. est cõmunis æstimatio damni, quod cõtigit alicui ex eo, quod id quod dari vel fieri debet non datur, vel non fit, vel non suo tẽpore, vel loco, vel aliàs vt debet, datum vel factum non est.

Et in hoc communi interesse computantur fructus rei debitæ, in qua sit mora, & mercedes, & pensiones, & augmentum precij propter locum vel tempus & similia, vt. ff. ad leg. fal. precia. ff. ad. l. Aquil. l. si seruum. ff. si certum peta. l. vinum.

Vsura

Vſuræ etiam in eo computētur ſecundum. ll.ff.de peri.& com.rei ven.l.fi.&.C.de vſu.l. j. Secundum canoñ. tamē,cum omnino ſint prohibitæ,nullo modo computantur. Cum nullus ex pecunia ſit fruct⁹.lxxxviij. dinſtin. c.eijciens.Vide Spec.

¶Singulare intereſſe.

Eſt ęſtimatio,quæ venit ex ſpeciali affectu, ſicut eſt in parte libero circa filium ſeruũ,vel quæ venit ex ſpeciali vtilitate. vt eſt libro vſi tato.d.l.precia.&.d.l. Si ſeruum. Verbi gratia,Obligaui tibi Codicem meum,in quo ſtudueram,& memoriam meam localem ſignaueram,taliter vt niſi illum intra tempus certũ redimerem,liceret tibi diſtrahere,&ſic diſtraxiſti.Poſteà enim illum Codicē à priore emptore,qui tandem non vult illum mihi tradere.Certè non ſolum debet mihi condemnari ad commune precium codicis,ſed etiā ad damnum quod patior, quod illud non habeo. ff.de actio.empt.& vend.l.j. vbi tractatur de communi & ſingulari.

Quod autem ſit damnum illud,& quæ vtilitas eſſet modo illum haberem,pendet ab arbitrio iudicis.Vide Spec.

Illud tamen interim nota, intereſſe quod ſurgit ex contractu,debet probari per teſtes, & ſic per cōſequens expenſæ factę extra iudicium

cium debent per teſtes probari, quæ vero in iudicio, per ſacramẽtum victoris. Intercidere ro quod ex delicto prouenit, vt ex dolo, rapina, per iuramentum paſsi damnum probatur. C. vnde vi. l. Si quando.

¶De ſalariorum ſolutione.

QVoniam plerũq; in fine Iudicij, vbi ex penſarum, de quibus ſupra, fit taxatio etiam de perſonarum in iudicio interuenientium. ſ. iudicis, aduocati, procuratoris, ſalarijs diſceptatur, igitur reſtat, vt pau de eis quoq; dicamus, idq́; ſequenti ordine

¶Ordo dicendorum.

1 De ſalarijs iudicum.
2 De ſalarijs procuratorum & notariorum.
3 De ſalarijs aduocatorum.
4 De ſalarijs medicorum & aliorum.

¶De ſalarijs Iudicum.

Iudicum alius eſt Delegatus, alius Ordinarius.

DELEGATVS autem, vel à principe, vel ab ordinario delegatus eſt.

¶Si à principe, vel proficiſcitur extra domicilium ad iudicãdum. Et exigere poteſt à partibus expenſas, quas fecit in victu, non tam ſalarium ext. de vit. & ho. cle. c. cum ab om Quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs mili

xxvij.q.j.c.Iam nunc in fi.ex. de præſcrip.c.
cum ex officij.Et munera non ſumptus prohibentur.ff.de offi.præſi.l.illicitos.

Vel manet in domo ſua,vel ciuitate.Et nihil
prorſus ſuo nomine pro expenſis,vel id gen⁹
alijs obtinebit,ne dum ſumptus quærit prædo
graſſet.xxiij.q.j.c.militare.&.d.c. cum ab
omni.Sed ſecundū leges Pædaneus debet habere
ſportulas,ſcilicet duos aureos in princ.&
duos in fi.cauſſæ, cū ſumma cauſſæ excedat
centum aureos. Et Accurſius extendit tam ad
ordinarios iudices q̃ delegatos. In Authent.
de iud.§.ne autem.col.vj.Vide latius Specul.

¶Si ab Ordinario,vel ad vniuerſitatē cauſſarum,&
tunc idem dicendum, quod in ordinario,de
quo inf.cum idem ſit cōſiſtorium,
ex.de ap.c.Romana in princ.lib.vj. imo ordinarius
ei dabit expēſas ex.de of.ord.c.int.cætera,&
in Authen. vt nulli iud.§. nulli. col. 9.
Vel ad ſpecialem cauſſam,& ſi ordinarius ei
malitioſe talem cauſſam committit, non poteſt
petere tales expenſas, ex.de offi.deleg.c.
paſtoralis.Si vero ſine fraude, volens parcere
expenſis partium,tunc forte poſſet petere. Si
cut & delegatus à principe,ne officium ſuum
damno ſit.Vide Spe.

¶ORDINARIVS etiam expenſas quas fecit
in victu & in profectione & ſimilibus, cū

ad aliquẽ locum ſuę Iuriſdictionis vadit,non habebit. d. c. cum ab omni, ne alienum [illegible] putet ſuam prædã. C. ad. l. Iuli. repe. l. omni. Iuxta illud Lucæ. iij. Eſtote contenti ſtipen dijs veſtris.

Poteſt tamen recipere à partibus, vt appar toribus vel ſcriptoribus, qui cauſſæ acta [illegible] bunt, ſatisfaciat, immo poteſt cogere part vt prædictis pſonis ſatisfaciant in talibus, q olim ſportulæ vocabantur.

Secundum leges tamen vt Accur. extra a then. de iud. §. nullo quoq;. &. §. ne auté. co vj. colligit, quatuor habet aureos, duos in p & duos in fi. cauſſæ. vt. ſup. idq; cum ſumr cauſſæ ſit maior. c. aureis.

Clerici quoq; præſtant ſuis ordinarijs. ii ſiliquas. C. de Epiſ. & cleri. Authen.

Sed hodie nulla. Conſuetudo tamen vn uſcuiuſq; fori ſeruanda eſt.

¶ Arbiter vero ſecũdum Martinum de ſalu poteſt à compromittentibus ſalarium exige re. Et dicit de hoc videri caſum eſſe. C. de p xi. ſacro. ſcrip. l. in ſacris & li. xij. & in. l. vl circa. fi. C. de principi. in reb. agen. li. xij. [illegible] bus expreſſe dicitur. quod ſi cauſſa eſt cor bitro, poteſt pro ſuo ſalario vnum ſolidi eſt, aureum exigere. Et pleraq; alia Mar adducit, quæ lõgum eſſet hic recenſere.

De

¶De salarijs procuratorum, seu aliena negotia gerentium.

Regulare est, quod salarium seu merces incertæ pollicitationis peti non potest. C. modo. d. l. Salarium. Retineri tamen potest solutum.

Pollicetur autem quis, cum nulla interrogatione præcedente salarium offert, his vel similibus verbis: Fideliter cura hæc mea negotia, liberaliter respõdebo tuis laborib⁹. ff. de pollicita. l. pactũ. Et ex huiusmodi pollicitis (vt in ꝓuerbio est) quilibet diues esse potest. Vt autem hæc clariora reddantur, sic distingue.

¶Vel incertũ re & genere est, quod promittitur, vt cũ dixi, fideliter cura, liberaliter tibi respondebo. Et tunc peti non potest. d. l. Salarium. & l. qui mutuam. §. Salariũ. ff. mandati.

Vel incertum re tantum genere tamen certum, puta promitto tibi asinum, vel librum in genere, nec dixi, quem asinum qualem librum. Et tunc nõ est penitus incerta promissio. Ideo peti potest. arg. C. manda. lib. j. & agetur prescript. verb.

Verum taxabitur arbitrio boni viri. ff. de præscrip. ver. l. Si tibi polienda. Vide alia iura apud Spec.

¶Vel certum & re & genere. Puta Promitto tibi talem equũ, vel talẽ vestem, vel quod

te aliter in tali die faciam militem: & tantum pro militia tibi dabo. Et sic iterũ distingue, quia aut hoc fuit deductum in stipulatiõem, vel non.

Si deductum in stipulationem, tunc certi condictione petitur quod promissum est, In sti. de verb. oblig. in prin. ff. Si cer. pet. l. si q. certum. Sed si incertũ esset promissum, tunc peteretur per actionem ex stipulatu.

Si non fuit deductum in stipulationé, quod certum est, sed solum nudo pacto promiss. Et tunc iterum distingue. Nam aut promitte-tur in ipso contractu seu mandato, vel in co-tinenti ante mandatum. Et iterum subdistin-gue, aut em̃ erat alias facturus aut non. Si ali-facturus, tunc petitur ex contractu actiõe sc-licet mandati contraria informata. C. manda-ti. lib. j. in fi. ff. eo. l, Salarium. C. de pactis, l. p-tens. Tunc enim vestitur nudum pactum co-hærentia contractus. C. de pact. l. in bonæ fi-dei. Si vero non erat alias facturus, & est tale factum, quod consueuit locari ab ipso procu-ratore, tunc agitur locati. ff. manda. l. j. Insti. eo. §. mandatum. Aut non consueuit, & tunc est contractus innominatus & agitur actio-ne præscrip. verb. l. naturalis. §. at cum de. S-autẽ ex interuallo, scilicet postquã contra-tes se ad alia negotia diuerterunt, & erat

facturus, tunc petitur promissum iudicis offi
cio seu extraordinariè. ff. manda. Salarium.

¶Annotatio.

Aduertendum tãtum hic notabiliter, quod procurator non potest de certa parte litis (qđ tamen plerique impostores faciunt) puta media vel tertia, vel quarta vel alia quota pacisci. alioquin non valet. Imo punitur. ff. manda. l. salarium. & l. si remunerandi. §. Maurus Paulus. & C. de postu. l. quisquis. ff. de varijs & extraordina. l. j. aduocatos. Vide hæc iura & Spec. qui de tabellionum inhumanitate optimè disserit.

¶Alia annotatio.

Interim & illud nota, dominum teneri procuratori ad impensas moderatas in negocio vel iudicio factas. extra de procurato. c. cum pro caussa. & c. elect. & ca. vt præteritę.

¶De salario aduocatorum opiniones duæ.

Prior est quorundam dicẽtium, aduocatos & iurisperitos gratis debere prę stare suas operas, & minimè consilia patrociniaq́; vendere. arg. c. j. xv. q. ij. Nã si caussa est iniusta, nõ debent eam assumere defendendã, imo susceptã deserere debent. C. de iud. l rem non nouam. Si vero iusta sit, gratis debent cõsidere vel patrocinari. Quia veritas cum non defenditur, opprimitur. lxxxiij. dist. c. error. & dicunt in-

ſuper quod iura illa, quæ in contrarium
ducuntur. ſ. cum non licet. xj. q. iij. c. &
ſane. xiiij. q. v. de quibus. inf. loquuntur
dum leges.

Sed talium rigor non probatur. Illud
interim certũ eſt, quod aduocato non lic
ciſci de certa parte litis, vt ſupra de procu
tore dictum eſt. Quod ſi fecerit interdici
bet ei forus. C. de ſe poſt. l. quiq;. Vide Sp

Secunda eſt communis & magis prob.
quod liceat aduocato vendere patrocin
& iuriſperito iuſtum conſiliũ. xj. q. iiij. c.
licet. &. xiiij. q. v. c. non ſanè.

Vbi clar⁹ tex. eſt & vtriuſq; cano. verba
Auguſt. ad Macedonium &. ff. de varijs &
traor. cog. l. j. §. in honorarijs, Vide.

Præterea poteſt operas ſuas locare. ff. lo
qui operas. & precium recipere pro lab
c. eccleſiaſticis. &. c. charitatis. xij. q. ij. N
mo cogitur de ſuo facere beneficium. x
c. precarię. nec ſuis ſtipẽdijs militare. ex
præſcri. c. cum ex offi.

Pauperum tamẽ ratio ſemper habenda
Vide Spec. l. j. par. iij. de ſala. aduo.

¶De ſalarijs Medicorum & aliorum.

Et ſi medici non plures ſint quàm ob
ces. C. communi. de leg. l. fi. §. j. verſ.
operępretium tamen erit de eorũ ſal

ter hic aliqua dicere. Nam & iura eorum men tionem faciunt. xiiij. quęstione. v. ca. nō ſanè.

Omiſsis igitur partibus & muneribus medici, & quo pacto ſe habere debeat erga infirmos, & in conferendis medicamentis, de ſalarijs eis debitis ſic breuiter diſtingue.

¶ *Medicus.*

Vel eſt à communitate ſalario prouiſus, ita quod nihil debeat ab infirmis petere: & tunc nihil accipere neq; exigere debet, etiā ſi ſalarium nō ſufficiat, quod ſibi imputet, cū ex cō uentione pacta legem accipiāt, quę etiam ſeruanda ſint, extra de pac. c. j. Vbi tamen infirmi, ſani, & reſtituti fuerint, ſi voluerint illis aliquid offerre pro obſequijs, admittitur. l. archiatri. C. de profeſ. & medi. lib. x.

Vel non ſalario honoratus à communitate, nec per ſtatutum limitatus, & poteſt exigere ſtipēdium moderatum. Nemo enim cogitur de ſuo beneficium facere. x. q. ij. c. precariæ. Et illud moderamen attenditur ſecundū qualitatem curationis, & laborem & induſtriam medici & facultatem infirmi, lociq; conſuetudinem.

Vel nullo quidem ſalario prouiſus, ſed tñ ſtatuto ciuitatis vel communitatis aut domini, cautū eſt, ne plus quam. N. accipiat.

Et tunc ſupra accipere nō debet, niſi tale ſta

tutum esset contraria consuetudine abroga-
tum.c.fi.extra de consuetudine.

Vel pactum inijt de certa mercede post cu-
rationem habenda. Et tale pactum infirm[illegible]
seruabit, nisi reciderit incontinenti, quia no[illegible]
videtur ægritudo recessisse, quę statim redi[illegible]
Quo casu tenetur medicus pro eodem salar[illegible]
illum curare.

Secus si ex interuallo reciderit. Vide Spe.

Quomodo autem puniatur medicus pro [illegible]
missa culpa erga infirmos, vel ex proposit[illegible]
vel ex imperitia. Vide insti. de leg. Aquil. §. p[illegible]
terea si medicus. & ibi bonam glo. in verb
imperitia. & .l. illicitas. §. sicuti medico. ff. [illegible]
offi. præsi.

¶De salarijs aliorum, quicunq; operas su[illegible]
locant, dic vt. ff. loca. l. si vno. §. item tum.

¶De pœna temerè litigantium.

Quia temerè litigantes ad interesse & expē-
sas, de quibus. sup. condemnari solent. Ideo
nunc postremo loco de pœna temerè litigan
tium videndum est.

De hac autem sic distingue.

1 Temerè litigans quandoq; fit per sententi[illegible]
infamis, quandoq; in ipso iure: Puta in cert[illegible]
actionibus, quarum sunt octo. Nēpe quatu[illegible]
ex maleficijs, & quatuor ex cōtractibus, v[illegible]
ti furti, vi bonorū raptorū, iniuriarū, de d[illegible]
Et hę ex maleficiis sunt.

Porro ex cõtractibus sunt hę: Tutelæ, mandati, depositi, directis non contrarijs actionibus, & pro socio, quæ ex vtraque parte directa est. Quibus octo directè infamantur damnati. instit. de pœna te. litig. §. ex quibusdam. & .xx. q. v. c. si quis conuictus.

Quandoque, imo semper temerè litiganti imponitur pœna pecuniaria, vtpote si filius vel libertus sine venia iudicis, parentes vel patronos in ius vocauerit, punitur in 50. aureis. instit. de pœ. teme. lit. in fi. Et si soluendo nõ sit, verberibus castigatur. ff. de in ius voc. l. pe. & fi. ij. q. j. c. prohibentur. iiij. q. iij. c. si testes. ver. Item l. Iulia.

In quibusdam actionibus punitur pœna dupli. vt in actio. l. Aquil. l. vi retento. Insti. de pœ. teme. liti. §. At aduersus.

Crescit aliquando pœna propter mendacium. Nam negans per mendacium se possidere, perdit possessionẽ. ff. de rei vendi. l. fi.

Similiter in noxali, si negat se possidere seruum vel animal, quod noxam dedit, perdit illud, secundum Spe. & Io. de Deo.

Sed verius, vt vult Azo, perdit arbitriũ deditionis noxæ. & est textus clarus in. l. si seruus depositus. §. si negauerit. ff. de noxali. Et quandoq; perdit condictionem indebiti. Institu. de oblig. quæ ex quasi con. nascun. §. fi.

 Præte-

Præterea qui temerè propriam scriptura vel numerationem factam per mendacium negauerit, & postea conuincatur per testes, instrumenta, punitur in duplo. Si autem conuincatur per sacramentum ei delatum, punitur tantum in expensis. In authen. de testibus semis. §. stadium. vbi etiam de prædictis nis disponitur, quare vide.

5 Periurium incurrit. de quo Instit. eo. §. enim iusiurandum. &. C. de iureiur. prop. lum. l. ij. & authen. ibi posita.

6 In pœnam temeritatis incidit, nempè vt alium temerè in ius vocat in lit. sumptio niatur, & in viaticis. l. eum quem. ff. de iu. tra de pœnis. c. calumniam. C. de fruc. & expen. l. j. & . ij.

Et in summa curiarum cósuetudines reticiendæ sunt modo laudabiles fuerint. cap. venissent, extra de eo qui mit. in possess. ca. rei seruan. Plura si cupias, Spe. consule.

¶ Ordo & processus in caussis criminalibus.

EXplicato ordine iudiciario caussarum ciuilium, id est, qualiter in ciuilibus caussis sit procedendum, restat nunc ex ordine in præliminari nostra tabula præmisso, dere quo pacto criminalia iudicia expedienda sunt, est enim publicæ vtilitatis, ne maleficia maneant impunita, extra de senté. ex

e.vt famę.ff.ad legem Aquil.l.ita vulneratus. Respon.j.ff.de solu.l.Stichum.§.j.ff. de in. l. longius.§.primo.C.de postu.l.si operis.ff.de pœnis.l.capitalium.§.famosum.

Quam autem necessaria sit in delinquentes ea iustitiæ pars, quæ vindicatio à philosophis appellatur, quam & animaduersionem dicere possumus, diuinus ille PLATO in libro de republica docet, cum Dicit, Dare pœnas maximi mali euitatio est, facit enim alibi prudentiores & iustiores, & medicina quædam iniquitatis ipsum est iudicium. Illud vero neque deorum neque hominum vllus audebat dicere, vt ab eo qui iniustè lesærit, pœna non sit exigenda. Idem castigare noxiam oportet, non ob præteritum delictum, cum id corrigi nequeat. Sed ne iterum peccet, tũ ne ipsius exemplo cæteri quoque peccent. Quod fit, si crimina non puniantur. Facilitas enim venię incentiuum tribuit delinquẽdi, extra de vita & hone.cler.c.vt clericorum. Et si ea quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus.xv.q.ix.c.loci. parag.proinde.Punienda ergo sunt maleficia, vt & vnius pœna metus sit multorum, ad.l. Iul.repe.l.j.Et quos ad vitę decora domesticę laudis exempla non reuocant, correctionis saltem medicina compellat. C. de emen.

pro-

propin.l. vnica. Pythagoras dicere solebat: Qui non plectunt malos, volunt bonis iniuriam inferri.

Seneca idem imitatus ait: Qui parcit malis, probis nocet.

Sed quorsum tam multa de maledictorum pœna? Nempe, vt cognoscas hanc iudicatoriam fore partem summè necessariam esse.

Ad cuius rei notitiam sciendum, de criminibus quinq; modis agi, de quibus hic per ordinem dicere decreuimus.

¶De criminibus quinq; modis agitur.

Per accusationem, & hoc vniuersale est. C. de fal.leg.cum suppositi.C. ad l. fla. de plag. leg. iij.

Denuntiationem de accus.l.ea quidem.

Inquisitionē.ff.de off.præfect.l. congruit.

Excipiendo,ex.de ord.cog.c.ij.

Extraordinarie,vt in notorijs,extra. de accu.c. Super his &.c. qualiter. §. ad corrigendos. &.c. audientia, & de Simo. c. licet Heli. Quibus expeditis ad rei consummationē & de abolitiōe & purgatione aliquid dicemus, vt sup.in tabula præliminari pręmisimus.

¶Regula.

Ex crimine tum demum ad accusationem peruenitur, cū illud in actum procedit: alij qui

qui cogitationis pœnam nemo meretur neq; patitur, si eius terminis contenta est ipsa cogitatio. De pœni.dist.j.c. vulgaris.& c. cogitationis.&.ff.eo.leg.cogitationis, & eadem distin.c.non dicam rapere,&.C.de epis.& cle.l. Si quis non dicā rapere.extra de homi.c. pro humani lib. vj. Accusatio igitur actum deside rat, sicut & lex Aquil.leg. prima,& le.Si seruū ex quo actio ipsa oriatur.ff. quod met. causs. leg. Sed & pactus. Sicut & contractus bonę fidei desiderat moram, quę est caussa quare agitur ex contractu. C.de in integrum restitutione, lege in minorum persona.

¶De accusatione.

EST autē accusatio siue accusare, (quod idem est secūdum Azo.in sum.eo.titul. in prin.) aliquem in libello reum criminis deferre, vel facere ad vindictam. Vide Hostien. in summa.eod.titul.in principio. De accusatione tractaturi hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

Qualiter in accusatione procedatur. 1

Super quibus criminibus fiat accusatio & de pœnis accusatorum. 2

Qui ad excusationē criminū admittatur. 3

Coram quibus est accusatio facienda. 4

Quid iuris sit de contumacia accusatorum. 5

De con-

6 De contumacia accusati.

Qualiter in accusatione procedatur.

In accusatione ferè eadē seruanda sunt, etiam in ciuili actione. nam libellus in ea datur, & si nonnihil discriminis habeit libellorum conceptiones, vt pulchrè Spec. ... libro.iij. parte prima tit. de accusa.

VOLENS igitur alium accusare criminaliter, videat vtrum habeat suas probationes paratas, quæ in talibus plenę & clarissimę requiruntur. C. de eden. l. is apud quem. & c. ... ij. quæstio. vij. Accusaturus ergo cum ... mine procedat, quia crimen vel est publicum vel priuatum.

SI PVBLICVM, tunc sciat qua lege debet deferre. Nam hoc facit lex in criminalibus quod actio in ciuilibus. ff. de accus. l. libellorum. ij. q. vij. c. perscripta. §. libellorum.

SI PRIVATVM, vel habet nomen certum vel incertum. Si certum, accuset de illo crimine. ff. de priua. delict. l. j. in fi.

SI INCERTVM & non proprium, accuset criminis stellionatus. ff. de crimi. stellio. l. ... Accuset etiam si potest. l. municipale. si ibi certa pœna statuta. vide Spec.

HIS CONSIDERATIS, accusator ... dat iudicē & accuset eo, q^d deliberauit ... ne, & inscribet se obligabitq; accusationi ...

prosequuturum atq; alia facturum, quæ in accusatione requiruntur.

Et postea iudex iubebit accusatū citari, vel exhiberi. Et sine iudicis iussu nullus est citandus. C. de exhiben. reis. l. nullus. &. l. neminẽ. C. qui satisda. nõ possunt. qui crimen.

Sed hoc fallit in casibus, qui sequuntur.

¶Qui absq; iudicis authoritate citari exhiberiq; possint inuiti.

Falsarius monetæ. C. de fal. mo. l. j.

Desertor militiæ.

Latro publicus.

Agrorum depopulator.

Virginum raptor.

Nā istos licet occidere, si non possumus eos victos adducere. C. quando liceat vnicuique sine iud. l. j. &. ij. C. de rap. virg. l. vnica. Vide Specu.

Fur secundum aliquos potest viuus præsentari, etiam inuitus iudici. sed nõ licet eum occidere, vt prædictos, nisi in casib', vt. ff. de furtis. l. interdũ. §. qui furem. ff. ad legem Aquil. itaq;. §. fina. &. l. sed & si quicunq;. ff. ad. l. corne. de sica. l. qui furem. extra de homici. c. si perfodies.

Debitor ex maleficio fugiẽs secundũ quosdam. Non possum eum vinctum adducere nõ occidere. ff. de his quę in frau. cre. l. ait prętor.

tor.§.si debitorem. & in authent ut iudi... quoquo suffra.§.necessitatis.

Homo meus fugiens, quia licet sit in ... tamẽ eius dominium retineo & possessio. ff.de vsura.l.non solum.l. iij.§. de illo.C. his qui, ad ecclesi.fugi.l. si seruus. & de ep. cop. & cleri.l.si quis curialis. Vide Spec...

Sunt & alij casus, in quibus sine author... iudicis quis alij ius dicere potest, quos sup... de actore narrauimus. Porro formulas li... lorũ in actione criminali, vide apud Spec... torem lib.iij. parte.j. titu.de accusati.§.q... ter autem.

¶*Annotatio.*

1 Accusatus de graui scelere incarceratur, custodiatur, non vt ligetur. C. de exhiben... is. l.ij. Vide Speculatorẽ quomodo pceda... ad vlteriora. Consuetudo locorũ maxim... seruanda est in hisce & similibus.

2 Crimen est peccatũ accusatiõe & dãnatio... dignissimum. lxxxj. dist. iiij. c. plus. Vbi no... propter quę crimina quis sit deponendus.

Accusatio factum requirit, vt sup. dic... Similiter & accusatorem, sine quo nemo d... natur, siue crimen sit publicum, siue pri... C. de acc. l. fi. ff. de pri. delictis. l. fi. Vide ...

4 In criminalibus ordo iudiciarius est ob... uandus. extra de simo. c. dilectus. ibi po...

c...nen

crimen videlicet vt accusator sit legitimus, extra de accu. c. j. ij. q. vij. c. clericus. & iudex idoneus. xj. q. j. c. vbi. &. c. experientiæ. &. c. cum sit. extra de foro com. Item quod accusatio sit legitima. ij. q. vij. c. si quis Episcopo. Item, vt fiat in scriptis, vt trina citatio vel vna peremptoria præcedat, vt dētur induciæ, vt alius sit accusator, alius testis, vt clarius. inf. ostendemus, quę possint excipi contra accusatorē. Hoc tamen sciendum quod sæpè pręter premissum ordinem & solēnitatem custodes iurati ex officio denuntiant & eorum denuntiationi creditur. C. de accu. l. ea. Et de hoc varię sunt locorum consuetudines. vide Spec.

¶Super quibus criminibus fiat accusatio.

ACCVSATIO non procedit nisi in crimine publico vel priuato. Et quādoq; agitur criminaliter ad pœnam corporalem, quandoq; ad pecuniariam infligendam. Pro cuius clariore intellectu duas criminum diuisiones faciemus.

¶Prima diuisio.

Criminum alia sunt publica & ordinaria, vt crimen læsæ maiestat. hæresis, simoniæ, adulterij, homicidij, falsi. Et dicuntur publica, qđ eorum executiones siue denunciationes, siue accusationes, cuilibet de populo competant. insti. de publ. iudi. §. j. ver. publica autem. ff.

eod.l.j. Quoniam ad publicam vtilitatem spectat, ne crimina maneant impunita. Et dicuntur ordinaria, quia certa pœna in eis statuitur, quam ordinariam non licet iudici minuere, quia facti quędam quæstio est. ff. ad turpi. l.j.§.ij. nisi forte caussa cognita, q̃a tūc potest augere vel minuere. Augere quando multis grassantibus opus est exemplo, vt vniuspœna metus sit multorum. C. ad leg. Iul. repetun. l. j. Minuitur cum persona delinquens honesta est, & non deliquit nisi semel. C. de his qui no. infa. l. q̃d ergo. §. pœna grauior. ff. de pœ. l. in seruorum. §. fi. & l. respiciendum. Vide Specul.

¶Alia publica & extraordinaria, vt. l. Iul. repe. & in. l. Iul. de plag. huiusmodi, de quibus habetur. ff. de publi. iud. l. j. & ff. ad leg. Iul. repe. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Fla. de plag. l. fi. Ideo dicuntur extraordinaria, quia non est in eis certa pœna statuta, sed arbitrio imponitur iudicantis, & hoc secundum delicti & personæ qualitatem. extra de accusat. c. super his. de offic. delega. c. de caussis. ff. de effract. & expil. l. j.

¶Alia priuata, quibus priuatim ad interesse nostrum agimus, nobisq; aliquid dari aut applicari debere pro delicto in nos commisso petimus, id est pecuniariter pro illis agimus.

Ve-

Vel dicuntur priuata, quod eorum exequutiones & denuntiationes siue accusationes, ad illos tantum pertinent, quibus infertur, vt furtum, iniuria, damnum, crimen abigeatus &c. ff. de priua. delict. l. si. ff. de furtis. l. fina.

¶Secunda diuisio.

¶Criminum alia sunt capitalia, vt sunt ea, ob quæ pœna sanguinis infligitur.

¶Alia non capitalia, vt quæ pœna pecuniaria plectuntur. ff. de publi. iudi. l. ij. de iure autem canonum non imponuntur pœnæ capitales, seu corporales, extra de iudi. c. cum non ab homine. licet sit argu. contra. extra de maio. & obe. c. ij. & qui filij sint legi. c. per venerabilē. ij. q. vij. c. sicuti. §. quia ergo. &. v. q. v. c. delatori. Sed degradatio, depositio, seu suspēsio, excommunicatio & huiusmodi, vt & ibi. &. xxiiij. qō. iij. c. corripiantur. &. xj. q. iij. c. nemo. & c. rursus.

¶Octo genera pœnarum legalium.

Damnum siue mulcta.
Vincula siue carcer. 1
Verbera. 2
Talio. 3
Ignominia seu infamia, seu capitis dimin. 4
media vel maxima. 5
Exilium quod vel est.
Deportatio. i. perpetuū exilium, vel relega- 6

tio, id est temporarium exilium. Et successit deportatio ignis, & aquæ interdictioni.
Seruitus.
7 Mors seu capitis diminutio maxima.
8 *¶Octo genera pœnarum canonicarum.*
Damnum siue mulcta.
Excōmunicatio, quę successit ignis & aquę interdictioni. Siue comparatur deportationi quæ vt. §. dictum est, successit in locum interdictionis ignis & aquæ. ff. de pœ. l. ij.
Suspensio, quæ comparatur temporali relegationi.
Depositio, quæ comparatur perpetuæ deportationi.
Intrusio, incarceratio, quæ duo comparantur carceri seu vinculis.
Interdictum ecclesiasticum.
Degradatio, quæ comparatur morti seu capitis diminutioni maximę. de accu. c. qualiter. Plura si scire cupis, qualiter pœnę canonicæ succedant seu comparentur legalibus, vide Inno. iiij. in. d. c. generaliter. Quid autem sit relegatio, quid deportatio, vide quæ notantur instit. quibus mo. ius pat. po. sol. §. relegati.
¶Clericus aliquādo vel excommunicatur vel suspenditur, vel deponitur, vel degradatur, extra de iud. c. at si cleric. & de cri. fal. [illegible]

falſariorum.& de ver.ſig.c.nouimus.extra de offi.ordi.c.ad redimẽdam.xxx.q.j.c.ſi quis ſecundum.

EXCOMMVnicatur propter cõtumaciam & multiplices exceſſus.extra de ſent.excom. per to.& de cleri.excom.per totum.

SVSPENditur autem vel ad tempus, vel in perpetuum idq́; ab officio,à beneficio,vel ab vtroque.i.& officio & beneficio, vt propter fornicationem & huiuſmodi. extra de coha. cle.& mul.c.clericos.& ſeq.&.xxxij.diſtin.c. nullus.

Suſpenſus tamen ab officio videtur per cõſequens,& à beneficio ſuſpenſus,arg.lj.diſt. c.eos.de quo dic,vt notatur extra de cler. excom.c.latores.de diuerſitate autem ſuſpẽſionum,vide nonnihil in gl.c.ad hæc quoniam, extra de appel.

Eſt autem ſuſpenſio cenſura eccleſiaſtica, qua interdicitur aliquod officium vel exercitium,competens certę perſonę eccleſiaſticæ aliquando à iure, aliquando à iudice probata.

DEPONITVR ſolo verbo, quando videlicet ob crimen aliquod ſententia depoſitionis in eũ profertur, vt recẽſet Speculator Clemẽ. iiij. publicè feciſſe, & tuliſſe ſententiam depoſitionis in palatio ſuo Viterbij in. xj. Epi-

ſcopos,tunc ibi præſentes, quod adhæſerant principi Tarentino,qui regnum Siciliæ occu pauerat. Vide Specul.l.tertia.parte prima.titulo de accuſatio.§.ſecũdo loco.verſicu.item quæritur.

DEGRADATVR,quando poſt ſententiã depoſitionis inſignia, quæ recepit, cum ordinaretur,ei ſolenniter detrahuntur. Et hæc vocatur ſolennis depoſitio. De qua.xij.quæſtio.iij.c.Epiſcopus. Quomodo autẽ fiat huiuſmodi degradatio. Vide Speculatorem loco allegato.

¶ *Annotatio.*

Licet quandoq; plures ſimul vnum deliĉt committant,tamen iudex diſsimiliter punit vt vnum in.v.alium in.x.nec immerito.Nam licet omnes deliquerint, tamen vnus potuit magis alio delinquere.lj.diſt. c. contumaces, &.xxxij.diſtin. c. omnem, & arg.C. de inoff. teſt.l.cum duobus here.ff.ad.l.Aqui.l.ita vulneratus.ff.ad.l.Cor.de ſic.l.fi.ex. de homi.c.ſi cut dignum.Secundum igitur qualitates delinquentium ſunt pœnæ moderandæ, vide Speculato.

Quæ autem ſint crimina,in quibus ſine accuſatore proceditur,notatur extrau. vt eccle. benefi.c.vnico.

¶C

¶Qui ad accuſationem criminum admittantur, uel non.

Regulariter, Si crimen eſt priuatum, nõ admittitur niſi cuius intereſt. ff. de priua. delict. l. j. &. ij. Si vero ſit publicum, quilibet populo, qui ſit integræ famæ, admittitur, inſtit. de publi. iudi.

Infamis autem & criminoſus ab omni accuſatione ſecũdum canones repellitur. ij. q. vij. c. quærendum, &. c. ſi qui ſunt, &. vj. q. j. c. infamis, &. c. qui crimen.

Et hoc verum eſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. iiij. q. vlt. c. omnib⁹, ex. de teſt. c. de cætero. vide latius Spe.

¶Annotatio.

Accuſatus de graui & manifeſto crimine, non admittitur ad reaccuſandum. Secus ſi graue & non manifeſtum, vel contra. ex. de app. c. propoſuit. iij. q. v. c. qa ſuſpecti. ff. de publi. iudi. l. is qui. Item accuſatio, ordo, & teſtimonium paribus paſsibus ambulant, & qui non admittitur ad vnum, nec ad aliud, Dic vt notatur. ij. q. vij. c. ipſi apoſtoli, &. j. q. j. c. Si quis Epiſcopus, extrauag. de teſti. c. fi.

¶Exceptiones contra accuſatorem.

Quod non ſit legitimus accuſator, extra. de accuſ. c. j. 1

Quod non poſsit quis eodem tempore & 2

eodem libello duos accusare. ff. de accus. l. hos accusare. §. lege. nisi suarum iniuria... caussa. d. l. hos accusare. §. lege iudiciorum.

Quod intellige si plures accusationes... contra duos vel plures ex diuersis factis, ... eodemq; tempore, & in eodem libello propo... nere, sed in diuersis libellis bene potest. V... Specu.

3 Quod accusatores sint plures, qui non o... mnes admittuntur, sed magis idoneus eligen... dus est. ff. de accus. l. si plures.

4 Quod inuitus accuset, quod esse nō potest. Nam nemo inuitus cogitur ad agere, vel accu... sare. C. nemo inuitus coga. per totum.

5 Quod fuerit socius & particeps criminis... tra de testi. c. veniens. & C. eo. l. quoniam. ... l. fi. ff. de quæsti, l. repe. §. j. extra de co... fes. c. j.

6 Quod par vel simile crimen commisit. ff. ... lu. matri. l. viro. argu. extra de simo. c. p tua... circa prin. extra de testi. c. personas.

7 Quod accusator iam trāsegit vel pactus ... de crimine priuato, vel etiam capitali, & ... omni pœna sanguinis, excepta pœna adulte... rij. De alia pœna quæ. s. non irrogat pœnam sanguinis, nō licet pacisci & transigere, præter... quam in crimine falsi. C. de transactio. leg... transigere.

Quod

Quod ſpoliarit accuſatum tota ſubſtantia 8
ſua vel maiori parte, extrau. de teſti. ſpolia.c. frequens.lib.vj.

Quod & ipſe accuſator criminoſus ſit quo 9
cunq; crimine, quare alium accuſare non poteſt, extra de exceptio.c.à nobis.

Quod ſit vilis perſona extrauagan.de ſpon 10
ſa.c.cum in tua.extrauag.de ſimo.c. licet Heli.&.c.ſequen.

Quod ſit frater, qui non poteſt fratrem, vel 11
ſororem accuſare criminaliter de crimine magno & capitali, immo ſi faciat, pœna exilij plectẽdus eſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vel niſi in leuibus criminib9. C. qui accuſa.non poſſunt.l. ſi magnum. &.l.ſi ſororem.& niſi in crimine læſę maieſtatis. C. eo.l.penul.& crimine hæreſis. extra de præſcrip.c.literas.Vide Spec.

Quod accuſatus fuerit aliàs ſuper eodẽ cri- 12
mine abſolutus, de quo infra de aboli.

Quod altero accuſatore mortuo vel aliqua 13
de cauſſa impedito, lapſi ſint triginta dies vtiles, vnde non alter eſt admittendus. ff. de accuſ.l.libellorum.in fi.ff.ad turpil.l. ad priuatim.&.inf.dicemus latius.

Quod alius primò ceperit accuſare. Vnde
pendẽte illa accuſatiõe nõ eſt alius accuſator 14
admittendus.ff.de accu.l.hi omnes.§.ab alio.

15 Quod sit apostata, vel filius familias, vel mo-
nachus, vt supra de actore diximus.

16 Quod sit mulier quæ propter verecun-
accusare non potest. ij. q. j. c. prohibentur.
de accusa. l. qui accusare. nisi in casibus cert.
nempe.

Si exequatur mortem eorum, cõtra quos
vita non cogitur testificari.

In. l. Cor. testamentaria de fal. vt in testa-
to falso liberti paterni vel materni. ff. de ac-
l. ij. C. qui accu. non pos. l. vxor. &. l. senat.
&. l. de crimine.

Si suam vel suorum iniuriã prosequatur.
hoc est cõe omnibus accusare prohibitis.

In. l. iul. de annona. ff. eo. l. militis. &. ff.
l. Iul. de annona. l. fina.

In. l. Iul. maiesta. ff. de accusa. l. in quæstio-
bus. vj. q. j. capitu. nullus.

In crimine suspecto tutorũ insti. de susp.
tuto. §. consequens. &. ff. eo. l. ij.

In crimine simoniæ.

In crimine hæreseos, extrauagan. de diuor.
c. de illa.

In dilapidatione fortunæ. Vide Spe.

17 Quod sit pupillus, vel impubes dicta. l. q
accusare. ff. de accu. &. ij. q. j. c. prohibent.
C. de fal. mone. l. j. Nisi quando mortem p-
tris vel aui exequitur. Et nisi in. l. corne. l.

mina-

mentaria contra testamentum patris, sed hoc fit cum authoritate tutoris, & cum doli capax est. ff. eod. l. ij. §. si. Et nisi forte in crimine lęsę maiestatis. Popularem autem actionem intentare nō potest, nisi ad eum pertineat. ff. de popu. actio. l. mulieri. Vide Spec.

Quod sit miles, qui propter sacramentum 18
non potest accusare. ij. q. j. c. prohibentur. &. d. l. qui accusare. nisi suā vel suorum iniuriā prosequatur. C. qui accu. l. non prohibentur. &. l. si crimen. Et nisi in crimine lęsę maiestatis. C. ad. l. Iul. maiest. l. nullus qui est. Et nisi pro annona fraudāda. ff. de accu. l. mulierem. Et hoc ideo, ne à signis iam susceptis pro republ. auocetur. Specula.

Quod sit magistratus, vt præses prouinciæ 19
iustitiarius vel senascallus, vt vocant, qui habent agnitionē meri vel mixti imperij, & alij de quibus in. d. l. qui accusare. & . l. hos accusare. ff. de iniur. l. nec magistratibus. Hi enim maiores magistratibus ante depositum officium non accusant, nisi in casu quo pater potest cum filia inuentum occidere. ff. de adult. l. marito. Nec conueniuntur. vt. sup. de actore dictum est.

Item nec legati imperatoris, vel præsidis ꝓuinciæ. vide latius Spec.

Quod sit infamis, vt supra de actore di- 20
ctum.

ctum. Nisi in quinque casibus.

1 Si suam vel suorum iniuriam prosequatur.

2 In.l.Iul.maiesta.

3 In crimine Simoniç.

4 In crimine hæreseos.

5 In crimine fraudatæ annonæ.

21 Quod sit hæreticus, infidelis, Iudæus, vel schismaticus.iiij.q.j.c.j.ij.q.vij.c.pagani.

22 Quod acceperit pecuniam ad accusandum vel non accusandum.ff.de verborum oblig. l.generaliter.&.l.veluti.ff.ad legem Iul. rep l.lege Iulia. Vide Spec.

23 Quod sit semel calũniatus.ff.de accusat. l.si cui.para.eisdem.iij.quæstio.v.capi.sim liter.& ca.sequenti.

24 Quod sit repellendus propter suspicionem calumniæ, subornatus falsum testimoniũ t lit.ff.de accusatio.leg.alij.iij.quæstione.v.c consanguineorum. Nisi in crimine læsæ ma iest.& nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur.

25 Quod semel ab accusatione destiterit, sine abolitione.ff.ad Turpil.l. secunda.&.C.q accu.non possunt.l.si ea.

26 Repellitur agens de adulterio, quod lenonium exercuerit.C.de adul.l.ita.

27 Quod sit pauper, quia non habet.

reos in bonis.C.de accu.l.nonnulli.

Quod ſit libertus, vel filius, vel vaſallus, vel 28
beneficiatus, vel familiaris, & qui non admittuntur contra patronos, parentes, dominos, eccleſiam, vel eos, in quorum domicilijs ſunt nutriti.ff.de accu.hi.§.libri.&.C.qui accuſa. non poſ.l.pe.& fin.

Quod ſit de publico crimine damnatus. 29

Quod ſit de calumnia notatus. 30

Quod fuerit miſſus in arenã cauſſa pugnan 31
di cum beſtia dentata.

Quod pronunciatus ſit aliquid feciſſe cauſ 32
ſa calumnię, vel pręuaricationis in publico iudicio.ff.de accu.l.qui iudicio. niſi ſuam &c. vt.ſup.

Quod ſit accuſatus de publico crimine, qua
re pendente accuſatione, recuſare non poteſt 33
ſuum accuſatorẽ, nec alium.ff.de publico iudi.l.is qui.extra de teſti.c.fi.niſi ſuam vel ſuorum &c.

Quod ſit laicus qui non poteſt clericum ac 34
cuſare.extra de accu.c.cum.P.

Quod non ſit eius ordinarius cuius eſt accu 35
ſatus, licet ſit clericus ſicut & ille, argu.ij.q. vij.c.ipſi apoſtoli &.c.teſtes. Vide Speculatorem.

Quod ſit talis, qui nõ poſsit eſſe talis, vel ad
ordines promoueri, vnde non poteſt accuſa- 36
re.

re.xiiij.q.j.c.ſuper prudentia.ij.q.vij.c.Epi
ſcopi.&.c.teſtes.
37 Quod ſecundum leges repellatur, ergo
ſecũdum canones.iij.q.v.c. canonica.&d.
bus ſequentibus capitulis.
38 Quod alias probatum ſit crimen, prop
quod à teſtimonio fuerit repulſus,licet nõ
infamis.extra de ordi.cog. c.ij. in fi. extra
elect.ſuper eo. extra de teſti.c. teſtimoni
39 Quod ſit inimicus. iij.q. v.c.ij.iij.&.iiij.
c.omnes.extra de accu.ix.c.cum oporte
c.cum.P.
40 Quod ſit ſuſpectus malæ conuerſationis,
facilè litigans.Vide Spec.
41 Quod ſit alienigena & ignotus. iij.q.v.
accuſatores . &. c. accuſationes. &. c. can
nica.
42 Quod ſit homicida fur,latro,ſacrilegus,r
ptor,adulter,inceſtuoſus,veneficus,periur
raptor virginum ij.q.viij. c.quiſquis.
43 Quod ſit excommunicatus.iij.q.j.c.j. &
extra de excep.c.exceptionem.
44 Quod ſit publicus concubinarius. extra
accu.c.cum dilectus.
45 Quod ſit abſens qui non poteſt accuſ
præſentem vel contra.C.de accu.& inſcrip
abſentem.
46 Quod non exhibeat libellum accu.ij.c
iiij.&.

c.j.&.c.præſcripta.§.libellorum.Nec recte cõ cepit.

Quod ſit de numero perſonarum, quę pro hibentur intentare actionem popularem. ff. de popu,actio.l.populares.&.l.mulieri. ff. de accuſat. l. qui accuſare. C. qui accuſar. non poſ. l. j. 47

Quod ſit tutor vel curator vel procurator, qui alieno nomine accuſare nõ poſſunt. ff. de publ.iud.l.pe.§.ad crimen.C. qui accuſ. non poſ.l.ij. 48

Quod fuerit teſtis in alia cauſſa contra accu ſatum.extrauag.de accu.c.cum.P.&.c.meminimus. 49

Et generaliter multæ ſunt exceptiones con tra actorem competẽtes, de quibus ſupra de actore, & illæ etiam competunt cõtra accuſatorem. Inſuper reo mortuo crimẽ extinguiẽ. C. ſi reus vel accu.mortuus fue.per totum.vide Spe.lib.j.par.iij.de accuſatore.§.viſo. 50

Caſus, in quibus perſonæ prohibitæ accuſare admittuntur.

Si ſuam vel ſuorum iniuriam proſequãtur. ff.de accuſ.l.hi tamen omnes. 1

In crimine perduellionis, quod eſt ſub crimine læſę maieſta. vel forte idẽ. ff.ad.l.iul.ma ie.l.fi.& hoc cõmittitur in principem vel aliquem de eius latere. vel dic vt not. inſti. de hę red. 2

red. quæ ab intesta. deferun. §. interdum.
3 In crimine hæreseos. C. de hære. l. Ma-
chæos.
4 Item Simoniæ. j. q. vlti. C. de Episco.
cle. lege si quanquam.
5 Item sacrilegij. C. eo. l. sic; in hoc.
6 Item fraudati census secundum quosd.
Quod crimen committitur cum port...
furantur victualia ad exercitum à re...
missa.
7 Item dilapidationis. ij. q. vij. c. quapro...
Sed nec in præmissis casibus capitales in...
ci admittuntur, extra de simo. c. pertu...
c. licet.

¶ *De accusato.*

Regulariter quilibet accusari potest,
non inuenitur prohibitus. Sunt autem p...
biti accusari, qui sequuntur.

Seruus non accusatur de crimine, pro...
pecuniaria pœna imponitur, quia prop...
non habet. insti. de publi. iud. §. item. l...
Vel pro quo imponitur pœna amitten...
uitatis, quia non est ciuis. Instit. de liber...
§. libertinorum.

Præses prouinciæ, nec legatus pro...
nec magistratus populi Ro. ff. de accu...
accusare.

Papa & Imperator, quia soluti sunt le...

extra de conceſ.prebē.c.propoſuit.C.de leg. l.digna vox eſt. Verū hereſeos accuſatur imperator coram Papa.Item & periurij, ſacrilegij,& ab eo iudicat̄,extra de re iudi.c.ad apoſtolica.Et Papa de hæreſi tantum accuſatur. xl.diſt.c.ſi Papa.Et tunc à ſynodo vel à principe.xxiij.q.v.c.princeps. Vide Specu.

Maior magiſtratus nec accuſatur,nec accuſat.ff.de accuſa.l.hos accuſ.

Abſolutus ſemel ab eodem crimine.

Clericus coram ſeculari iudice de crimine canonico vel eccleſiaſtico.In authen.de manda.prin.§.ſi vero canonicū.coll.iij.Et vt cler. apud pro Epi.per to.

Minor.XIIII.annis de lapſu carnis non accuſatur,ſed de alijs ſic. ff. de adulte.l. ſi minor. extra de delict.puero.c.j.&.ij.

Omnis qui in ius vocari non poteſt, nec accuſari poterit.

Qui autem illi ſint,vide.ff.qui in ius vocari non poſ.l.j.ij.iij.iiij.&.v.

Non poſſunt accuſari,qui numerantur.lib. ſecundo.ff.de iudic.

Mortuus accuſari non poteſt.

Infans nec furioſus.ff. de ſicar. l. infans. C. de pœnis.l.impunitas.

Abſens nō poteſt accuſari, vt.ſup.diximus. ſed vide latius Spe.lib.j.par. iij.tit. de accuſatore.

Coram quibus accusatio sit facienda.

Regulariter caussę criminales tractādę sunt coram iudicibus ordinarijs, huiusmodi enim caussæ non delegantur, nisi à principe. Nam quod principi placet, legis habet vigorem. ff. de offic. procon. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de reg. iur. l. omnia. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. lib. primo. si quando præses impeditus est. Quia tunc potest ipse aliquē ad prouinciam sibi decretam mittere, qui omnia poterit præter vltimum supplicium & membri mutilationem. Vide Spec. lib. j. par. j. tit. de iudice delegato. §. excipi potest. versic. item est delegatus in caussa criminali.

Solus iudex ordinarius seu delegatus caussas criminales clericorum tractare nó potest. Nam in causa criminali Episcopi requiruntur. xij. præter proprium metropolitanum. In caussa vero presbyteri. vj. pręter proprium. In caussa diaconi tres, pręter proprium. xv. q. vij. c. si quis tumidus.

Verum hic numerus hodie limitatus est maximè in causa hæreseos, extra de hęreti. c. j. li. vj. Vide Spe. lib. iij. parte. j. ti. de accu. §. quarto loco.

De accusatoris contumacia.

Secūdum canones accusato veniente in [...]
rimo

mino excommunicabitur, nec pri⁹ audietur, quàm doceat se fuisse iusto impedimento detentũ. & reus est absoluẽdus. iiij. q. vj. c. quisquis. & .xj. q. j. c. christianus. Vide latius Spec.

Secundum leges citandus est per tria edicta, vel per vnũ peremptoriũ, vt veniat ad pagendam accusationem. Quod si non veniat, punietur extra ordinem, & in omnes expensas. C. qui accusa. non pos. l. qui crimen. Vide Specu.

¶De contumacia accusati.

Si ante lit. contesta. sit contumax, secundũ leges bona eius annotantur & describuntur de nouo citatur, præstita cautione ab accusatore. Sed si intra annum venerit & iuri paruerit, pręstita satisdatiõe de respõdendo ea recuperat & super crimine auditur.

Post annum vero omnia confiscantur, & si postea iuri pariturus venerit, audit̃ super crimine, bona aũt nõ recuperat. ff. de requi. reis. l. j. §. præsides. & . §. fin. & . l. fi. C. eo. l. quicũq;. C. de accusa. l. absentem. & . l. qui de crimine.

Et secundum leges nũquam super crimine contra absentem proceditur lite nõ contest. nisi in casu. s. cõtra apparitorem. C. de pœnis. l. ne diu.

Verum tamen de consuetudine in plerisque locis absens contumaciter pro confes-

ſo habetur. Vide Speculatorem.

¶Poſt litem conteſta. Et ſi liquet de cauſſa vel liquere poteſt, nunquam in maioribus cri minibus proceditur contra abſentem, immo audietur quandocunq; venerit. Sic intelligitur. ff. de requiren. reis. l. annus.

Sed in minoribus quæ pœnam relegatiõis vel dãnum æſtimationis continent, bene proceditur contra abſentem. ff. de pœnis. l. abſentem.

Et accuſator debet eſſe præſens, quando cõtra reum proceditur, niſi in caſu. C. de adult. l. quamuis. vide Spec. lib. iij. par. j. tit. de contumacia accuſati.

Verum ſecundum canones, ſi nõ liquet de cauſa poſt lit. conteſt. nec liquere poteſt, vel lis non eſt conteſtata, excommunicatur. iiij. q. vj. c. quiſquis.

Et ſi intra annum venerit, abſoluitur & auditur ſuper crimine illo. Poſt annum vero ſuper crimine non audietur, nam intelligitur iuris preſumptione confeſſus, vt in. c. rurſus. & c. quicunq;. extra de præſum.

Et poſt annum huiuſmodi excommunicationis ſententia poteſt aggrauari, vt procedatur ad ſuſpenſionem, vel perpetuam priuationem officij, & beneficij.

Si autem lis eſt conteſtata, poſſunt teſtes [...] cipi

cipi contra eum. Et si de caussa liquet, sententia diffinitiua proferri potest. Vide latiꝰ Spe. loco iam allegato.

¶De denuntiatione.

PLærunq; quorundam crimina superioribus denunciantur. lxxxvj. dist. c. si quid vero. &. ij. q. j. cap̄. deus. Quare de ea nūc non abs re dicere decreuimus.

¶Ordo tractandorum.

Quid sit denuntiatio, & quotuplex. 1

Quis posit denuntiare, & contra quem denunciatorem excipiatur. 2

Qualiter in denunciatione procedatur. 3

¶Quid sit denuntiatio.

Denuntiatio est alicuius crimen ad superiorem nunciare. Ita quod propositio deaugeat, quandoquidem hæc propositio deauget positum. ff. de pos. l. j. licet sola denunciatio quantum ad crimina sufficiat. C. de accu. l. ea quæ extra de collus. c. crimina. ff. ad turpil. l. ab accusatione. §, nunciatores.

Hosti. vero sic definit. Denūciatio est criminis alicuius apud iudicem sine scriptione legitimè facta dilatio, ad pœnitentiam peragendam vel aliam legitimam pœnam imponendam, vel etiam ad vtrunq;, &c.

¶Denuntiatio Euangelica.

Eſt, quæ tantum ad pœnitentiam fit, & lo-
cum habet in peccato occulto, ſed nó omni-
no occulto quodq́; probari poteſt. Cú omni-
no occulta ſoli Deo reſeruentur. Ad hanc te-
netur prælatus, & quilibet, quantúcunq; in-
mis, admittitur. ij. q. j. c. ſi peccauerit, extra de
teſti. ca. in omni. &. c. nouit. de iudi.

¶Denunciatio iudicialis duplex.

PVBLICA dicitur illa, quæ officio com-
tit, in qua nec monitio requiritur, de qua
c. romana. c. ſanè. de cẽſib⁹ & exactio. li. vj.
de accu. l. ea quidem. xxxv. q. vj. c. Epiſcop
in ſynodo. Et ad hanc denuntiationem E-
ſcopus inquirere tenetur, & eo negligente
chiepiſcopus.

PRIVATA poteſt dici illa, quæ ratione in-
tereſſe competit, vt ſi quis tibi iniurietur, v
rem tuam auferat.

Et in hac ſi in foro ciuili fiat, non requi-
tur monitionis probatio.

Et habet locũ, cum quod preſſus nequit
re, puta quia eſt ſeruus vel alterius pote-
ſubditus, vt libert⁹, vel fili⁹, vel vxor. Et in
quæ ſpectant ad forũ venale & ruſticũ opp
ſis à dominis. ff. de offi. pręfe. vrb. lib. §. q-
autem. &. §. cum patronus. & . §. cum ca
& ſequen. Et idem in omnibus pauper-
expreſsis. Et generaliter in omnibus
nibus.

SIVERO hæc denunciatio fiat in foro canonico, requiritur trina monitio. xij. q. ij. ij. c. indignè. Expeditur tñ de plano sine libello.

¶Denunciatio Canonica duplex.

SPECIALIS, & competit illi cuius interest bonum habere prælatum vel bonum subditum ecclesiasticum

Et fit hæc vt quis à beneficio remoueat̃. xvj. qõ. vlti. c. filijs. Et in hac requirit̃ triplex monitio, nec ad eam admittitur, qui ab accusatione repellitur, extra de accu. c. cum oporteat. & c. cum dilectus. extra de simo. c. licet Heli. & c. per tuas. Quia hęc accusationi ęquiparatur, extra de app. c. constitutus. §. fi.

GENERALIS, quæ & publica dici potest, cum agitur de matrimonio impediendo vel dissoluendo, vel cum agitur de peccato in iudicio ecclesiastico corrigẽdo, in quo aliquod priuatum non introcluditur interesse.

Ad hanc admittitur qui ab accusatiõe repellitur, nec in ea requiritur trina monitio, extra de despon. impu. c. ad dissoluendum. de sponsa. c. preterea. & de clande. desponsa. c. fi. Quã etiam si denuntiãs nolit prosequi, Iudex officio suo prosequatur, extra de spõsa. c. cum in tua. de iureiur. c. ad nostram.

¶Est & alia denunciatio, quæ regularis

 dicitur.

dicitur. Et est proclamatio in capitulo ad cor rectionem excessus facta.

¶Quis possit denuntiare, & quae contra denunciatorem opponi possint.

Omnis, qui bone vite, fame, & conuersationis est, & qui ad hoc ex charitate procedit, qui non ex odij fomite denunciat, extra de accusa. c. repellantur. & c. qualiter. xxij. q. j. si peccauerit.

Et potest quis denuntiare per procuratorem & denunciationem prosequi, argumen. extra de presump. c. cum in iuuentute te. versicu. licet igitur. & extra de test. c. ex parte. A.

¶Exceptiones contra denuntiatorem.

1 Quod sit criminosus & excommunicatus & quod procedit ex fomite odij, extra de accusat. c. qualiter.

2 Quod nõ charitatiuè præmonuerit. Quod intellige in denunciatione Euangelica & iudiciali priuata, & canonica speciali, extra de accu. c. ij. & j. q. vij. c. accusation. extra de iure. mo. c. licet prope princip. ff. de adult. l. denunciasse.

Fallit tamen secundum Spec. vbi crimen notorio. denunciatur, tunc enim non est necessaria monitio.

Quod autem monitio debeat denuntiationem precedere, vult Christus Matth. xviij.

cæ.xvij.& Apoſtolus.ij.ad Corinth. xiij. Vide latius Spec.

Quod denuntians fuerit accuſando calumniatus. extra de accuſa. c. veniens. vide ibi Io.And. 3

Quod denuntiás ipſe eodem laboret vitio, quo alium denuntiat. quãdoquidem nil Clodius mœcho, nil catelina cethego. iij. quæſtione.vij.c.infames.c.item teſtatur. 4

Et ſaluator noſter dicit matth.vij. feſtucam in oculo alterius vides, & trabem. &cæt. extra de accuſa. c. cum dilectus. &. c. inquiſitionis.

Verum in cauſſa matrimoniali ſuper cõſanguinitate poſſunt infames denuntiare. Vide Specu.

¶*Qualiter in denuntiatione procedatur.*

Superior, cui fit denuntiatio alicuius, rogare debet ex denuntiatore, an velit accuſare, & ſi reſponderit quod ſic, iubeat eum inſcribere & offerre libellum, aliaq́; faciat, quæ ad accuſationem (de qua. ſup.) ſpectant.

Si vero reſponderit. Volo vt inquiratur, reſpondebit ſuperior quod inquirendum minimè ſit quãdo non præceſsit frequens & clamoſa inſinuatio, vt. inf. de inſinuatione patebit.

Si vero dixerit: tantummodo eum tibi denũ-

tio, vt ſaltem ei ſcribas, quod ſe emendet, alio quin ſcribas alicui, qui eum corrigere debeat. Ad ſolam enim correctionem agitur, cum per modum inquiſitionis proceditur, extra de accu. c. ſuper his. & c. qualiter.

Formam denuntiationis habes apud Spec. lib. iiij. parte. iiij. de accu. & inquiſi. & enun.

Veruntamen in denuntiatione quia de plano expeditur non eſt neceſſarius libellus, extra de iud. c. nouit. circa finem. Item ſecundum leges iudex ad ſolam denunciationem non inſtituta accuſatione procedit. C. de accuſa. l. ea quidem, & C. de cuſto. reo. l. in quacunq;, in prin. & C. de mulie. quæ ſer. propri. l. j. & C. de ſepul. vio. l. antepe.

¶ *Annotatio.*

Nota, quod licet proceſſus ſit cœptus per modum denuntiationis, ſi tamen aliqua difficultas ingeratur tranſitur ad modum inquiſitionis, nec punietur denunciator, cum non ſua volũtate deſiſtat, extra de ſimo. c. licet heli. §. cum igitur ibi nondum. Qui alias puniretur de calumnia niſi ſe purgaret.

¶ *De inquiſitione.*

QVia ſæpè ex denũciatione tranſitur ad inquiſitionem, etiam ſecũdum leges vt. inf. dicetur. Ideo nunc rectè de inquiſitione ſequitur.

¶ ...

¶*Ordo dicendorum.*

¶*Quid & quotuplex ſit inquiſitio.*

Inquiſitio eſt alicuius criminis per ſuperiorem reſpectu inferiorum ſuorũ inueſtigatio. Et regulariter non eſt facienda inquiſitio, niſi fama præcedat à fide dignis pſonis. Et hoc non ſemel ſed ſæpius. c. qualiter. c. cum oporteat. extra de accu. & inquiſi.

¶*Inquiſitio triplex.*

GENERALIS ſimpliciter. i. quantũ ad perſonas & delicta, vt cũ preſes inquirit an ſint homines facinoroſi, de qua in. l. congruit. ff. de offi. preſi.

SPECIALIS ſimpliciter. i. quãtum ad perſonas & delicta, vt cũ de certo & limitato delicto contra certam & limitatam perſonã, preſes vel prelatus inquirit, de qua. C. de accu. l. ea quidem.

GENERALIS ſimul & ſpecialis, ſiue ſit generalis quo ad perſonas, & quo ad de-

licta

licta, specialis, vt cum præses inquirit contra eos, qui Titium occiderunt. Siue contra li... generalis quo ad delicta, & quo ad personas, specialis, vt cũ potestas vel alias punit ad Syndi...
Verum secundum Panormitanum in.c.qua liter & qñ. extra de accu. alia datur distinctio. Nam alia est generalissima, qua inquiritur super statu alicuius ciuitatis vel castri, vel loci. Tertia dicitur specialis, qua inquiritur cõtra certam personã, siue ad imponẽdam pœnã, siue ad peccatum euitandum ex debito offici...

¶ *Qualiter inquisitio impugnetur.*

Quod non sit denuntiatus, nec de obiectis criminibus infamatus. Non enim potest ad inquisitionem procedi, nisi præcesserit fama, extra de accu.c.qualiter & quando.

Quod prælatus non habeat denuntiantem sub sua iurisdictione, extra de accu.c.cũ oporteat.&.c.qualiter & quando.&.c.super his.

Quod crimina, sup quibus inquiritur, sunt leuia & dissimulanda. Non enim inquirendum est nisi de maiorib⁹, puta de homicidio, simonia, adulterio, fornicatione, periurio, incestu & similibus, extra de accu.c. inquisitionis.de re iud.c.cum I.& A.ff.de accu.l.leuia.

Quod tantũ semel, & non sępè, vel frequenter prælatus inquirens audierit de illo crimine, de quo inquirit. d.c. qualiter & quan...

de accu. Et de simo.c.licet Heli. ver. contra quos. Sed qualiter accipiatur hoc verbum sæpè. Vide Speculato.

Quod alias fuerit contra se super hoc inquisitum, & quod tunc fuerit sententialiter absolutus.

Quod volens inquirere, nõ sit talis, qui ex sua iurisdictione possit inquirere. Possunt autem Papa & imperator inquirere per suos legatos seu delegatos. Episcopi in suis diocœsibus. Metropolitanus in sua prouincia in casibus, qui notantur. extra de offi.ordi. c.pastoralis. Præses prouinciæ & quicunq; habet cognitionẽ causæ criminalis, hoc est merum imperium. Hæc probantur. ff. de quæstio. l. prima. §. si quis vltro. de accusat. c. cum dilectus. & cap. sicut olim. &. c. qualiter secundo. Et vt paucis dicam, quicunq; potest corrigere & punire, potest & inquirere. Vide Spec.

Quod denegetur rescripti copia, vigore cuius quis vult inquirere, extra de officio delegati. capitulo cum in iure.

Quod inquisitor sit criminosus. iij. q. vij. c. iudicet. Verum intellige, quamdiu ordinari⁹ ab ecclesia toleratur, nullus subditorum potest eius iudicium ratione criminis declinare, extra de cohabi. cleri. & mulie. c. vestra. de cleri. excom. c. fin.

Quod

Quod is contra quem inquiritur non sit in famatus super hoc crimine, quare nõ potest contra eum inquiri. Debet enim eius fama prius fuisse læsa apud bonos & graues viros. Vide Spec.

Quod sit certa ratione suspectus, extra de ac cu.c.ad petitionem. & c. qualiter.ij.ver. sed cu super. Quod autem hoc in casu caussa susp tionis proponēda sit: & qualiter arbitri elig di, vide latiss. hic apud Spec.

Quod testes, qui adducuntur nõ possint es se testes. Vide. sup. de testi. formam huius op positionis. & quomodo iudici sit offerend. Vide apud Spec.

Quod inquisitor sit inimicus vel ꝙ cũ ini micis moretur. c. cum oporteat de accusatio Vel quod sit publicus concubinarius. eodem ti.c.cum dilectus. Vide pleniꝰ de hac re apud Spe.li.iij.parte.j.ti.de inquisi.

¶ *Adnotationes.*

1 Cum inquiritur super statu ecclesię in cap. te, & in membris, qualescunq; testes de ipsa ec clesia admittuntur. Quia illi melius nouer. veritatem, extra de test.c.veniens.ij.

2 Cum inquiritur de crimine simonię vel ex cepto, de quo. inf. suo loco, etiam viles tes recipiunt, tñ distinctione, q̃ est extra de si nia.c.ꝑ tuas. in alijs aũt honesti tm̃ recip

Inquisiti

Inquisitio differt ab alijs iudicijs, quia in ea 3
fama habetur loco accusatoris, extra de accu. c. qualiter. ij. & de simo. c. licet heli. in alijs autem nullus regulariter damnatur sine accusatore, extra de eccle. benefi. c. vnico. Et in ea testes recipiuntur lite non contestata, quod nõ est in alijs regulariter, extra vt lit. non conte. c. quoniam. §. sunt & alij. Vide Spec.

Quando ad inquisitionem sit procedendum.

Si dicatur dominus à familia occisus, & cõ- 1
stet eum occisum quocũq; modo. Præses em̃ prouinciæ tunc procedet ad inquisitionem. Quia sumit quæstionem à familia, & torquebit, vt sciat occisorem.

Si autem veneno dicatur extinctus, licet nõ inquisitio per. S. C. Sylla. fit tamen inquisitio per legum latorem. Vlpia. &. ff. ad. S. C. Syl. l. §. occisorum.

Si accusator pecunia corruptus à reo aboli- 2
tionem petijsse dicatur, iudex de hoc inquiret per se, & si sic inuenerit puniet competenter. C. de abolitio. l. abolitio.

Præses ex officio suo inquiret malos, & eos 3
de sua prouincia expellet. Item sacrilegos, latrones, plagiarios, fures & receptatores corũ. & in eos animaduertet, prout quisq; deliquerit. ff. de offic. præsi. l. congruit. &. l. iij. extra de offi. ordi. c. j.

4 Si quis in ecclesias irruat & personis eccle-siasticis in ipso loco cultuq; aliquid iniuria irroget, sine accusatore inquiret & puniet C.de Episco.& cle.l.si quis in hoc genus. q.j.c.imprimis.

5 Si hæres de hæreditate aliquid subtraxerit C.de iure dele.l.sancimus.§.licentia.

6 Si nauis sit obruta vel submersa, trium nautarum quæstione habita solers inquisitor inuenerit veritatem, quę si naturali sorte deerit, in alios inquisitio transferatur. C.de nau-frag.l.quoties.li.x.

7 Fit inquisitio in maleficijs, quãdo vnus e malefactoribus confitetur, se socios habuisse. Illi enim de se confesso non creditur contra alios.C.de accu.l.fi.extra de confess.c.j.vn. inquiretur de socijs.ff.de quæstio. l.j.§.si vltro.

8 In crimine lenocinij. ff.de adulte. l.ij.§. publico.

9 In crimine suspecti tutoris.ff.de suspe.tut. l.iij.§.præterea.

10 Quando quis suspectis vtitur instrumentis C.de proba.l.iubemus. vel falsis testibus. de testibus.lege nullum.

11 In notorio crimine.C.de ac.l.eam quę.

12 In crimine hæreseos & apostasiæ.C.de apo-sta.l.apostatarum.C.de iudæ.l.nemo.

In

In crimine læsæ maiestatis. C. ad. l. Iul. maiesta. l. secunda & tertia. 13

De calumnia iudex cognoscit, & calumniátem tempore scientiæ punit. C. de calumnia. l. j. ff. ad turpil. l. j. §. primo. 14

In casibus, in quibus sine accusatore quis condemnatur, qui not. extra de eccle. benefi. c. vnico. 15

De iuribus principis inquirendo potest cognosci. C. li. x. de bo. vacan. l. j. & penul. 16

In inquisitione iurium ecclesiasticorum Papa quandoq; procedit inquirẽdo, sed hoc specialiter facit. Super iuribus vero singularium personarum non est procedendum inquirendo, sed actionibus intentatis. 17

Episcopus bene potest inquirere contra suspectum de vsura & de consanguinitate inter coniuges, & de alio impedimento matrimonij. Vide de his, vt no. extra de iureiu. c. ad nostram. &c. 18

Et hoc secundum leges, quæ semiplenè de inquisitione tractant. Sed secundum. cc. clarius patet forma & natura inquisitionis. & qñ, & qualiter in ea procedatur, vt patet extra de accu. c. qualiter. ij. vsq; ad. §. debet. & in. c. inquisitionis.

¶ *Annotationes.*

Aduertendum, quod superior ad inquisitio 1

nem procedet, cum clamor validus ad eũ peruenit à personis honestis, & non suspectis vel maleuolis, quod subditus deliquerit.

Et non sufficit semel peruenisse sed sępius, ita quod amplius à prælato sine scandalo tolerari non possit. Et ex hoc reus est infamatus apud bonos & graues. ij.q.j.c. Deus omnipotens ibi descendam, inquit, & videbo. Si autẽ infamia non pręcedit, non inquiret. Vide Specu.

Licet autem nõ debeat regulariter ad inqui-
2 sitionem ordinariã procedi, nisi infamia præcedẽte, vt iam dictũ, tñ cum Episcopus vel archidiaconus visitat, licet nulla infamia pręcesserit, benè potest gradatim & summarie inquirere sine iudiciali strepitu, de vita & moribus clericorum: vt eos corrigat, extra de censi. c. Romana. §. sane. x. q. j. c. placuit.

¶ Qualiter in inquisitione sit procedendum.

Volens inquirere in quocunq; de pręmissis casibus, debet personaliter ad locum accedere, vbi inquisitio, fieri debet, siue sit ordinarius, siue delegatus, & loca & personas subijcere oculis. ff. fi. regund. l. si irruptione. & extra de accusatio. c. cum dilectus. & capitu. qualiter. & prop. princip. & c. fi. & ij. qõ. j. c. Deus ibi, Descendam, inquit, &c. de rescriptis. c. dilecta.

Nul-

Nusquam enim melius inquiri potest, quàm in loco vbi infamatus degit, quod ibi instructio melius fieri potuit. C. vbi de cri. agi opor. l. ij.

Quod si autem commode ad locum accedere nequeat, vocet ad se infamatam ad aliquē locum idoneum & securum, extra de appe. c. ex parte. & vt lit. non conte. c. accedens. & vide. c. statuimus. l. de offi. deleg. lib. vj.

Cum autem inquisitor ad locum venerit, distingue, vt iam sequitur. Quia inquisitio fieri potest dupliciter, nēpe aut aliquo prosequente, aut ex officio fama quasi deferente.

¶*Inquisitor duplici modo procedit.*

Aut aliquo impetrante & prosequēte inquisitionem, extra de re iudic. cum I. & A. de simo. c. licet heli. & accu. c. cum oporteat.

Et hoc modo iterum distingue, quia aut inquiritur super statu monasterij seu ecclesiæ, tam in capite quàm in membris dicto. c. cum I. & A. & de accusatio. ca. qualiter. aut super excessibus singularis personæ. d. c. licet.

Si super statu ecclesiæ, tunc citabitur tam is, qui prosequitur, quàm ij contra quos inquiritur, puta abbas, vel Episcopus, siue monasteriū, vel ecclesia de cuius statu quæritur, & clerici seu monachi ipsius monasterij, vel ecclesiæ infamatæ, & partibus præsentibus, propo

net is, qui prosequitur seu prosequi impetra uit, qualiter monasterium est infamatum iu- per talibus criminibus apud bonos & graues.

Et hæc infamia ad superiorem frequētibus peruenit clamoribus, quare ipsis inquisitori- bus per eum inquisitio est commissa. Vnde supplicet, quod in ipsa inquisitione procedit via regia, solum Deum habentes pre oculis, & sine personarum acceptione iuxta traditam eis formam.

Vel si est ordinarius dicat iuxta formam iu ris: extra de rescr. c. cum dilecta. extra de accu. c. qualiter. Et legat literas commissionis.

Vel si inquisitor sit ordinarius, crimina co- ram eo verbo proponat, vel det libellum, in quo præmissa proponat.

Vide Speculat. quomodo vlterius sit proce dendum.

Si autem inquirat super excessibus alicuius personę singularis, aliquo inquisitionem pro sequente, cuius nomen est rescripto insertū, tunc bene citabitur is, contra quem debet in- quiri. Vide latius Spec.

Aut ex officio, cum prælatus frequentibus excitatus clamoribus, descendit ad inquire dum de excessibus subditi, quos nequit vl- rius sine scandalo dissimulare, extra de ac c. qualiter. ij. & de simo. c. licet heli. & d... ...tio,

lusio.detegen.c.intantum.ij. quæst.j.c. Deus omnipotens.

Tunc Episcopus vel superior præfiget terminum volenti accusare.Et si quis apparuerit legitimus accusator illum audiat, & procedat prout dictum est.sup.de accu. Hæc probantur extra de accu.c.accedens.extra de purga. ca.ex.tuarum.

Potest etiam tunc,si velit,purgationẽ indicere,in qua etiam si defecerit punitur.d.c.cũ accedens.

Quod si nullus appareat accusator,vel appareat,sed repellitur obiectu exceptionis alicuius vt.sup.de except.contra accusatorem dictum est;tunc Episcopus vocatis ecclesię suę canonicis ad inquisitiõem sub forma, quam habes apud Spec.lib.iij.par.j.titu.de inquisi. procedit.

Aduerte tamẽ hic, quod si contra abbatem aliquem inquiratur,alij abbates illius diœcesis vocentur.xviij.q.ij.c.si quis abbas.

Vide latissimè hic Speculatorem, qui pulchrè instruit inquisitores,quo pacto se habere debeant.

¶*Annotationes.*

Is contra quẽ inquiritur, debet esse pręsens, 1 nisi se contumaciter absentet.

Et exponenda sunt capitula illa,de quibus

fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum.

Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei publicanda, vt appareat ei, qd & à quo sit dictum necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominũ infamandi, per exceptionem vero exclusionem deponendi falsum audacia præbeatur.

Hæc probantur de accu. c. qualiter. secũdo. §. debet autem &. c. olim.

2 Præterea sciendum quod licet vbi quis pro mouet inquisitionem, & reus se negat infamatum, non debet iudex procedere in inquisitione, nisi promotor infamiam probet.

Secus tamẽ est cum prælatus ex officio su procedit. Vide Spec.

3 In summa notandum, quod vbi agitur de confirmatione Episcopi, Superior ex officio suo etiã nulla infamia procedente vel denunciatione, inquirere debet de meritis electæ personæ, de studijs eligentium, de forma electionis, vt extra de elect. c. scriptum est. c. postquam. &. c. cum nobis. &. c. nihil. §. ceterum.

Idem in ordinatione episcopi, & cuiusuis clerici. lxxv. distinctione. c. ordinationes. &. iij. Idem in consecratione Episcop...

in translatione seu postulatiõe. Vide Spe. hęc pulchrè probantem.

¶Quæ pœna per inquisitionem probato crimine imponatur.

Ex ordine restat videre, qualiter crimen per modum inquisitionis probatum puniatur, & inde captata occasione de alijs etiam modis tractabimus.

Quoniam secundum modum petitionis debet sententia & pœna formari. extra de accu. c. qualiter. ij. & de simo. c. licet heli. ver. non tanquam.

¶Si per modum accusationis agatur, crimine probato deponet̃ seu degradabitur, seu decapitabitur, vel aliàs secundũ normã propositę actionis punietur. d. c. qualiter. §. verũ ita, & extra de simo. c. licet heli. & c. p tuas. in fi.

Si per modum denunciationis pœnitentia imponetur, si ad hoc fiat. Idem etiã si simpliciter, vt. ij. q. j. ca. si peccauerit. & extra de iud. c. nouit. extra de iureiurã. c. quemadmodum in fi.

Vbi vero fit ad pœnam imponendam, tunc idem dicendum, quod in inquisitiõe, argu. extra de dolo & contu. c. veritate.

¶Si per modum inquisitiõis, remouebitur ab administratio. d. c. dilectus. & c. per tuas. in fi. & de accu. c. ad petitionem.

Cum ergo in inquiſitione ex officio proce ditur, ſed nil probatum fuerit, abſolui debet Et ſi infamia perduret, poterit indici purga- tio infamato ſecundum qualitatem perſonæ & infamiæ quantitatem &c.

Si vero fuerit probatũ, ſi prælatus eſt, remo uebitur ab adminiſtratiõe. Sicut villicus à vil- licatione Lucæ. xvj. remotus legitur.

Minores vero & non habentes adminiſtra- tionem, priuabuntur officio & beneficio. d. ca. qualiter. &. c. dilectus.

Vel melius puniuntur iudicis arbitrio, ſecũ- dum perſonæ conditionem & criminis qua- tatem, & alijs conſideratis. lxxxvij. diſt. c. j. a quid. extra de ſimo. c. licet. ver. diſcedam.

Niſi tale ſit crimen, quod etiam poſt pera- ctam pœnitentiam impediat ordinis execu- tiõem, vt homicidium, ſimonia, & ſimilia, ex- tra de accuſa. c. inquiſitionis, quibus caſi- deponitur ſi per modum accuſationis fuiſſet proceſſum. d. c. inquiſitionis.

Poteſt tñ & aliter diſtingui. Nam aut cõuin- citur quis de crimine per inquiſitionem, quæ fit ex officio, & tunc fit pœnæ remotio ab ad- miniſtratione, vt patet ſupra in villico. Aut inquiſitionem factam aliquo denuntiante tunc imponatur pœna iuxta petitioné den- tiantis, dicto cap. qualiter. ſecundo in fi.

Niii

Nisi sit tale crimen, quod & post peractam pœnitentiam impediat excquutiõem officij, quia tunc debet deponi, licet à denunciatore solum fuerit petitum, vt ab administratiõe remoueatur, vt. sup.

Considerandum tamen est vtrum denuntiatio sit euangelica, an canonica, an iudicialis, vt. sup.

In simplicibus vero clericis debet pœna imponi iudicis arbitrio, nisi pœna sit expressa in iure, quia tunc illa imponetur, vt extra de offi. deleg. c. de caussis. & de elect. c. per inquisitionem.

De pœna autem regularium habes extra de simo. c. dilectus. &. c. quoniam symoniaca. Vide plenius Spe.

¶*De expensis accusantibus seu denuntiantibus dandis.*

Monacho abbatem accusanti, debet abbas in expensis moderatis & necessarijs prouidere, cum proprium non habeat, extra de accusat. c. ex parte. Idem si inquisitionem prosequitur. extra de accusationibus. cap. ex parte. §. fi.

¶Clerico seculari denuntianti vel prosequẽti inquisitionem contra prælatum, vel alias si agit vtilitatẽ ecclesię, prouideri debet de expensis ab ecclesia, extra de procu. c. cum pro-

 curator.

curator.ff.quod cuiusq; vni.no. l. sic munici-
pij.respon.j.

Si vero prælatum accusat, tunc non. Nam ii laudabilis intentionis genus arripuit.ij.quæstione.vij.c.si quis Episcopus.

Porro inquiritur super statu ecclesię tam in capite quàm in membris, is qui eam prosequitur negotium agit ecclesię:& ideo siue sit monachus, proprium non habens, siue clericus secularis proprium habens, habebit expensas ab ecclesia. extra de accusa. capi.ex parte. in fine.

Non enim debet habere dispendium, vnde meretur habere præmium.extra de fideius. peruenit.

¶ *De criminibus in modum exceptionis propositis.*

Plérunq; crimen in modum exceptionis opponitur: idcirco non ab re erit, si nónihil hic videamus, quem effectum habeat crimen ita obiectũ. Et qualiter in eo procedatur. Et qualiter sit puniẽdus tam is, contra quem probatur, quàm is qui in probatione deficit.

Aduertendum itaq;, quod tam secundum ius canonicum quã ciuile, crimen in modum exceptionis proponitur, quãdoq; cõtra actorem, quandoq; contra testes, quandoq; cõ promouendos.

Et in his omnibus refert, qualiter qui...
cias

ciat crimen. Si enim opponitur, vt quis accusando, vel testificando repellatur: tunc excipiens non inscribit, extra de simo. c. licet. Et si excipiens non probat, nõ punitur, nec etiam is cui obijcitur, si probetur, nec ob hoc fit infamis, sed tm̃ à testimonio, vel ab accusando repellitur. ff. de his qui not. infa. l. Luci⁹. extra de ord. cog. c. cum dilectus. §. si. de testib. c. super eo. extra de exceptio. c. j.

Excipitur autem de crimine contra accusatorem sine libello & sine pœna. ij. qõ. vij. c. si qui sunt. & capitulo quærendum.

Hinc est quod si vir accuset vxorem de adulterio, repellitur, si vxor excipiat contra eum, quod ipse idem crimẽ commiserit, exceptione probata. xxxij. q. vj. c. nihil iniquius. & per totum. ff. de adul. l. si vxore. §. iudex. Vide latius Spec

Si ante confirmationem excipiatur, tunc incipiens non cogitur inscribere, quia sic crimẽ probatum non deijcit, quamuis impediat.

Si post confirmationem, puta cũ quis ordinandus, vel cõsecrandus, tunc licet excipiens non teneatur inscribere, est tñ iudicis arbitrio ad aliquam pœnam extraordinariã, si in probatione defecerit, astringendus.

Et est ratio, quia crimine sic probato repellitur ab obtinendo; & deijcitur ab eo, quod

per

per electionem & confirmationem obtinue-
rat, licet prius habita non amittat, extra de ac
cu.capi.super his.extra de procu.ca.tuæ.
Et sic hæc exceptio, quasi pro accusatione
habetur.

Quare autem non procedatur ad pœnam
quando accusatori crimen in modum exce-
ptionis obijcitur, & nō probatur, sicut & pro-
ximo præcedente casu: ratio hæc est secun-
Spec. Quia licitum est quocunq; modo san-
guinem proprium redimere. ff. de bo.con.q.
mor.sib.con.l.j. Ideo parcitur accusato exci-
pienti. Sicut & illi ignoscitur, qui prouoca-
tus voluit se vlcisci. ff. de bo. liber.l. qui cum
maior.

Vide Spec.lib.iij.parte.j.tit. de criminibus
in modum exceptio.pro.

¶ De notorijs criminibus.

QVoniam duplex est cognitio crimini,
scilicet, secundum iuris ordiné, de qua
dictum: & extraordinaria, nempe cū
crimen est notorium. Nam tum iuris ordin.
seruare non est necesse.

Ideo de hac nunc obiter dicendum restat.

In notorijs tamen iuris ordinem non ser-
re, est secundum iuris ordinem procedere
tra de iureiu.ca.ad nostram.iij.

In

Item de cognitione & modo cognoſcendi de criminibus notorijs fit mẽtio extra de accu.c.qualiter.ij.§.ad corrigẽdos, & de ſimo. licet heli.in princip.Sed iam ad rem.

Recepti iuris eſt, quod in notorijs non eſt neceſſaria accuſatio vel denucia. vel inquiſitio, vel exceptio, de quib⁹ dictum, nec etiam teſtes, vel aliæ probationes, vt extra de accuſa. c.euidentiam.extra de cohabi.cle. & mulie. c.tua.ij.q.j.c.manifeſta. &.c.de manifeſta.&. c.ſcelus.C.de accuſa.l.ea quidem. Nec debet in eis libell⁹ recipi, nec cauſſæ cognitio abhiberi, extra de filijs presby.c.quoniam.

Verum tamen in his ordo ſeruatur iudiciarius, vt probatur in.d.c.ad noſtram.Debet itaque reus citari & interrogari, & eo præſente vel contumaciter abſente debet ſententia promulgari.arg.d.c.de manifeſta. extra de cohabi.cle.& muli.c.ſicut ad extirpandas. & extra de diuor.c.porro.

Quod ſi non citetur, ſententia non valebit, ſecundum aliquos, extra de conſtit. c. eccleſia. ff. quæ ſententiæ ſine appellatio. reſcin. l.j.§.eo.

Citatus vero in notorijs ſi non venit, potto procedi contra eum, extra de cler. non re[...]tra c.ex parte.& duobns ſequen. Vide Spe. o.

¶Crimen autem alicuius eſſe notorium,

id m

id negetur, iudex sciet per facti euidētiam, si est illius loci habitator.

Quod verum intellige, si fiat in conspectu eius pro tribunali sedētis & non alias, vt infra de notorio dicemus.

Vel si ei fides fiat per duos vel plures testes notorium esse. Nam & duo probant famam, extra de testa.c.cum literis.& de accusa.c.inquisitionis.§. si. Et per duos probatur quod septem interfuerunt.C.de bo.pos.l. bonorū. Et quod tres subscripserūt. C.de fide instru. l.comparationes.

Et quod duo probent aliquid esse notoriū, probatur.ff.qui satisda. coga.l. si vero.§.pro quo rei qualitate & de elect.c.bonę.

Et aduerte, quod si aliquid negetur esse notorium, semper probandum est notoriū esse, argu. dicta.l.si vero.§.fina.

Et hoc in absentia partis fieri potest, argu. extra de appella.c.interposita.§. fina.quo facto admittuntur probationes super principali. Vide latius Spe.

¶Ad prędictorum clariorem doctrinam, quę fert famam, rumorem manifestum, omni Id occultum, pene occultum, & notoriu In x sit, subijciemus.

re, e FAMA est illæsæ dignitatis status vitæ tra oribus comprobatus. ff. de varijs & e

ord.cog.l.cognitionum.§.æstimatio.

Et qui hãc negligit, crudelis est.xij.quęstio.j.capitulo nolo. Vnde Apostolus. Expedit(inquit)magis mori, quam vt gloriam meã quis euacuet. xiij. quæstio. iij. c. non sunt audiendi.

Et habet locum hæc descriptio in bona fama, plerunq; tamen sumitur etiam fama pro infamia. Vnde potest aliter describi, vt vtrunque cõprehendat, nempe: Fama est vehemens vulgi seu maioris partis eius opinio rei, de qua quæritur, consentiens.

Et procedit fama quandoq; ex scientia, quãdoq; ex suspitione, quandoq; ex certo, quandoq; ex incerto authore, & quãdoq; ex dicto vnius, extra de præsum.c.cum in iuuentute.

Propriè tamen fama ex incerto authore procedit, & ex sola suspicione, & in hoc differt à manifesto.

Et per se fama non probat: sicut nec suspitio.ij.quęst.j.c.nomen.

Si concurrat cum vno teste, bene probat, argu.extra de probatio.c.sicut.C.de rebus credi.l.in bonæ. Vide latius Spec.

RVMOR est peculiaris assertio ex incerto authore, & sola suspitione prouenicns, extra de eo qui cogn.consang.vxo.suę.c.super eo. Et minus probat quàm fama.

Nam

Nam fama est communis viciniæ acclama-
tio. Rumor est, cum pauci aliquid, non tam
publicè dicunt.

MANIFESTVM, est publica seu famosa
clamatio, ex certa sciẽtia & à certis authori-
prouenienes.

Et potest manifestum probari per multo
authores, non tamẽ per tot, vt fiat notorium.
Vide plenius Spec.

Occultum omnino est, quod nulla pote-
ratione probari, extra de eccle. benefi. c. vt n-
strum. Occulta enim soli Deo reseruantur.
quæstio. v. c. consuluisti. versi. spontanea.

PENE occultũ dicitur, quod ꝑ paucos pro-
bari potest, & ideo dicitur pene, id est, qu-
occultum, quia id pauci sciunt, puta duo
vel tres, ita tamen quod probari possit,
etiam quinq;.

Nam secretum dicitur quod fit in præsentia
quinq;, de pœni. dist. j. §. hęc ergo secreta.
non sunt.

¶*Notorium triplex est.*

1 Præsumptionis, & est iuris euidentia ve-
menter præsumpta, vt paternitas & filiatio

Vnde si vir & vxor aliquem infantem
triunt vt filiũ & vocant eum filium, præsu-
tur eorum filius esse, extra de probatio.
tuas. & qui filij sint legiti. c. transmis.

Iuris,& est de quo qs condẽnatur,vel iure 2
cõfessus est.ff.de statu homi.l.ingenium.ex
tra de verb.sig. c.cum olim.

Dũmodo confitens in confeſsiõe perseue
ret,aliter non.ff. de quæstio.l.j.§.quæstio.

Facti,& est illud crimen in quo fama pu-
blica suum præbet adminiculum, & ipsa rei 3
euidentia protestatur,ita se exhibens omni
um hominum vel maioris partis alicuius lo
ci conspectui,vt nulla poſsit tergiuersatiõe
celari.extra de cohabi.cleri.& mul.c.tua. &.
c.vestra.&.c.si.

Et hoc notorium tribus modis compre-
henditur.s.ex qualitate loci:quia fit in loco
publico. Ex multitudine præsentium. Et
ex temporis qualitate, quia fit in die & cæ-
tera.

Vide latius Specul. li.iii. par.i.tit.de noto.
crimi.

¶De abolitione & purgatione.

Viso de criminibus qualiter & quibus
modis de eis agatur,recte restat vide-
re qualiter ipsa aboleantur & purgentur. Et
primo de abolitione & postea de purgatiõe.

¶Quid sit abolitio,& quo.uplex.

Abolitio est actionis institutæ perem... vel absolutio.

Et fit tribus modis.

Primo per principem sponte sua, & di... tur generalis.

Secundo per accusatorem postulantem, ... dicitur priuata seu specialis.

Tertio per mortem accusatoris vel accu... vel biennio transacti sine culpa accusat... & dicitur legalis.

De quo.ff.ad.S.C.Turpil.& de aboli... priuatim.& C.si reus vel accu.mor.fue... l.defunctus. Sed nunc de his specialius ... camus.

¶Abolitio triplex.

GENERALIS, quæ per solum princip... fit:& hęc extinguit omnes accusationes,... ad omnes præterquàm quo ad accusa... qui potest repetere accusatum intra.xxx... vtiles, computandos ab illo die quo gen... les abolitiones sunt finitæ.

Et fiet hæc repetitio eodem iure, quo p... accusabatur.

Et fit hæc generalis abolitio à princip... multas caussas, quandoq; ob diē insign... lis sui vel filij quandoq; ob rem prosp...

ſtam, vt cum profligauerit hoſtes, quandoq; propter publicam gratulationem, vt quia voluit facere feſtũ vt quilibet lętaretur, vel ob aliquam lætitiam, vel honorem diuinæ ędis.

Probantur hęc. C. de generali abolitione. l. cum eo tempore. ff. ad Turpilianum. l. ſi quis repetere. l. ſi interueniente.

PRIVATA ſeu ſpecialis eſt, qñ accuſator illá petit priuatĩ à principe, aut ab alio iudice qui habet cognitioñe meri & mixti imperij.

Et hæc quãdoq; concedit̃, quandoq; denegat̃: & ideo maxĩa cauſſę cognitio interuenit.

Primo, quia delegari nõ poteſt.

Secundo cognoſcitur, vtrũ accuſauerit extraneum, vel cognatũ, & vtrũ accuſauerit vere, an per errorem vel temeritatẽ, & an accuſauerit pro ſua iniuria vel ſuorum, vt quãdo accuſauit cognatum concedatur tamen ſi accuſatus iam paſſus eſt iniuriam illo concedente & conſentiente dabitur & non aliter.

Si autem non ſit paſſus, dabitur ei etiam illo inuito.

Et debet peti hæc abolitio intra. xxx. dies numerãdos à die inſtitutæ actiõis, intra quos accuſatus habet ſpatium ad componendos mœſtos penates.

Post dies vero.xxx.non dabitur hæc specia-
lis, nisi accusato volente.

In his criminibus non datur hæc specia-
abolitio.

Quando per corruptelam & fallaciter ac-
1 sat preter quam cognatos.

Quando testes suppositi sunt tormentis.
2 In violata maiestate.
3 In patria oppugnata, vel violata, vel pro-
4 dita.

In crimine peculatus.
5 In castris desertis.
6 In crimine falsi vbi ex vtraq; parte acerrima
7 fit indagatio, in his non conceditur hæc spe-
cialis abolitio C.de aboli.l.j.§.fi. Vide Spe-

LEGALIS est, quæ fit seu conceditur a le-
ge quãdo accusator est mortuus vel aliqua iu-
sta caussa impeditus, & ita quod in accusatio-
ne procedere non possit. ff. ad Turpi.l.ad-
uatim.

Quo casu finita est accusatio, quo ad ac-
satum: non tamen ob hoc reus est liberatus
quin possit iterum ab alio accusari. ij. q.
stio. j. c. prohibentur. ver. ab alio. C. in
vel accusat. mortuus fu.l.j.&.i.defunctus
supra.

Sic ergo eximitur reus ab accusatione aboli tione interueniente. d. l. si interueniente. Nec accusator incidit in Turpilianum.

Et cum accusator mortuus vel iusta caussa impeditus fuerit, vel forte impetrauit specialem, tunc reus poterit ab alio accusari, intra. xxx. dies vtiles.

Vide latius Spec.

¶Quid sit purgatio.

PVrgatio est de obiecto crimine innocētiæ ostensio, & est duplex.

Prima.

Canonica, quæ fit per iuramentum. Et hæc approbatur.

Et nota quod qualitercunq; contra aliquē actum sit, si non sit conuictus & confessus, & mala fama perdurat, monebit eum iudex primo seorsum, postea coram testibus vt se purget.

Et si non fecerit suspendat eum vsq; ad condignam satisfactionem. extra eodem. capitulo secundo. & cap. tuarum.

Forma autem purgationis hæc est, vt infamatus iuret se immunem esse à crimine, super quo infamatur, extra de purgatione canoni-

ca.c.accepimus.& ca.constitutus.

Et compurgatorij iurabunt, se creder[...] vere iurasse, cap. quotiens. & cap. cõst[...] extra de purgat. canonica.

Aliter autem non debet deponere ne [...] cat anceps periurium. ff. de in lit. iurand. videamus.

Numerum autem compurgatorũ hab[...] cunda quæstione quarta. c. omnibus. Se[...] dic numerus cõpurgatorũ, arbitrarius [...] specta personæ qualitate, & infamiæ qu[...] tate, c. cum in iuuentute. extra de purg. c[...]

Nam in purgatione iudican. sicut & in [...] nis imponendis quatuor sunt conside[...] per iudicem, nempe persona, caussa, locus, tempus. vt. c. fi. extra de transactio. ibi te[...] & glos. Vide Spec.

¶ *Secunda.*

Vulgaris, quá vulgus diabolico instr[...] inuenit, hæc fit per ferrum candens, d[...] aquam bullientem, & cętera.

Et hæc reprobatur, capitu. ex tuarum. [...] de purgatione canonica. & extra de pu[...] gari. per totum. ij. quæstione quarta. c[...] suluisti. & cap. monomachia. & c. Me.

¶ *Triplex ratio quare uulgaris prohibita sit purg[...]*

Quod inuenta ſit diabolico inſtinctu & in 1
uidia fabricante.d.c.Me.

Quod Deus in ea tentari videatur.c.vltimo 2
extra de purga.vulga.

Quod per eam ſæpe innocens condemna- 3
tur.c.ſignificantibus.extra de purga.vulga.

¶ *Adnotationes.*

Infamatus apud populum debet ſe publice purgare. Si apud clerum, coram clero, & in vtroq; caſu coram iudice. xxiij. diſt.c. illud. ij.q.iiij.c.presbyter.c.omnibus.

Priuſquam recipitur infamati purgatio, de nunciari debet publice: vt qui voluerit accuſare, procedat intra certũ tempus ſuperioris arbitrio moderandum, extra qui fil. ſint legi.c.lator.extra qui matrimo. accuſ.poſſ.c.ſi Vide plenius Speculat. Nobis hic oſtendiſſe ſufficiat.

EPITOMES ACTIONUM ſiue Iudiciorum.

FINIS.

INDEX TITVLORVM ET EORVM QVAE IN SINgulis per ordinem tractantur.

De litera A.

¶De litera B.

¶De litera C.

Cogni

¶De litera D.

Delega-

¶De litera E.

¶De libera. F.

¶De libera. I.

INDEX.

¶De litera L.

¶De litera M.

¶De litera N.

¶De litera O.

¶De litera P.

¶De litera Q.

¶De litera R.

De litera S.

¶De litera T.

FINIS.

COLONIAE
Apud hæredes Arnoldi Bir-
manni ſub interſignio pinguis ga-
linæ. M. D. LV.

dibus Añ. Ecce veniet dñs princeps regũ terræ, beati qui parati sunt occurrere illi Psal. de fer. Añ. Dũ venerit filius hominis, putas ne inueniet fidẽ sup terrã? Añ. Dies dñi sicut fur in nocte veniet: & vos estote parati: quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet. Añ. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Añ. Egredietur dñs de loco sancto suo, veniet vt saluet populum suũ. Ad Bene. Añ. Egredietur virga de radice Iesse, & replebitur oĩs terra glĩa dñi: & videbit oĩs caro salutare Dei.

¶ Ad Primã Añ. Dicit dominus pœnitẽtiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum, alleluia.

¶ Ad Tertiam Aña. Cõsurge, induere fortitudinem brachium domini.

¶ Ad Sextam Aña. Eleuare eleuare, consurge Hierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion.

¶ Ad Nonam Añ. Rex noster adueniet Christus, quẽ Ioannes prædicauit agnũ esse venturum.

¶ Añę ad Magnificat, tantur in ea ... fuerint hebdom. præcedẽti: adusq; ... incipiat cã

¶ Fer. tertia. In Lau ... primi de feria, & sequ Añe. Aña. Rorate cœli sup & nubes pluãt iusti aperiatur terra, & ger net saluatorẽ. Aña. Em te agnũ dñe dominat terræ: de petra desert montem filiæ Siõ. Añ. cognoscamus dñe in te viam tuã, in omnibus tibus salutare tuum. A Da mercedem dñe sust tibus te: vt prophetæ tu deles inueniantur. A Lex per Moysen data gratia & veritas per sum Christũ facta est. Bene. Añ. Bethleẽ nõ e minima in principibus da: ex te enim exiet d qui regat populum meu Israël: ipse enĩ saluũ fac populũ suũ à peccatis e

¶ Ad primam Añ. Tu thleẽ terra Iuda, nõ eris nima: qa ex te exiet du regat populum meũ Isra

¶ Ad tertiã Añ. Cõsola ni, cõsolamini popule m

di


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm